# LINNAEA.

Ein

# Journal für die Botanik

## in ihrem ganzen Umfange.

Herausgegeben

von

*D. F. L. von Schlechtendal,*

der Med., Chir. und Philos. Dr., Professor an der Universität zu Berlin und ordentlichem gelehrten Gesellschaften Mitglied.

**Sechster Band. Jahrgang 1831.**

**Mit neun Kupfertafeln.**

**Berlin 1831.**

**Gedruckt auf Kosten des Herausgebers.**

**In Commission bei Ochmigke.**

# Inhalt.

## Original-Abhandlungen.


1. De Anthospermeis Rubiacearum sectione, Amicissimo D. F. L. de Schlechtendal, W. Cruse S.P.D. Seite 1
2. Plantarum mexicanarum a cel. viris Schiede et Deppe collectarum recensio brevis auctoribus D. de Schlechtendal et Ad. de Chamisso. Continuatio . . . . — 22
   Addenda . . . . . — 352
   Continuatio Add. . . . . — 385
3. Beobachtung über die Auscheidung von Flüssigkeit aus der Spitze der Blätter des Arum Colocasia. Von Dr. Schmidt, prakt. Arzte etc. in Stettin . . . — 65
4. De plantis in expeditione speculatoria Romanzoffiana observatis disserer pergunt Ad. de Chamisso et D. de Schlechtendal
   Labiatae auctore Georgio Bentham . . . . — 76
   Synantherae Rich. auctore Chr. Fr. Lessing (c. tabb. I et II.) . . . . . — 83
   Addendae (c. Tab. VI.) . . . . . — 501
   Continuatio . . . . . — 209
   Arcticae, quae supersunt auctore Ad. de Chamisso — 528
   Continuatio (c. Tab. VII.) . . . . — 545
5. Plantae Ecklonianae
   Algae, auctore Rudolphi . . . . . — 171
   Lycopodiaceae et Filices auctore Kaulfuss . . . — 181
   Bruniaceae, auctore de Schlechtendal . . . . — 188
   Celastrinae auctore de Schlechtendal . . . . — 191
   Rhamneae auctore de Schlechtendal . . . . — 193
   Rutaceae auctore de Schlechtendal . . . . . — 196
   Gentianeae recensente Ad. de Chamisso . . . — 343
   Rosaceae recensente Ad. de Chamisso . . . — 347
   Euclea L. recensente Ad. de Chamisso . . . . — 350

6. Bemerkungen über die Gattung Rosa und insbesondere über die deutschen Arten dieser Gattung. Von Dr. Koch, Prof. d. Botanik in Erlangen . . . . Seite 261
7. Über die Gattungen Maranta und Thalia. Von Dr. C. G. Nees v. Esenbeck, Prof. zu Breslau. (Hierzu die Tafeln III—V.) . . . . . — 303
8. Versuch einer Verständigung über die Arten der Gattung Physalis. Von Dr. C. G. Nees v. Esenbeck, Prof. zu Breslau . . . . . — 431
9. Beitrag zur Kenntniss der Varietäten und Bastardformen einheimischer Gewächse. Von Lasch in Driesen — 484
10. Über den Bau der grossen getüpfelten Röhren von Ephedra. Vom Dr. Hugo Mohl (hierzu Taf. VIII.) . — 593
11. Einige Metamorphosen der Blumentheile des Sisymbrium officinale, mitgetheilt vom Prof. C. B. Presl in Prag (hierzu Taf. IX.) . . . . . — 599
12. Berichtigungen zur Enumeratio plantarum cryptogamicarum Javae von C. G. Nees v. Esenbeck . . — 602
13. De Synantherels. Dissertatio quarta, auctore Chr. Fr. Lessing . . . . . — 624
14. Florula insulae Sti. Thomae Indiae occidentalis, concinnata a D. F. L. de Schlechtendal (Cont.) . . — 722
Continuatio . . . . . — 736
Register aller Pflanzen-Namen . . . . . — 773

# DE
# ANTHOSPERMEIS
## RUBIACEARUM SECTIONE.

AMICISSIMO

D. F. L. DE SCHLECHTENDAL W. CRUSE

S. P. D.

---

Una cum amicissimo de Chamisso de Rubiaceis disserens (Linnaea III. p. 309). Anthospermearum sectionem brevi tantummodo nota indicare voluisti, celerum ad Dissertationem de Rubiaceis capensibus anno 1825 a me editam relegans. Quum autem, ex quo Rubiaceas capenses in Herbario regio Berolinensi asservatas examinaveram, specimina in Dissertatione jam descripta liberalitate Tua denuo examinavissem, nec non ab indefesso peregrinatore C. F. Ecklon in promontorio bonae spei lecta Anthospernorum specimina benevole communicata mihi essent; quum denique specierum ab Ill. Reichenbach (apud Sprengel Syst. Veg. cur. post. IV. 2.) constitutarum, quas ex brevibus diagnosibus adjectis ad species a me descriptas referre nequiverim, auctoris ipsius munificentiae debeam specimina; — ideoque tantum non omnes Rubiaceas hucusque notas ad hanc sectionem referendas examinavisse contigerit: rem ab integro retractare haud incongruum mihi visum est. Quae benevole excipias, quaeso! —

Regiomonti Borussorum Idibus Octobris. MDCCCXXX.

## RUBIACEAE. Juss.

### Sect. II. *Anthospermeae.* Cham. et Schldl. in Linn. III. p. 309.

Frutices vel suffrutices africani, exclusa Phyllide omnes capenses, habitu et characlere inter Stellatas et Spermacoceas intermedii; caule erecto lignoso vel flexuoso-erecto debiliore, rarius procumbente, ramoso, ramis oppositis vel ternis verticillatis, plerumque a basi foliosis. (Galopinae caulis herbaceus.) Folia sessilia opposita vel terna verticillata, basi in vaginulam connata, (mediante stipula interfoliacea simplici vel bi-trifida, rarius crenata) plerumque linearia, longitudine latitudinem longe excedente, saepe subacerosa, sicciuscula, coriacea, discolora, pagina inferiore pallidiore, albescente, nervo medio intensiore; saepius resinoso-punctata, superne splendentia vel saltem glabra, integra, margine nunc integerrimo, nunc vel (margine et carina) subcartilagineo-serrulato-scabra, vel pilis albis ciliata, apice saepius subcartilagineo acuminata; — rarius dilatata, in petiolum attenuata — Phyllis. Ex axillis foliorum ramuli emergere solent, sed plerumque abbreviati, unius tantummodo nodi foliis evolutis verticillum pleiophyllum, in oppositifoliis hexa- in ternifoliis enneaphyllum mentientes.

Inflorescentia axillaris vel rarius paniculata, panicula cymosa. Flores sessiles ex axillis foliorum in caule vel ramis oppositorum s. verticillatorum, una cum floribus ex axillis ramulorum secundariorum abbreviatorum evolutis verticillum multiflorum nonnunquam mentiuntur, re vera autem, sic dicti verticilli ad diversi ordinis axes pertinent. Verticilli saepius sub caulis et ramulorum apicem internodiis abbreviatis conferti, itaque inflorescentiam verticillato-spicatam, foliis mixtam referentes.

Flores dioici, rarius hermaphroditi. Calyx superus,

limbo plerumque minutissimo, 4—5 dentato (in Phyllide limbus subaequalis vel bilobus). Corolla monopetala, infundibuliformis, 4—5-partita, laciniis plerumque tubum longitudine superantibus. Stamina 4—5, basi tubuli corollae inserta laciniisque alterna, antheris bilocularibus, thecis rima longitudinali lateraliter dehiscentibus, in flore foemineo ne vestigio quidem indicata. Germen inferum didymum, calyci adhaerens, constans ex ovariis 2 uniovulatis, stylo brevissimo, stigmate longissimo filiformi pilis albis patentibus hirto coronatis. In flore masculo germinis inferi rudimentum, quasi receptaculum. Ovaria 2 abeunt in achaenia bina coadunata, facile separanda, sub maturitatem sponte secedentia, saepius calycis dentibus persistentibus coronata, dorso convexo cum calyce coalita ejusque nervis prominulis interdum costata, commissura planiuscula vel concava. Rarius pericarpium capsulare indehiscens, 3-loculare, loculis lateralibus 1-spermis, loculamento intermedio semper vacuo, quippe quod cavitati a commissuris concavis achaeniorum ad raphen coalitorum comparandum est. Semina erecta, loculi basi affixa, oblonga, nunc pericarpio adhaerentia (achaenium) nunc subliberа (capsula indehiscens Ambrariae). Embryo erectus, orthotropus, (centralis vel) dorsalis intra perispermium subcartilagineum, semini conforme.

Obs. Anthospermearum sectione transitus commonstratur a Stellatis ad Spermacoceas habitu, foliorum dispositione et fructu; habitu Anthosperma alia conveniunt cum Galiis, alia cum Spermacoceis; Phyllis foliis dilatatis oppositis et inflorescentia Rubiaceas ceteras oppositifolias refert. Fructu dicocco conveniunt Anthospermeae cum Stellatis, Ambraria capsulae singulari structura transitum ad capsulam bilocularem dispermam Spermacoces evidentissime demonstrante.

## Genera.

1. *Anthospermum*. L. Diss. de Rub. cap. p. 7. Tab. 1. fig. 1 et 2.

Flores dioici, rarius hermaphroditi; inflorescentia axillaris rarius paniculata.

*Flos hermaphr.* flori foemineo specierum dioicarum omnino similis, staminum tantummodo praesentia diversus.

*Flos masc.* Calyx 4—5 dentatus, dentibus acutis persistentibus s. deciduis. Corolla monopetala, infundibuliformis, tubo brevi, limbo 4—5-partito, laciniis linearivel ovato-lanceolatis. Stamina 4—5, tubo inserta; antherae oblongae subtetragonae, filamenti longi capillaris apici medio impositae, ideoque sub anthesin in filamento subtransversae. Pollen globosum.

*Flos foem.* similis masculo, plerumque paulo minor. Germen inferum, subglobosum, oblongum s. obovatum, constans ex ovariis duobus. Styli 2 brevissimi (conuati?), stigmata 2 longa, filiformia, pilis albis patentibus hirta. Fructus achaenia 2 coadunata, sub maturitatem facile separanda, bracteis duabus oppositis, raphen amplectentibus, delapso fructu semilunae instar remanentibus, suffulta; dorso convexo glabro vel costato, commissura concava, cavitate spina prominula (styli continuatione) longitudinaliter bipartita; apice calycis dentibus persistentibus coronato vel cicatriculis a lapsu dentium calycis notato.

Obs. Genus, excluso *A. Lichtensteinii* nob., certissime dioicum, quod et Thunbergius asserit (Linn. fil. suppl. p. 440). Hic inde in speciminibus masculis flores foeminei reperiuntur, quod et in aliis plantis dioicis accidit.

2. *Ambraria.* nob. Diss. de Rubiac. capens. pag. 16. Tab. 1. fig. 3 et 4.

*Nenax* Gaertn. de fr. et sem. pl. I. p. 165. Tab. XXXII. fig. 7.

Genus ab Anthospermo fructu tantummodo diversum. Pericarpium enim capsulare indehiscens, obovatum s. subglobosum, obsolete angulosum, coriaceum, calyce persistente coronatum, pseudo-triloculare, loculis lateralibus sceminiferis, monospermis, intermedio semper vacuo. Semina loculi basi affixa, oblonga, hinc (dorso) convexa, inde (facie ad loculum intermedium vacuum spectante) plana.

Obs. 1. Facile singularis Ambrariae pericarpii intelligitur structura, ratione habita ad Anthospermi fructum dicoccum. Anthospermi enim achaeniorum faciem commissuralem vidimus subconcavam; commissurae autem concavae binorum achaeniorum margine tantummodo sese tangunt, itaque spatium inter se relinquunt liberum, quod commissurarum concavitate adaucta achaeniisque ad raphen connatis loculamentum tertium mentitur intermedium. Quae nostra sententia de Ambrariae pericarpii relatione cum fructu Anthospermi comprobari praeterea videtur Ambraria nostra glabra, cujus pericarpii loculus intermedius vacuus dissepimento incompleto, faciei loculorum fertilium commissurali contrario subbipartitus conspicitur. Dissepimentum autem hocce incompletum nil aliud est; nisi spinula faciem commissuralem subconcavam achaenii Anthospermi percurrens, in cristulam evoluta atque axin pericarpii versus producta, itaque in fructu exsiccato dissepimentum loculis veris fertilibus contrarium referens.

Obs. 2. Quamvis veram pericarpii capsularis notionem in eo ponendam esse censamus, ut sit capsula pericarpium siccum uni-vel pluriloculare sub maturi-

tatem dehiscens, tamen Ambrariae pericarpium *capsulam* diximus *indehiscentem*, quum Ambrariae pericarpio transitus demonstretur a fructu dicocco Stellatarum ad capsulam Spermacocearum. *Pseudo*-triloculare dicendum est Ambrariae pericarpium, quum loculus s. d. intermedius re vera non sit loculus; loculi enim notio a relatione ovuli vel ovulorum ad pericarpium petenda est. —

Obs. 3. Monente Ill. Reichenbach (in litt.) *Nenax* Gaertn. l. c. ad Ambrariam nostram pertinet. Egregie quidem character Gaertnerianus a fructu desumtus cum Ambraria convenit. („Bacca exsucca infera, in medio vacua: loculamentis fertilibus parietalibus, monospermis." Gaertn. l. c.)

3. *Phyllis.* L.

*Galopina.* Thunb. Diss. nov. pl. gen. I. p. 3. — Diss. nostr. de Rub. cap. p. 18.

Flores hermaphroditi. Calyx ovariis adhaerens, limbo minutissimo aequali subnullo vel bilobo. Corolla monopetala, profunde 4—5-partita, tubo subnullo, laciniis lineari-lanceolatis, obtusis reflexis. Stamina 4—5 basi corollae inserta; antherae oblongae subtetragonae, apici filamentorum brevium basi latere affixae, ideoque erectae. Germen calyci adhaerens ut in Anthospermo, stylis 2 (connatis?), stigmatibus longis hirtis, constans ex ovariis 2 in achaenia abeuntibus, dorso convexa, commissura planiuscula vel subconcava, styli et calycis rudimentis coronata. Achaenia Phyllidis a dorso compressa, Anthospermi magis ad raphen.

Obs. 1. *Phyllidi* L. consociandam censuimus *Galopinam* Thunb., quum haec genera, habitu egregie convenientia, nonnisi calyce et staminum numero sint diversa.

Obs. 2. Phyllidis corolla certissime monopetala, profunde 4—5 partita!

## Species.

### 1. Anthospermum. L.

*Char. essent.:* flores dioici v. hermaphroditi. Calyx limbo 4—5 dentato. Corolla infundibuliformis, 4—5 partita. Stamina 4—5; antherae filamentis medio impositae. Achaenia 2, ad raphen subcompressa.

#### 1. *Floribus dioicis.*

1. *A. Bergianum* nob. Diss. Rub. cap. p. 8. 9.

A. foliis ternis verticillatis, connato-perfoliatis imbricatis lineari-lanceolatis, ciliatis; floribus subverticillato-spicatis pentandris; achaeniis? —

In planitie capensi legerunt d. Bergius nec non C. F. Ecklon.

*Descriptio:* fruticulus pedalis, ramosus. Caulis ramosus, teres vel obsolete angulosus, cinereo-flavescens, inferne glaber, superne pilis albis patentibus dense hirtus. Folia terna verticillata, mediante stipula brevi acuminata ciliata, connato-perfoliata, lineari-lanceolata, acuta, juniora subulata, laete viridia, apice ramorum subcoerulescentia, margine et carina pilis albis longis ciliata, semipollicaria, internodiis folio brevioribus in caule (et praesertim apice ramorum internodiis brevissimis densissime) imbricata. Foliorum dispositio primo intuitu verticillum enneaphyllum refert; sed observatio accuratior docet, folia novem circa quemque nodum plerumque posita non ad eundem axin referri posse: folia enim tria exteriora mediante stipula brevi connata, fovent folia sex minora, in cujusque folii verticilli triphylli axilla geminata, ad tres

axes secundarios pertinentia. Flores axillares verticillati, verticillis trifloris in axillis foliorum apice ramorum dense confertorum. *Flos masc.* Calyx minutissimus, corolla pallide flavescens tubo brevi, limbo 5-partito, laciniis aequalibus, ovato-lanceolatis, acutis, externe apice parum incrassato subbarbatis. Stamina longitudine fere corollae. Germinis rudimentum intra calycem. — Specimina foeminea non vidimus. —

2. *A. aethiopicum.* L. — Diss. nostr. p. 10.

A. foliis ternis verticillatis vel oppositis, lineari-lanceolatis vel lineari-subspathulatis, glabris, stipula simplici, brevi, acuta, floribus subverticillato-spicatis tetrandris; achaeniis ellipticis, dorso albide-tuberculato-punctatis, apice calycis dentibus coronatis.

*Frutex africanus ambram spirans.* Pluk. Almag. p. 159. Tab. 183. fig. 1! — hort. Cliffort. 455. Tab. 27!

*Ambraria.* Heister. Fabric. hort. Helmstad. 435! — Walth. hort. Tab. IX! —

*Anthospermum aethiopicum* L. sp. pl. Ed. 2. p. 1511! — Willd. sp. pl. IV. p. 732. — Lam. Encycl. meth. I. p. 201! — Thunb. fl. cap. ed Schult. p. 157! — Gaertn. suppl. Carpol. p. 88. Tab. 195! — Willd. herb. 18284.

*A. spathulatum.* Spreng., Syst. Veg. ed. Spreng. I. p. 399.

In montibus prope urbem Cap, varia altitudine, pariter ac in planitie capensi ad Constantia etc.

*Descr.* — Radix lignosa, ramosa. Caulis fruticosus, lignosus erectus, 2-pedalis et ultra, ramosissimus, cinereo-fuscus; rami oppositi vel terni, fusci vel cinerascentes, infernę glabri, sub apicem puberuli, foliosi. Folia terna verticillata vel opposita (cum foliis axillaribus paulo minoribus verticillum, vel ut in A. Bergiano 9-phyllum, vel foliis oppositis 6-phyllum mentientia) linearia, nunc lineari-lanceolata, nunc basi coarctata, apicem versus paulo

dilatata subspathulata, acutiuscula, integra, glaberrima, margine parum revoluta, superne subsplendentia, inferne pallidiora, saepe cinerascentia vel albida, nervo medio intensiore prominulo, sub lente tenuissime punctata, 2—8 lineas longa, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}'''$ lata, basi connata in stipulam simplicem, brevem, acutam elongata. Flores axillares 2—3 vel plures (—8) verticillati, apice ramulorum in inflorescentiam subverticillato-spicatam foliosam congesti. *Flos masc.* Calyx limbo nunc evidenter 4-lobo, nunc dentibus minutis; corolla infundibuliformis fusca, tubo conico, limbo 4-partito, laciniis longitudine tubi lineari-lanceolatis, glabris. Stamina 4 exserta. *Flos foem.* similis masculo plerumque minor, virescens. Germen oblongum didymum; stigmata 2 longa pilis albis hirta. Fructus oblongus, subcylindricus, calycis laciniis magis minusve evolutis coronatus, fuscus, sub lente tenuissime albide tuberculato-punctatus, demum in achaenia 2 partibilis, dorso convexa, obsolete costata, commissura vix concava. —

Variat species modo descripta, in planitie capensi aeque ac in montibus usque ad 3000 fere pedum altitudinem proveniens, pro soli et climatis varia ratione. Caulis nunc erectus a basi ramosissimus, ramis strictis foliis imbricatis, nunc basi decumbens, ramis virgatis, foliis internodio brevioribus, habitu laxiore. Folia juniora plerumque linearia; stirpium aetate provectiorum florentium vel fructiferarum plus minus lanceolata vel subspathulata. Flores nunc 2—3 verticillati, nunc 4—8 aggregato-verticillati. — Formas tres distinguimus, habitu diversas; tertia forsan distincta species! —

α. Ternifolium (Diss. nostr. p. 11) foliis ternis verticillatis, lineari-lanceolatis acutioribus, ramis strictis. — Hujus formae varietas quasi monstrosa occurrit, jam a Thunbergio indicata, „caule articulato, foliis ad articulos aggregatis plurimis verticillatis.“. Ramuli in axillis folio-

sum ternorum verticillatorum abbreviati folia plurima circa nodos fasciculato-verticillata mentiuntur, internodiisque brevibus totum caulem vel ramum obtegunt. Haud raro stirpes observavimus; quarum rami ex parte tantummodo vel medio vel apice foliis hoc modo uberrime evolutis tecti erant, ceterum foliis more solito dispositis. Qua uberrima vegetatione et numerum verticilli foliorum ad quaternarium adauctum observavimus.

β. Oppositifolium. Foliis oppositis, lineari-subspathulatis, obtusiusculis, magis splendentibus, ramis virgatis erecto-patentibus.

*A. aethiopicum* L. α. *oppositifolium*. Diss. nostr. p. 11.

*A. spathulatum*. Spreng., Syst. Veg. Ed. Spreng. I. p. 399. fide speciminum ab ipso Ill. auctore determinatorum, in herbario Regio Berolinensi asservatorum.

In Diss. nostra de Rub. cap. Anthospermum spathulatum Spreng. pro distincta specie habuimus, quamvis nonnisi levissimi momenti adessent notae diagnosticae; majore speciminum copia inter plantas Ecklonianas observata et comparata, eo pervenimus, ut A. aethiopici varietatem oppositifoliam Anthospermo spathulato Spreng. consociaremus, sub A. aethiopico specimina ternifolia comprehendentes: quam sententiam in enumeratione Anthospermorum, catalogo plantarum ab Ecklonio lectarum inserenda secuti sumus. Nunc jam reiterata observatione persuasum nobis est characterem ex foliorum dispositione ternaria vel opposita minime sufficere ad limitandas species ceterum omnino convenientes. Folia Anthospermorum plurimorum opposita esse nec verticillata, a Thunbergio sicut et omnibus fere observatoribus praetervisum est; Lamarkius solus A. aethiopicum foliis et ramis oppositis vel ternis provenire pronuntiat (Encycl. meth. I. 202).

Tertiam denique A. aethiopici formam:

γ. Ecklonianum inter plantas Ecklonianas observavi-

mus, mense Novembri (Baviansberg bei Gnadenthal, 2te Höhe — Schwarze Berg bei Caledons-Bad) florentem (spec. mascul.) lectam. Differunt specimina haec ab A. aethiopici speciminibus oppositifoliis omnium partium elongatione majoreque gracilitate: Internodia, folia, ramuli axillares abbreviati ex axillis internodio longiore emergentes, corollae tubus, omnia insigniter elongata. Folia 6—7‴ longa, vix $\frac{1}{2}$‴ lata, sublinearia, basin versus paulo angustiora, apice acuminata. Cum specimina mascula tantummodo observavissemus, fructus itaque observatio nos fugiat, insignem hanc formam indicavisse sufficiat.

3. *A. ciliare.* L. Diss. nostr. p. 13.

A. foliis oppositis, lanceolatis, acutis, ciliatis, stipula brevi, simplici, floribus axillaribus, achaeniis obovatis, glabris, splendentibus, calycis limbo destitutis.

*Clinopodium africanum procumbens*, psylli foliis et capitulis cum calyculo lanugine vestitis. Plukn. Mant. 51. Tab. 344. fig. 5.

*Anthospermum ciliare.* L. sp. pl. ed. 2. p. 1512! — Willd. sp. IV. p. 732! — Lam. Encycl. meth. I. p. 202. — Thunb. fl. cap. ed. Schult. p. 157! — Gaertn. suppl. Carpol. p. 88. tab. 195. fig. 6. — Willd. herb. No. 18285!

*A. galioides.* Reichenb. apud Spreng. Syst. Veg. c. p. IV. 2. p. 338. (fide spec. ob ipso auctore).

In monte Tabulari, monte Leonis, variis locis et varia altitudine, ad Rondebosch, Hottentotts-Holland legerunt Bergius, C. F. Ecklon, Zeyher.

*Descr.* — Caulis fruticulosus, saepius decumbens, ramosissimus, palmaris usque pedalis, ramis plurimis, spithamaeis, angulosis, pubescentibus, nunc simplicibus elongatis, nunc ramosissimis brevibus. Folia opposita lanceolata, vel ovato-lanceolata vel plus minus in petiolum quasi attenuata, acuta, ciliata, superne glaberrima, inferne albescentia nervo medio intensiore, basi connata breviter stipulata; folia juniora

plerumque pilis albidis ciliata, stirpium aetate provectiorum vel in locis aridis provenientium folia subcoriacea, margine subrevoluto cilias amittunt. Ex axillis ramuli vel folia verticillum mentientia. Flores axillares 2 (—4 verticillati). *Flos masc.* Calyx brevissimus, 4-dentatus, deciduus. Corolla infundibuliformis, tubo conico, limbo 4-partito, laciniis lanceolato-linearibus, tubum paulo longitudine superantibus, externe pilis albis sparsis hirtis. Stamina 4 tubo inserta, antheris oblongis albis. *Flos foem.* Cal. et Cor. ut in masculo. Germen subglobosum didymum. Stigmata duo, longissima, filiformia, pilosa. Achaenia 2 coadunata, facile separanda, obovata, dorso glabra fusca, splendentia, apicem versus sub lente tenuissime puberula, calycis laciniis destituta, commissura foveola oblonga, basi achaenii propiore exsculpta.

Obs. *A. galioides.* Reichenb. differt foliorum pagina inferiore ferruginea; ceterum omnino cum speciminibus e locis aridioribus convenit. Sed quid de „fructibus aggregatis scabris" (apud Sgrengel l. c.) censendum? In specimine masculo ab Ill. Reichenbach communicato flores masculi nondum evoluti, externe pilis sparsis hirti! —

4. *A. lanceolatum.* Thunb. — Diss. nostr. p. 12.

A. foliis oppositis, lanceolatis, acutis glabris, patentibus, stipula profunde bifida, floribus axillaribus subverticillatis, tetrandris (saepe pentandris) achaeniis ovato-oblongis, glabris. —

*A. lanceolatum* Thunb. prodr. 32. — Willd. spec. pl. IV. p. 731! — Lam. Enc. meth. I. p. 202! — Thunb. fl. cap. ed. Schult. p. 157! —

*A. herbaceum.* Linn. fil. Suppl. p. 440.

Ad Kleenfontain legerunt Mundt et Maire; ad basin montium Kleenriviersberge dictorum (District Caledon) C. F. Ecklon.

*Descr.* — Caulis fruticescens, flexuosus, procumbens, totus glaber, purpureo-fuscus, 1—3 pedalis. Rami ex axillis foliorum. oppositi, subtetragoni, purpurascentes apice puberuli. Folia opposita, sessilia, lanceolata integerrima, glabra, patentia, pollicaria, basi connata, utrinque in stipulam profunde bifidam elongata, margine revoluta; breviter subulato-acuminata, acumine saepius incurvo, subtus pallidiora albescentia, sub lente tenuissime resinoso-punctata. Ex axillis folia minora et ramuli. Flores axillares 2—4 subverticillati. *Flos masc.* Calyx minutissimus; corolla infundibuliformis, tubo conico, limbo 4 (—5) partito, laciniis longitudine tubi, lanceolato-linearibus, acutis, revolutis. Stamina 4, saepe 5, tubo inserta. Antherae oblongae exsertae. *Flos foem.* similis masculo, minor. Germen ovatum, didymum. Achaenia ovato-oblonga, facile separanda, dorso convexo, glabro; commissura concava, costula prominula bipartita.

5. *A. hirtum.* nob. — Diss. nostr. p. 11.

A. foliis oppositis lanceolatis, acutis, junioribus ciliatis, basi hirtis, stipula simplici subulata hirta, floribus axillaribus pentandris, achaeniis — ? —

*A. rubiaceum.* Reichenb. ap. Spreng. S. V. IV. 2. p. 338. (Fide specim. ab auctore.)

In monte Diaboli legerunt *Bergius* et *C. F. Ecklon* (altitudine 1000 — 2000 pedum); in monte Kasteelsberg inter 3000 et 3500 pedes altit. Ecklon specimina juniora sterilia.

*Descr.* Radix lignosa, ramosa. Caulis lignosus, erectus, ramosus, purpureo-fuscus, superne, praecipue circa axillas pilis albis patentibus hirtus, pedalis et ultra. Rami oppositi, purpurei, hirti, folia opposita, lanceolata, subulato-acuminata, pollicaria, basi connata in stipulam simplicem subulatam hirtam elongata, margine parum revolulo, acumine parum recurvo, subcartilagineo, basi coar-

ctata pilis sparsis ciliata, pagina superiore glabra, splendente, basin versus pilis sparsis hirta, inferiore pallida, albescente, nervo medio prominulo. Folia juniora molliora, minus splendentia, pubescentia, margine tenuissime ciliata, acuminata. Ex axillis folia minora et ramuli. Flores axillares 2—4 subverticillato-spicati, pentandri, externe hirsuti. Calyx minutissimus, germinis rudimento vix conspicuo. Corolla infundibuliformis, 5-partita, laciniis lanceolato-linearibus, tubo duplo longioribus. Stamina 5, longitudine corollae; antherae oblongae parum exsertae. Specimina foeminea haud vidimus.

Obs. Valde affine *A. lanceolato* Thbg., a quo vero differt: caule validiore, erecto, lignoso, hirto, foliis basi ciliatis et hirtis, subcoriaceis, stipula simplici subulata hirta; dum in *A. lanceolato* caulis debilior, subherbaceus, procumbens, angulosus, glaberrimus, apice tantummodo puberulus, foliis glaberrimis, stipula bifida. — *A. lanceolatum* et *hirtum* a *ciliari* et *aethiopico* foliis pollicaribus patentibus primo aspectu dignoscuntur.

6. *A. scabrum.* Thunb. — Diss. n. p. 14.

A. foliis oppositis linearibus, subtrigonis, acuminatis, margine et carina scabris, stipula simplici brevissima, floribus axillaribus pentandris.

*Anthospermum scabrum.* Thunb. prodr. p. 32. — Willd. spec. pl. IV. p. 732! — Thunb. flor. capens. ed. Schult. p. 158! —

Inter montem Diaboli et Tabularem (Februar. 1816) legit *Bergius*; ad Middelenfontain (Julio 1821) *Mundt* et *Maire.* Specimina alia non vidimus, nisi in herb. R. Berolin. asservata et haec mascula.

*Descr.* — Caulis brevissimus; fruticosus, infima basi decumbens, mox ramosissimus. Rami plurimi, aggregati, suberecti virgati, basi cinerei, sub apicem scabriusculi, fo-

liosi, palmares et ultra. Folia opposita, lincaria, subtrigona, mucronata, apice ramorum magis conferta, $\frac{1}{2}$—1 polliçaria basi in vaginulam connata brevissime stipulata, margine et carina cartilagineo-serrulato-scabris, mucrone subcartilagineo parum reçurvo. Flores axillares 1—2. *Flos masc.* Calyx in flore vix conspicuus; corolla tubo brevissimo, cylindrico, limbo 5-partito, laciniis tubo quadruplo longioribus, canaliculatis, revolutis, apice incrassato tuberculo papilloso retrorsum spectante instructo. Stamina 5, longitudine laciniarum corollae. —

7. *A. paniculatum.* nob. Diss. p. 15. Tab. 1. fig. 2.

A. foliis oppositis, lineari-subspathulatis, stipula brevi simplici, floribus paniculatis; achaeniis 3-costatis, glabris.

Specimina in herb. R. Berolin. asservata legerunt Mundt et Maire in Terra Houtniquas (Januar. 1820 fructifera); prope Hanglipp florentia (Julio 1821). — Specimen singulum et hoc incompletum masculum inter plantas Ecklonianas reperimus, a Zeyhero lectum. (Unterberg. Oct., Novbr. 1825.)

*Descr.* — Radix crassa, lignosa. Caulis fruticosus, fuscescens, a basi ramosus, pedalis et ultra; rami oppositi, puberuli. Folia opposita, lineari-subspathulata, obtusiuscula, glaberrima, superiora angustiora, basi parum connata breviter stipulata, stipula acutiuscula, pagina inferiore pallidiore, vix semipollicaria. Ex axillis folia alia et ramuli. Flores paniculati, panicula terminali, angusta, elongata; ramificationes paniculae foliis sensim minoribus, tandem abeuntibus in bracteas subulatas, basi dilatatas, delapso fructu semilunae instar remanentibus, suffultae. *Flos masc.* Calyx brevis, 4-partitus, laciniis ovatis, acutis, subconcavis. Corolla tubo brevissimo, limbo 4-partito, laciniis lineari-lanceolatis, revolutis, tubo 3—4-plo longioribus. Stamina 4 exserta. *Flos foem.* similis masculo, minor. Germen obovatum didymum, calyce persistente coronatum.

Achaenia 2 dorso angulosa, 3-costata, costis duabus lateralibus magis prominentibus, in apice laciniarum calycis persistentium terminatis; commissura foveola oblonga, spina prominula bipartita, exsculpta. —

2. *Floribus hermaphroditis.*

8. *A. Lichtensteinii.* nob. — Diss. n. p. 15.

A. foliis oppositis linearibus, carinatis, glabris, ciliatis, stipula simplici ciliata, floribus axillaribus, achaeniis hirtis.

*A. Lichtensteinii.* Diss. n. de Rub. cap. p. 9 et 15.

*Spermacoce ericaefolia.* Lichtenst. Mscpt. — Syst. Veg. ed. R. et Sch. III. p. 281! — Willd. herb. No. 2631! —

In arenosis prope Lautenbach ad Riedvalley specimina fructifera legit Ecklon. Specimina herb. Willd. a Lichtensteinio lecta, florentia et fructifera.

*Descr.* — Caulis fruticosus, erectus, lignosus, ramosus, teres, inferne glaber, superne puberulus. Rami erecti, adpressi, stricti, ramulosi, inferne nudi. Folia opposita, lincaria, glabra, basi connata in stipulam brevem, obtusam, ciliatam terminata, margine (praesertim basin versus) et carina ciliata, apice acutiuscula, submucronata. Ex axillis alia folia minora. Flores hermaphroditi, axillares, 2 vel 4 verticillati. Calyx limbo minuto, 4-dentato, pilis albis hirtus. Corolla monopetala, tubo brevi, limbo 4-partito, laciniis lincaribus, ciliatis, externe pilosiusculis, revolutis. Stamina 4; antherae oblongae filamentis brevibus affixae; vix exsertae. Germen oblongum, didymum; stigmata 2 pilis patentibus hirta, corollam longe superantia. Achaenia 2 coadunata oblonga, dorso pilis albis brevibus hirta; commissura subconcava, spinula prominente bipartita; apice calycis dentibus coronato. In speciminibus Ecklonianis achaenium alterum saepius abortivum.

9. *A. spermacoceum.* Reichenb. ap. Spreng. Syst. Veg. IV. 2. p. 338. fide spec. Reichenb.! —

Convenit specimen sub A. spermacocei nomine ab Ill. Reichenbach communicatum cum planta in promontorio bonae spei variis locis ab Ecklonio lecta, atque Anthospermi foetidi Eckl. nomine notata; cujus descriptionem hic inseramus, ne synonymis accumulatis ulterior disquisitio observatoribus difficilior reddatur.

Specimina Eckloniana lecta sunt in locis sequentibus: Kleinriviersberg. Zweite Höhe. Novbr. — Capsche Fläche unter Constantia; Januar. — Duivelsbosch bei Zwellendam. Octbr. — Kluft vom Teufelsberge; April. — Abhänge auf der westlichen Seite der Platte des Tafelberges; Jul. —

*Descr.* — Caulis herbaceus, flexuosus, ramosus, subangulosus, glaber, superne puberulus, cinerascens vel cinereo-fuscus, pedalis et ultra. Rami axillares oppositi. Folia opposita, lanceolata vel oblongo-lanceolata, sessilia, basi in vaginulam connata mediante stipula interfoliacea, glaberrima, integra, margine sub lente tenuissime cartilagineo-serrulato-scabra, apice acumine saepius incurvo instructa, pagina inferiore pallidiore; stipula pilosiuscula, apice setoso-fissa. Flores axillares solitarii, longe pedicellati, pedunculis calyce longioribus, plerumque ex axillis foliorum ramulorum axillarium prodeuntibus. Calyx obovatus 5-gonus, fauce contractus, superus, limbo 5-dentato; dentibus inaequalibus, altero maximo ovato-lanceolato, reliquis quatuor 3—4-plo longiore; corolla supera, monopetala, tubo brevi, limbo 5-partito, laciniis linearibus, obtusiusculis, planis, glabris, tubo duplo longioribus, demum reflexis. Stamina 5 tubo inserta; antherae oblongae filamentis medio impositae. Intra calycem reperimus ovarium oblongum, calyci non adhaerens (?) basi calycis affixum, et continens ovulum exsiccatione correptum, basi ovarii fili tenui ope adhaerens. Fructus maturos vel ova-

ria magis evoluta in speciminibus Ecklonianis haud observavimus. — Habitus Spermacoces, foliorum dispositione et forma proxime ad Anthospermum lanceolatum accedit!

## 2. Ambraria. nob.

*Char. essent.* — Flores dioici, eadem structura ac in Anthospermo. Capsula pseudo-trilocularis indehiscens, loculo intermedio vacuo, lateralibus monospermis.

1. *A. glabra.* nob. — Diss. nostr. p. 17. Tab. 1. fig. 3. A. capsulis obovato-subglobosis, glabris.

*Nenax acerosa.* Gaertn. l. c. Tab. XXXII. fig. 7.

Specimina duo tantummodo vidimus in herb. R. Berolinensi, a Bergio lecta, eaque fructifera.

*Descr.* — Caulis fruticosus ramosus palmaris et ultra, ramis junioribus rubentibus. Folia terna verticillata, linearia, subtriquetra, glabra, basi connata mediante stipula obtusa, margine et carina ciliato-serrulatis scabrida, 3—6‴ longa, ½—1‴ lata. Flores axillares, subverticillato-spicati, dioici. Capsula obovato subglobosa, calyce persistente coronata, glabra, cinereo-fusca.

*Adn.* Nenax acerosa Gaertn. cum Ambraria glabra convenire videtur, quamvis Gaertnerus pericarpium, media cavitate inani exsculptum, circa peripheriam loculamentis regulariter 5, sed tribus plerumque abortientibus et subobliteratis stipatum esse dicat. Icon enim Gaertneriana vix discrepat ab Ambr. nostra glabra, ratione habita ad cristas illas in cavitatem inanem mediam prominentes, a facie interiore loculamentorum fertilium abeuntes. (V. supra charact. natural. Ambrariae Obs. 1). Gaertnerus fructus maturos exsiccatione correptos examinavisse et loculos 5 pericarpii nunquam observavisse, sed posuisse potius videtur, loculos tres plerumque non

solum abortientes sed etiam subobliteratos quum dicat.

2. *A. hirta.* nob. — Diss. p. 17. Tab. 1. fig. 4.

A. capsulis tomentoso- hirtis.

Specimina herbarii R. Berolinensis a Bergio lecta ad basin montis Leonis versus Drieankerbay Junio 1816 lecta foeminea, germinibus adultioribus; — florentia mascula et fructifera legerunt. Mundt et Maire.

*Descr.* — Fruticulus spithameus et ultra, rnmosissimus. Caulis lignosus, a basi ramosissimus puberulus, superne hirtus. Rami foliis et floribus dense obtecti, sub apicem ramulosi, hirti. Folia terna verticillata, linearia, subtriquetra, glabra, basi connata brevissime stipulata (stipula, vix prominente, ciliata) margine et carina ciliata, 2—4‴ longa, internodia vix acquantia; in ramis adultioribus folia breviora, acuta, imbricata, decidua. Flores axillares 3—6 subverticillato-spicati, dioici. *Flos masc.* Calyx minimus, 4-dentatus, limbo persistente tomentoso-hirtus. Corolla infundibuliformis, limbo 4-partito, laciniis ovato-lanceolatis, longitudine tubi, externe pilis sparsis hirtis. Stamina 4, exserta. *Flos foem.* similis masculo. Germen obovatum, stigmata 2 longa, pilosa. Capsula obovata subangulosa, pilis albis densis tomentoso-hirta; costis in apicem laciniarum calycis decurrentibus glabrescentibus.

## 3. Phyllis. L.

*Galopina* Thunb. — Diss. p. 18.

*Char. essent.* — Flores hermophroditi. Calyx limbo subaequali vel bilobo. Corolla 1-petala profunde 4—5-partita. Stamina 4—5; antherae filamentis basi latere affixae. Achaenia 2 a dorso compressa.

1. *Ph. Nobla* L.

Ph. foliis 3—4 verticillatis, calycis limbo diphyllo, floribus pentandris, achaeniis obovatis, glabris, splendentibus, dorso nervoso-costatis, apice stylo coronatis.

Habitat in Insul. Canariis.

Obs. Achaenia basi affixa, nec ex axi centrali filiformi pendentes (Juss. in Mem. du mus. d'hist. nat. Tom. VI. pag. 370).

2. *Ph. Galopina*. nob.

Ph. foliis oppositis, calycis limbo subaequali, minutissimo, floribus tetrandris, achaeniis nigro-fuscis obovatis, dorso gyroso-verrucosis. —

*Anthospermum galopina*. Thunb. prodr. 32. — Flor. cap. ed. Schult. p. 156. — Spreng. Syst. Veg. I. 399.

*Galopina circaeoides*. Thunb. Diss. nov. gen. pl. I. p. 3. — Diss. nostr. de Rub. cap. p. 18.

Habitat in promontorio bonae spei. Specimina vidimus herb. Regii Berolinensis.

*Descr.* Caulis herbaceus, glaber, lineis duabus elevatis e stipula abeuntibus subangulatus, ramosus, bipedalis et ultra. Rami oppositi axillares, cauli similes, patentes. Folia opposita ovato-lanceolata, acuminata, in petiolum attenuata, glabra, subtus pallidiora, margine leviter serrulato-scabra, $1\frac{1}{2}$—3 pollicaria et ultra. Petioli basi connati in stipulam setaceo-subulatam, 3-furcatam, fere semipollicarem, lacinia media duplo longiore, elongati. Ex axillis folia minora. Inflorescentia panicula cymosa, laxa. Paniculae axillares et terminales paniculam efformant laxam, amplissimam, trichotomam, pedis diametro. Pedunculi et pedicelli oppositi, capillares, glabri, bracteati, bracteis linearibus subulatis. Flores hermaphroditi. Calyx minutissimus, limbus aequalis, vix ullus. Corolla monopetala, 4-partita, usque ad basin fissa, laciniis ovato-oblongis, apice subcucullatis, externe pilosiusculis. Stamina 4, basi corollae imposita. Antherae oblongae, fila-

mentorum apicibus basi latere impositae; filamenta brevissima. Germen obovatum, subglobosum, didymum; styli 2 brevissimi, stigmata 2, fructu adultiore ad corollae sextuplum elongata, pilis patentibus albis dense obtecta. Achaenia ut in Anthosperino, obovata a dorso subcompressa, dorso eleganter gyroso-verrucosa; commissura subconcava, nervo medio percursa. Habitu ab Anthospermis toto coelo diversa, egregie cum Phyllide conveniens! —

# PLANTARUM MEXICANARUM

## A CEL. VIRIS

# SCHIEDE ET DEPPE COLLECTARUM

## RECENSIO BREVIS

AUCTORIBUS

D. DE SCHLECHTENDAL ET AD. DE CHAMISSO.

*(Continuatio v. Linn. V. p. 554.)*

## AROIDEAE Juss.

### POTHOS L.

840. Pothos quam maxime *crassinervio* Jacq. affinis, diversus: spadice acutiori; folio angustiori acutiorique, crebrioribus donato venis, quarum superiores subreclae paulo intra marginem anastomosantes, (nec, ut in illo, arcuatim deflexae, apicem petentes). Specimen nobis unicum. Speciem proponere non sumus ausi. — — In arboribus prope Hacienda de la Laguna. Sept.

841. Pothos *podophyllus* n. sp. folio pedatisecto, laciniis irregulariter pinnatifidis, lacinulis acute acuminatis obtuse lobatis et repandis, spadice cylindrico paululum attenuato spatha laeviuscula longiori. — — Ab affinibus *P. pedato* HBK. et *palmato* L. laciniarum partitione abunde diversus. Folia chartacea, crassinervia, reticulato-venosa, utrinque tenuiter nigropunctata; maxime evoluta ab insertione petioli ad apicem 14-pollicaria, diametro transverso bipedali; sinus late pandens, nervo extimo marginatus; laciniae circiter 15, vix pollicem latae, sinubus acutiusculis discretae; nervi crassi utrinque prominentes, subtus magis. Minus evoluta dimidio minora, laciniis 9, extimis magis deflexis, sinu basali profundiori et angustiori. Pe-

tiolus sesquipedalis, supra canaliculatus, more generis sub folio incrassatus et ibidem rugosus. Scapus petiolo similis, sesqui- bipedalis et ultra. Spadix sub anthesi circiter tripollicaris, supra spatham breviter pedunculatus, sub grossificatione semipedalis. — — In sylvis umbrosis prope Hacienda de la Laguna. Sept.

## PISTIA L.

842. Pistia *stratiotes* L. et Auct., HBK. 1, p. 66. — — In aquis stagnantibus prope Estero. Reg. calid. Febr.

## TYPHINAE Juss.

## TYPHA L.

843. Typha an *latifolia* L.? an *truxillensis* HBK.? — — Squamis amenti masculi dicuntur differre: speciminа autem nostra, aetate provectiora, amentum masculum cum squamis ejus amiserunt. — — In lacu Jalapensi. Sept.

## NAJADES.

## NAJAS. L.

844. Najas *flexilis* W. sub *Caulinia*. Cham. Linnaea 4, p. 501. — — In aquis fluentibus prope Hacienda de la Laguna. Oct.

## CYPERACEAE. Juss.

## CYPERUS L.*)

845. Cyperus *articulatus* L. — Umbella in specimenibus nostris valde contracta. Spiculae lineari-lanceolatae, acutissimae. — *Cyp. niloticus* Forsk. et *nodosus* Willd. specie, ut specimina plurima herb. regii demonstrant, nullo modo differunt. — — Prope Vera-Cruz.

846. Cyperus *polystachyos* Rottb. var. 1) minor spi-

*) Hoc genus recensuit Fr. Junghuhn.

culis lutescentibus. — *Cyp. flavus* Presl! Rel. Haenk. p. 176, certe nil nisi hujus varietas tenera, pusilla. 2) major, spiculis brunneo-nigricantibus. — *Cyp. brunneus* Sw. fl. ind. occ. 1, p. 116. — *Cyp. cimicinus* Presl.! Rel. Haenk. p. 166, minor est, celerum omnino convenit. — Utraque forma in paludibus prope Jalapam. Sept. 3) radiis umbellae nonnullis (1—3) elongatis, spiculis pallidis, alternis, subcapitatis, involucro 3-phyllo, altero longissimo, saepe 2 digitos longo, foliis linearibus culmum triquetrum, saepius longissimum, bipedalem, tenuem, subaequantibus. — Prope Vera Cruz.

847. Cyperus *surinamensis* Rottb. — Culmus, folia et involucra margine retrorsum scabra. — Herb. Willd. nr. 1324. In herb. gen. exstat sub nomine: *Cyp. compresso* et *Cyp. virente* Michx. — *Cyp. vegetus* herb. Willd. multo major, differt culmo laevi etc. — — In pratis humidis prope Vera-Cruz. Jul.

848. Cyperus *flavicomus* Herb. Willd. nr. 1393, var. squamis spicularum sordide virescentibus. — Pursh fl. Am. sept. 1, p. 53. — Simillimus est *Cyp. tuberoso* Rottb. gram. t. 7, f. 1, sed radix neutiquam tuberosa, stolonifera *Cyp. tuberoso* Herb. Willd. nr. 1367, non similis est. — Prope Vera-Cruz.

849. Cyperus *thyrsiflorus* n. sp. — *Radix* crassa,? repens, fibras undique copiosas emittens. *Culmi* subcaespitosi, 1—2-pedales, acute triquetri, glabri, striati, basi vaginati. *Vaginae* hinc truncatae, hinc in folia plana, culmo paullo breviora, margine serrulato-scabra, 2 lineas fere lata elongatae, exteriores fissae, emarcidae, interiores culmum arcte ambientes, longissimae, digitales. *Folia involucralia* sex, margine carinaque serrulato-scabra, exteriora (inferiora) tria, longissima, umbellam duplo superantia, basi 2 lineas et ultra lata, interiora (superiora) lineam ab illis remota, umbella breviora eamve aequantia. *Um-*

*bella* spuria, simplex, terminalis, 6—8 radiata, radio medio subsessili, lateralibus subalternis, (i. e. non verticillatis, unde umbella spuria,) elongatis, 2—3 uncialibus, striatis, glabris, basi ochreis truncatis vix semiuncialibus cinctis, apice spicatis. *Spicae* oblongae, obtusae, 1—2 uncinales, thyrsoideae. *Spiculae* $\frac{1}{3}$ unciam longae, sessiles, numerosae, (30—50,) alternae, teretiusculae, angustissimae, lineares, acutae, subquinqueflorae, dein horizontales, patulae. *Squamae* compressae, angustae, $\frac{1}{2}$ lineam latae, elliptico-lineares, margine ferrugineo-lutescentes, nervo dorsali viridiusculo, apice subprominente. *Semen* elongatum, triquetrum, longitudine curvatum, pagina interna convexa, lateralibus in angulum curvatum rachi oppositum confluentibus. *Rhachis* flexuosa, tenuis. *Stigmata* tria. — Proximus *Cyp. prolixo* H. et B. — — Prope Jalapam. Aug. et prope Hacienda de lá Laguna. Oct. —

850. Cyperus *ciliatus* n. sp. — *Radix* fibrosa. *Culmus* solitaris, pedalis, basi bulbillosus, bulbo radiculas emittente, triqueter angulis acutis ciliato-scabris. *Vaginae* basilares, foliiferae, exteriores subfuscae, hinc fissae, apertae, interiores 2—3 uncias longae, culmum arcte cingentes, hinc truncatae, hinc in folium elongatae. *Folia* plana, 2—3 lineas lata, culmum fere aequantia, margine carinaque antrorsum ciliato-scabra. *Folia involucralia* sex et plura, ceteris similia, inaequalia, plana, margine carinaque ciliato-scabra, inferiora longiora, umbellam dimidio duplove superantia, basi fere 3 lineas lata, superiora (1—2 lineas ab his remota) minora, umbellam aequantia, suprema umbella breviora. *Umbella* terminalis, spuria, 5—7 radiata. *Radii* simplices, e variis punctis insertionis, inaequales, triquetri, 2—3 uncias longi, basi ochreis brevibus, vix semiuncialibus, bidentatis cincti. *Spiculae* numerosae, (20 et plures,) terminales, alternae, patentes, lanceolatae, acutae, involucris partialibus, brevioribus, mar-

gine ciliato-scabris, suffultae, unciam dimidiam vix longae; subquinqueflorae. *Squamae* compressae, ovatae, acutae, medio viridiusculae, striatae, margine fusco-lutescentes. *Semen* ovale, triangulare, ad latera concavum, (angulis prominentibus, alaeformibus). *Stigmata* tria. — Similis est *Cyp. lucidulo* Herb. Willd. nr. 1366, qui differt: culmo laevi, spiculis multifloris, semine compacto, triquetro et caet. et *Cyp. esculento* nr. 1371, Vahl. enum. 1, p. 345; culmo laevi, spiculis multifloris, squamis obtusis et caet. diverso. — — Inter St. Fe et Plan del Rio. Jul.

## KYLLINGIA Rottb.

851. Kyllingia *odorata* Vahl, H. W. no. 1442, HBK. 1, p. 170. — — In graminosis prope Jalapam. Aug.

## MARISCUS Vahl.

852. Mariscus *Mutisii* HBK. 1, p. 174, t. 66. — — Prope Jalapam. Aug.

## FUIRENA Rottb.

853. Fuirena (*Vaginaria* Rich.) *glomeratae* Lam. et *squarosae* Michx. maxime affinis, a superiori diversa: aristis squamarum scabris, nec ciliatis; ab ulteriori: aristis rectis, ipsa squama brevioribus, nec recurvis eadem longioribus. — — Ex toto canescenti-villosa, ad margines sylvarum cum *Bromelia Karata* Vera Cruz. Jul. — Glabrescens (specimina pauca), ibidem.

## ISOLEPIS Kunth.

(*Isolepis* RBr. *Fimbristylis* Vahl. RBr. *Echinolytrum* Desv.)

854. Isolepis *asperula* HBK. 1, p. 178; R. S. 2. p. 120. — *Scirpus fuscus* herb. W. no. 1220 et *humilis* no. 1218. — — Humeros de los retumbados. Sept.

855. Isolepis *bufonia* HBK. 1, p. 179; R. S. 2, p.

121. — *Scirpus bufonius* W. herb. no. 1219. (Spec. Humb.) — *Sc. tenuifolius* Reichb. in Weigelt plant. exsic. Surinam. — —. Hacienda de la Laguna. Sept.

856. Isolepis *dichotoma*. HBK. 1, p. 179. *Fimbristylis dichotoma* Vahl, R. S. mant. 2, p. 55, *Scirpus dichotomus* L., HW. no. 1254. — *Scirpus fuscescens* HW. no. 1270, RS. mant. 2, p. 60, Fimbristylis Humboldtii Presl Reliq. Haenk. 3, p. 190. — *Scirpus fimbriatus* W. berl. mag. 2, p. 290; herb. no. 1273. (Bory. Maurit.) — *Scirpus nitidulus* W. herb. no. 1271, *Fimbristylis nitidula* Link. Jahrb. 3, p. 81, RS. mant. 2, p. 60. — *Scirpus pallescens* HW. no. 1269. fol. 1. (Humb.?) — *Scirpus Candelabrum* HW. no. 1267, *Fimbristylis Candelabrum* Link Jahrb. 3, p. 80, RS. mant. 2, p. 60. — — Prope Jalapam. Aug.

857. Isolepis *ferruginea*. *Fimbristylis ferruginea* Vahl., RS. 2, p. 99, *Scirpus ferrugineus* HW. (Vahl.). — Vix folio latiori et uberiori tomento diversus. *Sc. cinereofuscus* W. herb. no. 1259, (Bory. Maurit.) RS. mant. 2, p. 84. — — Inter Santa Fe et Plan del rio. Jul.

858—59. Isolepis species duae supersunt in melioribus recognoscendae cpeciminibus. — — Haciendae de la Laguna.

## SCIRPUS Kunth.

(*Eleocharis* et *Scirpus* R. Br.)

860. Scirpus *trichoides* HBK. 1, p. 181, RS. 2, p. 124, mant. 2, p. 72; *Sc. acutus* HW. no. 1167 (Spec. Humb.). — — Ad ripas lacus Jalapensis. Sept.

861. Scirpus *capitatus* L., HBK. 1, p. 181, HW. no. 1183. *Eleocharis capitata* RB., RS. 2, p. 153. — *Sc. atropurpureus* HW. no. 1181. (Spec. ex Ind. orient. *Sc. capitatus* Klein in schedula.) — Hic pertinere videtur *Sc. palmaris* HW. no. 1185, RS. mant. 2, p. 84 in observ.

Specimina juniora. — — In humidis Misantlac. Reg. subcalidae. Febr.

862. Scirpus *mutatus* L., Eleocharis mutata RS. 2, p. 150, Presl.! Reliq. Haenk. 3, p. 196. — Specimina: Sieb. plant. exsic. Mart. no. 10. — Bertero Jamaica. — Weigelt Surinam. — — In lacu Jalapensi. Sept.

## DICHROMENA Vahl.

863. Dichromena *radicans* n. sp. pubescens. caespitosa. Folia pedalia sesquipedaliaque, lineam sesquilineam lata, erecta, flaccida, nervosa; nervis circiter septem albidis, extus prominulis et pilosis; marginibus ciliatis scabris; vaginis nervosis pilosis, ore longius ciliatis. Culmus tripedalis, filiformis, flaccidus, ornatus inferne foliis circiter tribus; superne aphyllus, nudus, glabrescens. Spica terminalis solitaria, lanceolato-conica, quatuor circiter lineas longa, foliis involucrata ad summum tripollicaribus 4—5 concoloribus (vix basi vaginante longiusque ciliata pallescentibus). Squamae ovatae, acuminatae, scariosae, albidae, enerves, dense imbricatae, omnes fertiles. Flos et fructus generis. Achaenium lenticulare, suborbiculare, diametro $\frac{3}{4}$ lineari; stylus a medio bifidus, lunula basilari insigni. — Culmi in terram dependunt, e capitulo radices demittunt, novamque edunt prolem. — — In umbrosis prope Jalapam. Serro Colorado. Aug.

## CHAETOSPORA Kunth.

(*Chaetospora* et *Rhynchospora* R. Br.)

864. Chaetospora *ferruginea* HBK. 1, p. 185. *Rhynchospora ferruginea* RS. 2, p. 85. Presl Rel. Haenk. 3, p. 199. — *Rh. brunea* HW. no. 1130. — — Hacienda de la laguna in graminosis. Oct. — Specimina juniora et minora ibidem in humidis. Sept.

865. Chaetospora *aurea* HBK. 1, p. 186. *Rhyncho-*

*spora aurea* Vahl et RBr. (Fide icouis Rottb. et spec. Pöppig plant. exsic. Cubens. — — In sylvis prop. Jalapam. Aug.

866. Chaetospora species. *Rhynchospora ferruginea* Sieb. Mart. no. 9, quam ad *auream* traxere RS. mant. 2, p. 45. Propria certe species ab illa potissimum diversa. Paniculae axillares, pyramidales, decompositae, spiculis in ramis secundi ordinis spicatis, quae paniculae in apice culmi in paniculam confluunt foliosam, supradecompositam. An nova species. — — Serro colorado?

867. Chaetospora *triceps*, *Schoenus triceps* Vahl, RS. syst. 2, p. 74, mant. 2, p. 43. — *Rhynchospora* globulifera HW. no. 1131. — *Rh. aurea* Sieb. Mart. no. 8. — — In humidis prope Mesachica. Reg calid. Dec.

## SCLERIA Bergius.

868. Scleria *hirtella* Sw.! HBK. 1, p. 186. Planta mexicana omnino convenit cum Humboldtiana, quae *Sc. nitens* HW. no. 17336, eodemque modo „culmo foliisque glabriusculis" a Swartziana, HW. no. 17330, recedit. — — Hacienda de la laguna in dumetis. Sept.

869. Scleria *filiformis* Sw.! HW. no. 17325, Sp. pl. 4, p. 316. — — In sylvis Papantlae. Jan.

870. Scleria *melaleuca* culmo triquetro foliisque linearibus scabris, paniculae terminalis flexuosae ramis pauciflоris, nucula basi candida superne nigra mucronata laevi Reichb.! in Weigelt. plant. exsic. Surin. — — Hacienda de la laguna. Sept.

## CAREX L.

871. Carex *muricata* L.? W. sp. pl. 4, p. 234, differt nostra bracteis spicam excedentibus, qua nota ad *C. nemorosam* accedit. — — Prope Jalapam. Aug.

872. Carex *leporina* L. Wahlb.? *C. ovalis* Good. et W.? Squamae nostrae albidae, nec fuscescentes; nervo-

medio viridi, paulo breviores quam fructus, nec illum aequantes aut superantes. *C. foenea* W. En., ut nunc in horto viget, ab indigena nostra *Carice leporina* non potest distingui, dum specimen in HW. asservatum propius ad mexicanam stirpem accedit. — — In graminosis prope Jalapam, Serro colorado. Aug.

873. Carex superiori quam maxime affinis. Specimina pauca. — — Terra fria. Sept.

874. Carex *mexicana* Presl.! Reliq. Haenk. fasc. 3, p. 204. Styli tres nec duo. Specimina cum Haenkeano exacte conveniunt. — *C. cladostachya* HW. no. 17174, (specimen Humboldt.) simillima nostrae, sed recedit panicula diviliori, ramis ex axillis sex et saepius geminatim provenientibus, inferioribus basi iterum ramosis, e spiculis quoque pluribus constante. Caeterum differentia nulla. Certius elegimus nomen, quod vero suprimendum, si jure ad Swartzii et Wahlenbergii *C. cladostachyam* suam retulerit plantam Willdenowius. — — Prope Jalapam praesertim in monte Macultepec, etiam ad regionem *Cecropiarum* descendit. Aug. — — In sylvis Papantlae. Jan. deflorata.

875. Carex *viridis* n. sp. Stigmatibus tribus, spicis pluribus filiformibus laxis apice masculis, mascula nulla. — — Glabra, foliis scabris; culmo superne sub nodis, squamis, nervo rostroque fructus scabridis; culmo ex maxima parte caeterisque partibus laevibus. Caespitosa; foliis basi cum vaginis extimis fusco-purpurascentibus, caeterum saturate viridibus, erectis, pedalibus sesquipedalibusque, sesqui- duasve lineas latis; culmo triquetro, gracili, bi- et tripedali, foliis, praeter subradicalia, paucis brevioribusque instructo, quorum supremo uno alterove spicigero, spicis apicalibus 5—7 approximatis, bracteis setaceis minutis suffultis. Vagina foliorum superiorum arcte amplectens, ore sinu profundo exciso, ibidemque quasi sphacelata et scabrido-puberula. Spicae extra vaginam bre-

viter pedunculatae sparsi- et rariflorae, tenues, laxae; inferiores longiores vix duos pollices latos excedentes, summo apice masculae. ♀ Squamae ovato-lanceolatae, acutae, dorso virides, uninerviae, nervo scabrido subexcurrente, lateribus fuscescentibus, marginibus hyalinis albis scarioso-laceris. Fructus trigono-lanceolatus, breviter rostratus, cum rostro sesquilineam longus, angulo dorsali obtuso, lateralibus acutiusculis, facie convexiuscula; multinervis, viridis, rostro squamam excedens, ore oblique subrotundo breviter bimucronato, angulis lateralibus scabridis. Achaenium anguste obovoideo-trigonum, brunneum, angulis obtusis saturioribus, nitidum, tenuissime punctulatum. ♂ Squamae angustiores, brunnescentes, imbricatae.

876—77. CYPEROIDEARUM species supersunt duae e speciminibus insufficientibus haud eruendae, altera prope Jalapam, altera ad radices montis Orizabae collecta.

---

## GRAMINEAE Juss. K.

### *Sect. I. Paniceae.*

### PASPALUM.

878. PASPALUM *Humboldtianum* Flügge, HBK. 1, p. 72, t. 23, HW. no. 1567. — — Hacienda de la Laguna. Sept.

879. PASPALUM *conjugatum* Sw., HBK. 1, p. 75, HW. no. 1578. — — Ad margines umbrosos sylvarum prope Vera-Cruz. In dumetis prope los Cocos. Jul.

880. PASPALUM *vaginatum* Sw., HBK. 1, p. 75, HW. no. 1580 a. (Spec. Humb.) — — Ad margines lacus Jalapensis. Sept.

881. PASPALUM *notatum* Flügge, Nees Agrost. bras. p. 61. — Glumae in aliis ovato-subrotundae, in aliis ovato-oblongae, mediantibus formis non deficientibus. — — Santa Fe. Jul. — In graminosis prope Jalapam. Aug.

882. Paspalum *furcatum* Flügge Gram. p. 114, HW. no. 1581. — Varietas pilosa, glumis praesertim margine viloso-pubescentibus. Folia elliptico-lincaria, obtusissima. Forma ad *P. platyculmum* Petit Thouars apud Nees Agrost. bras. p. 24, HW. 1582! vergens. — — Unum e Graminibus perennantibus, quae saepius caespites, tempore pluvioso laete virentes formant. Prope los Cocos.

883. Paspalum *plicatulum* Michx., Nees Agrost. Bras. p. 67. — — Santa Fe. Jul. — Prope Jalapam. Aug.

884. Paspalum *virgatum* L., HW. no. 1609 a. et 1612, HBK. 1, p. 76. — — Prope Jalapam in graminosis. Aug.

885—88. Paspali supersunt species quatuor adhuc indeterminatae.

## STENOTAPHRUM Trin.

889. Stenotaphrum *glabrum*. Trin. — *Rottboella dimidiata* L., HW. no. 2284. — — In pascuis prope Vera Cruz. Jul.

## PANICUM Kunth.

890. Panicum *adscendens* HBK. 1, p. 80, HW. no. 1663. (Spec. Humb.) — — In collibus arenosis ⊙. Prope Vera Cruz et San Jose. Jul., prope Jalapam. Aug.

891. Panicum *leucophaeum* HBK. p. 80. — *Milium villosum* HW. no. 1675. — *Monachne unilateralis* Palis. d. Beauv. — — Prope Papantlam. Jan.

892. Panicum *divaricatum* L. Sub hac specie plura comprehendimus synonyma sequentesque formas invicem transitoriis formis conjunctas, plura e descriptis Panicis ad hoc erunt reducenda:

1) *genuinum* Linn.; ramis divaricatis flexuosis, apice scabrido-pubescentibus, foliis angustioribus glabrioribus, panicula depauperata, *P. divaricatum* HBK. 1, p. 83,

p. 83, Hb. W. n. 18765, *P. orinocense* Hb. W. no. 18766, fol. 4—5, incl. in varietatem ludit latifoliam panicula divitiori

2) *latifolium*, a genuino recedit: foliis latioribus, panicula divitiori. *P. orinocense* Hb. W. l. c. fol. 2. 3, *P. maculatum* Rchb. in Weigelt pl. Surin. exs. *P. fuscum* Sieb. fl. Mart. exs. n. 29, *P. airoides* Sieb. Agrost. no. 120 (e nova Hollandia?!)

3) *molle*, villoso-pubescens, ceterum cum genuino omni modo conveniens,

4) *lanatum*, cum forma secunda foliis latioribus et divitiori panicula conveniens, foliis subtus vaginisque magis villoso-pubescentibus, glumis saepe fuscescentibus. *P. orinocense* Hb. W. l. c. fol. 1 (spec. Humb. Orinoco). *P. lanatum* Vabl, Hb. W. no. 18760 (spec. Swartz.), *P. divaricatum v. rigens* Sieb. Agrost. no. 144, *P. arborescens* Sieb. fl. Martin exs. no. 267 (an *P. glutinosum* HBK. 1, p. 83?). Sensim in formam latifoliam innumeris transit intermediis formis.

*Panicum ruscifolium* HBK. Hb. W. no. 18767 est varietas foliis tenuioribus glabris, panicula depauperata, ut in umbrosis enata.

Crescit forma prima in sylvis Papantlae (Jan. 29. Gramen fruticosum, culmo 3—4-orgyali debili); tertia in sylvaticis prope Jalapam. Aug.; quarta in dumetis prope Vera-Cruz. Jul.

893. Panicum *maximum* Jacq., Nees Agrost. bras. p. 166, HW. no. 18745, *P. jumentorum* HBK. 1, p. 85, *P. poaeforme* HW. no. 18744. (Spec. Bory ex ins. Mauritii et Borboniae ubi et pro pabulo colitur.) — *Zacate de Guinea* Hispano-Mexicanis. — —. Passim colitur Misantlae 24. Mart.

894. Panicum *trichoides* Sw. flor. ind. occid. 1, p. 176; HBK. 1, p. 87, HW. no. 18762 (spec. Humb. et Sw.), Sieb. Agrost. no. 122. — *P. capillaceum* Linn., HW.

no. 18853 (specim. Venten. aliaque). — Varietas brevifolia vaginis pilosis, (vix species) β *P. brevifolium* Sieb. Mart. No. 28, *P. acutifolium* HW. no. 18772 (spec. Humb.), *P. filamentosum* Link.! Hort. reg. berol. 1, p. 212. — Prope San Pablo. Jan.

895. Panicum *acuminatum* Sw.! flor. ind. occ. 1, p. 152, HW. no. 18770 (spec. Sw.): — — Planta summopere variabilis; nunc vix digitalis, caule abbreviato, a basi ramoso, cespitem efformante; nunc fere tripedalis, caule inferne denudato debili, superne ramoso. Variat foliis mox angustis lineam latis, mox tres lineas et ultra dilatatis; mox brevibus, mox elongatis; mox cum vaginis glabriusculis, margine scabris; mox ad basin ciliis instructis aliquot longioribus, vaginis praecipue ad orificium pilosis; mox ex toto longioribus pilis plus minusve adpressis gaudentibus; variat denique panicula et depauperata et divitiori, hic clandestina vix a vaginis proveniente, foliis breviore pauciflora, illic multiflora, exserta, pedunculo folia superante. Omnibus hisce inter se optime conjunctis formis eadem spicularum florumque structura. Certo certius haec species pluribus sub nominibus ab auctoribus plantas boreali-americanas enumerantibus est proposita, nequimus autem synonyma extricare, deficientibus speciminibus autographis, subjungimus modo speciminum herbariorum nomina ad hanc speciem certissime pertinentium. — — *P. tectum* HW. no. 18710. — *P. pauciflorum* Bosc, HW. no. 18861. — *P. barbulatum* Lam., HW. 18829. — *P. angustifolium* Ell. fide Bernhardi. — *P. lanuginosum* Ell. fide Bernhard. — *P. dichotomum* Mühlenb., HW. no. 18708. — *P. velutinum* Bosc, HW. no. 188831. — *P. pumilum* Bosc, HW. no. 18832. — *P. hirsutum* HW. no. 18833. — *P. striatum* Mühlenb., HW. no. 18713. — *P. heterophyllum* Mühlenb., HW. no. 18709. — Sequentes collegerunt formas: *a*) folia lata et hirsuta, panicula rite evoluta, plus minus exserta, multiflora „prope Jalapam Aug." — *b*) Fo-

lia lata et glabra, basi ciliata, panicula rite evoluta plus minus exserta multiflora „prope Jalapam in sylvaticis Aug." — *c*) Folia lata et hirsuta, panicula subinclusa clandestinans pauciflora „in sylvis prope Jalapam Aug." — *d*) Folia angusta glabra, panicula rite evoluta exserta, multiflora „prope Jalapam." — *e*) Folia angusta, glabra v. hirsuta v. pubescentia v. ciliata, culmo elongato v. abbreviato ramoso (ad basin saepe latifolio), panicula exserta v. subinclusa, multi- v. pauciflora, saepe plures harum formarum in eodem individuo. „In dumetis prope Jalapam."

896. Panicum *arenarium* Brot., Nees Agrost. brás. p. 170; *P. repens* HW. no. 18738. Certo certius nostra una eademque planta ac europaea mediterranea, forsan nullo jure a *P. repente* L. distracta et cum aliis a recentioribus propositis speciebus ad eam reducenda. — — In pratis humidiusculis prope Vera-Cruz. Jul.

897. Panicum *pallens* Sw.! fl. ind. occ. 1, p. 164, H. W. no. 18755. — — Jalapae in sylvis.

898. Panicum proximum *piloso* Sw., HW. n. 18730. Nees agrost. bras. p. 183! *P. distans* HW. n. 18731 (spec. Humb.), diversum vero: spiculis duplo majoribus, paucioribus, scabrioribus, vix autem alia nota. — — Pr. Jalapam. Aug.

899—901. Panica remanent tria indeterminata.

## OPLISMENUS Beauv.

902. Oplismenus *setarius* R. Sch. 2, p. 481, Nees Agrost. bras. p. 267, *Panicum setarium* HW. no. 18799. — — In umbrosis prope Jalapam. Aug.

## SETARIA Beauv.

903. Setaria *purpurascens* HBK. 1, p. 90, *Panicum fuscescens* HW. n. 18803, *P. purpureum*. Nees Agrost. bras. p. 240. — — In dumetis prope Vera-cruz. Jul.; Santa Fé reg. cal. Jul., prope Jalapam Aug.

## PENNISETUM Beauv.

904. Pennisetum *purpurascens* HBK. 1, p. 93, *Panicum cenchroides* HW. no. 18818 (spec. Humb.). — Praeter colorem et longiorem inflorescentiam vix differt a *Penniseto setoso* Pers. (*Cenchrus setosus* Sw.!, HW. n. 1482) — — Hacienda de la Laguna. Oct.

## CENCHRUS Beauv.

905. Cenchrus *echinatus* L., HW. no. 1478, HBK. 1, p. 94. — — Hacienda de la Laguna Sept.

906. Cenchrus *tribuloides* Nees Agrost. bras. p. 288, var. β ad quam pertinet *Cenchrus spinifex* Cav. — — In arenosis pr. Vera-Cruz. Jul.

## ECHINOLAENA Desv.

907. Echinolaena *polystachya* HBK.! 1, p. 97, *Panicum echinatum* HW. no. 1823. — — In sylvis umbrosis prope Jalapam. Aug.

## MANISURIS Linn.

908. Manisuris *granularis* Sw., HBK. 1, p. 98, HW. no. 18882. — — In graminosis prope Hacienda de la Laguna. Sept.

### *Sect. III. Agrostideae.*

## PODOSAEMUM Desv.

909. Podosaemum *stipoides* HBK. 1, p. 107; Stipa patens HW. no. 1777. — — Prope Jalapam. Aug.

## AEGOPOGON Kth.

910. Aegopogon *cenchroides* HBK. 1, p. 108, t. 42, HW. no. 1637. — — Jalacingo Nov.; pr. Cruz-blanca reg. frig. Nov.

## AGROSTIS Beauv.

911. Agrostis *purpurascens* Sw. fl. ind. occ. 1, p. 185, HW. no. 1715. — — In apricis pr. Jalapam. Aug.

912. Agrostis *virginica* L., HW. no. 1739; *Podosaemum virginicum* Lk. — — Prope Vera-Cruz.

## VILFA Adans.

913. Vilfa *ramulosa* HBK. 1, p. 111; *Agrostis ramulosa* HW. no. 1721. — — Pr. Jalacingo reg. temp: Nov.

914. Vilfa *tenacissima* HBK. 1, p. 112, *Aira ten.* HW. no. 1714. — — Pr. Jalapam in dumetis. Aug.

## CRYPSIS Ait.

815. Crypsis *stricta* HBK. 1, p. 114, *Phleum str.* HW. no. 1532. — — Ad radices et in adscensu montis Orizaba. Sept.

916. Crypsis *macroura* HBK. 1, p. 114, *Phleum macr.* HW. no. 1533. — — Caespitosum perenne. Ad pedem montis Serro colorado. Aug.

## *Sect. IV. Festucaceae.*

## DEYEUXIA Clarion, Beauv.

917. Deyeuxia *recta* HBK. 1, p. 117; *Agrostis rigida* HW. no. 1700. — Specimina nostra paniculam laxiorem, e foliis altius emergentem, habitumque ex toto laxiorem, majoremque florum pubem quam illa Humboldtiana praebent sed ceteroquin differentiam nullam. — — Ad fines nivis aeternae in monte Orizaba. Sept.

918. Deyeuxia *eriantha* HBK. 1, p. 118, *Pteropodium arundinaceum* HW. no. 1766 (spec. Humb.). — — Pr. Jalapam. Aug.

## AVENA L.

919. Avena *elongata* HBK.! 1, p. 120, HW. no. 2217. — — Ad fines nivis aeternae in monte Orizaba ultima planta phanerogama. Sept.

## BROMUS L.

920. Bromus *segetum* HBK.! 1, p. 123, HW. no. 2166. — — In dumetis pr. Jalapam. Aug.

921. Bromus *lividus* HBK. 1, p. 122, *Festuca liv.* HW. no. 2119 (spec. Humb.). — — In monte Orizaba. Sept.

## FESTUCA L.

922. Festuca *toluccensis* HBK. 1, p. 124, HW. no. 2114, *Fest. orgyalis* HW. no. 2088 (sp. Humb.), *Fest. scabra* HW. no. 2116 (spec. Humb.). — — In regione subnivali montis Orizaba. Sept.

## POA L.

923. Poa *reptans* Mx., HBK. 1, p. 127, *P. dioica* HW. no. 1904. — — In inundatis pr. Vera-Cruz. Jul.; ad ripam arenosam fluminis Tecolutensis pr. San Pablo. Januar.

924. Poa *mexicana* Lag., *Eragrostis mex.* Lk., Nees Agrost. Bras. p. 503. — — Hacienda de la Laguna. Sept.

925. Poa *megastachya* Koel.; HBK. 1., p. 128, Poa Eragrostis HW. no. 1928. — — Ad radices montis Orizaba. Sept.

926. Poa *ciliaris* L., HBK. 1, p. 134, HW. no. 1941. — — Pr. Vera-Cruz. Jul.

927. Poa *annua* L. et auct., Nees Agrost. Brasil. p. 492. — — Tierra fria Sept.

928—31. *Quatuor* relinquimus *Poas* innominatas partim e difficiliore *Eragrostidum* tribu.

## BRIZA L.

932. Briza *Lamarckiana* Nees Agrost. Bras. p. 481? — Specimina mexicana brasiliensibus sunt minora, panicula angustiore, an varietas? — — San Andres. Aug.

### *Sect. V. Chlorideae.*

## ELEUSINE Gaertn.

933. Eleusine *indica* L., HBK. 1, p. 133, HW. no. 2028. — — San Andres. Aug.

## DACTYLOCTENIUM Willd.

934. Dactyloctenium *mucronatum* Nees Agrost. Bras. p. 436, HW. no. 18623; *Dact. aegyptiacum* HBK. 1, p. 137, HW. no. 18621. — — In arenosis pr. Vera-Cruz. Jul.

### *Sect. VII. Saccharineae.*

## SACCHARUM L.

935. Saccharum *officinarum* L., HBK. 1, p. 146. — — *Caña habanera* Papantlensium. Colitur Papantlae. Jan.

## ANDROPOGON L.

936. Andropogon *Montufari* HBK. 1, p. 148; *Andr. tortus* HW. no. 18677. — — In graminosis pr. Jalapam. Aug.

937. Andropogon *glaucescens* HBK.! 1, p. 150, Nees Agrost. Bras. p. 327, HW. no. 18661. — — Pr. Jalapam. Aug.

938. Andropogon *condensatus* HBK.! 1, p. 151, HW. no. 18652, *Schizachyrium cond.* Nees Agrost. Br. p. 333!; *Andropogon scoparius* Presl! Rel. Haenk. — — Pr. Jalapam. Aug.

939. Andropogon *stipoides* HBK. 1, p. 152; *Stipa*

*microsperma* HW. no. 1782. — — Hacienda de la Laguna. Sept.

940. ANDROPOGON species paniculata, *Andr. argenteo* HBK. 1, p. 152 subsimilis, eoque gracilior et omnibus partibus minor, nodis nudis glabris. — — Ad latera aprica montis Maculteрec. Aug.

## ANTHISTIRIA L. fil., Desf.

941. ANTHISTIRIA *foliosa* HBK.! 1, p. 154; *Andropogon foliosus* HW. no. 18677 (altero folii primi specimine excluso). — — In collibus apricis pr. Hacienda de la Laguna. Oct.

## ELIONURUS Kunth.

942. ELIONURUS *tripsacoides* HBK.! 1, p. 154, t. 62, HW. no. 1634. — — In graminosis pr. Jalapam. Aug.

## *Sect. VIII. Oryzeae.*

## LEERSIA Sw.

943—44. LEERSIAE species duae, altera pr. Jalapam in sylvis montis Maculteрec Aug., altera ad margines lacus Jalapensis Sept., atque in umbrosis pr. Vera-Cruz Julio lect.

## ORYZA L.

945. ORYZA *sativa* L. et auct. — — Colitur.

## *Sect. IX. Olyraceae.*

## TRIPSACUM L.

946. TRIPSACUM *dactyloides* L. et auct.? — — Hacienda de la Laguna. Sept.

### *Sect. X. Bambusaceae.*

947. *Bambusacea* ramulis spinosis, sylvas densissimas pr. Papantlam efformans (cfr. Linnaea IV. p. 559). Dec.

---

948—57. Supersunt e variis Gramineárum tribubus species decem, inter quas, sedulo comparatis herbariis, duas modo reperimus nomine signandas, alteram sub falso nomine *Paspali villosi* (HW. no. 1631, in Gallia acceptum specimen). *Pasp.* enim *villosus* Thbg. ex icone longe alia planta, in graminosis pr. Jalapam Aug. lectam, Paniceis adnumerandam; alteram ibidem collectam sub nomine: *Pithecurus canescens* HW. no. 1636, specim. Humb. e monte Jorullo, quam inter Humboldtianas recognoscere haud valemus. Octo reliquis nulla imponimus nomina, botanicis agrostologis nequaquam raris baptizandi curam tradentes.

## JUNCEAE DC.

### JUNCUS DC.

958. Juncus *communis* Meyer. syn. p. 12, spec. monog. p. 20, La Harpe mém. d. l. soc. d'hist. nat. 3, p. 115. — — In aquis lente fluentibus prope Jalapam. Aug. — Jalacingo. Nov.

959. Juncus *compressus* HBK.? 1, p. 188. — Specimínibus mexicanis Humboldtii (*J. mexicanus* HW. no. 6843) simillima sunt nostra, sed culmus monophyllus! Rhizoma fructusque desiderantur. — Ad radices montis Orizabae. Sept. — Nanus ad ripas lacus Laguna de Huatulaca subsalsi. Sept.

960. Juncus *tenuis* W. sp. pl. 2, p. 214, herb. no. 6888, Meyer Rel. Haenk. p. 143. — *J. bicornis* Michx., La Harpe l. c. p. 148. — *J. pallidus* HW. no. 6845. In hor-

tis colitur. — — In humidis prope Jalapam et San Andres. Aug.

961—63. Juncı supersunt tres vix determinandi. Specimina unica manca.

## LUZULA DC.

964. Luzula *racemosa* Desv. Journ. d. bot. 1, p. 162, t. 6, f. 3 (icon mala atque insufficiens). La Harpe l. c. p. 177. Species in herbariis nostris deficiens. Dicta auctorum in nostra specimina belle quadrant, vix autem possumus pro varietate *L. spicatae* elatiori, angusti- et rigidifolia, foliis superioribus pilosulis, non habere. Fructus nobis non visus est diversus. Talis et apud nos occurrit varietas vel forma. *L. Alopecurus* Desv. habitu crassiori, lanugine vaginarum, pluribusque differt. — — In regione subnivali montis Orizabae. Sept.

## PODOSTEMEAE Rich.

### LACIS Schreb.

965. Lacis *foeniculaceus* Mart. nov. gen. 1, p. 60, Reliq. Haenk. p. 90; *Marathrum foeniculaceum* HB. plant. équin. 1, p. 40, t. 11, HBK. 1, p. 197. — — In saxis torrentum. Folia submersa, flores emersi. In flumine Actopensi prope Actopan. Mart. — In saxis subter aquam rapide fluentem. Rio de Tioselo prope Hacienda de la Laguna. Oct. sterilis.

## ALISMACEAE R. Br.

### SAGITTARIA L.

966. Sagittaria *guianensis* HBK. 1, p. 199, *S. bracteata* HW. no. 17559 (spec. Humb.). — — Hacienda de la Laguna in paludibus. Oct.

## RESTIACEAE R. Br.

### ERIOCAULON L.

967. Eriocaulon species. An *microcephalum* HBK. 1, p. 201? — — In paludibus prope Hacienda de la Laguna. Oct.

## COMMELINEAE R. Br.

Species hujus ordinis omnes, ut recognoscantur, necesse. Confr. Meyr. Reliq. Haenk. p. 136, in nota.

### COMMELINA L.

968. Commelina *caroliniana* Willd. En. — — Flore caeruleo prope Jalapam. Aug.

969. Commelina *tuberosa* L.? — — Corolla pallide caerulea. In dumetis prope Vera Cruz. Jul.

970. Commellina simillima *barbatae* Lam., HW. no. 1052 (Maurit. Aub. d. P. Th.). — — Flore caeruleo. In humidis prope Jalapam. Aug.

971. Commelina species. — — In collibus arenosis prope. Vera Cruz. Jul.

972. Commelina *(Aneilema) mexicana* Presl? Reliq. Haenk. 137. — — Folia nostrae plus duplo longiora quam suae dicit esse auctor, plantaque omnibus partibus major caule vix repente. — — Flore albo (caeruleo Presl). Prope Hacienda de la Laguna. Reg. subcalida. Octbr.

973. Commelina *(Aneilema)* species. — — Flore purpureo. Prope la Hacienda de la Laguna. Reg. subcal. Octbr.

### TRADESCANTIA L.

974—75. Tradescantiae species duae, an novae. Altera Serro colorado. Aug. — — Allera, flore albo, in sylvaticis prope Jalapam. Aug.

976—77. COMMELINEARUM species prorsus indeterminandae duae reponuntur, altera Jalapensis, altera Papantlensis.

## PONTEDEREAE Kunth.

### HETERANTHERA Beauv.

978. HETERANTHERA *reniformis* R. et P., R. S. 1, p. 487, HBK. 1, p. 211, HW. no. 1037 (spec. Humb.); *H. acuta* Vahl. HW. no. 1034 (spec. Mühlenberg.). — — „Spatha multiflora floribus albis. Perianthii tubus longissimus, limbo patente ad tubum usque 6-partito, extus pilis raris obsitus. Laciniae 3 externae, duabus internis inferioribus similes, interna superior macula viridi-flavescente notata. Filamenta 3 erecta laciniis exterioribus perianthii opposita fauci tubi inserta, infimum duobus superioribus multo longius et crassius laciniis perianthii tamen brevius. Antherae biloculares flavae paululum supra basin dorso affixae, inferior lanceolata, superiores duae minores subrotundae. Stylus curvatus (sursum adscendens) antheram majorem adaequans, iisdem pilis ac perianthii superficies est obsitus. Stigma lineare curvatum, convexitate sua antheram spectans. Filamenta 2 breviora superne pilis longis instructa, longius vero glaberrimum." In lacu Jalapensi. Aug. et prope la Hacienda de la Laguna. Parce florens inventa.

979. HETERANTHERA *limosa* Vahl, HW. no. 1037 (spec. Sw.), R. S. 1, p. 488. — — Subacaulis oligophylla et caulescens polyphylla, caule elongato radicante et fluitante, foliis orbiculatis ovatis ellipticisque, basi nunc obtusis nunc leviter cordatis; petiolis elongatis, pedunculis iisdem saepius longioribus. Faciem saepe induit *Potamogetonis heterophylli* caule fluitante, lamina foliorum inferiorum aut deficiente aut destructa. Hinc forsitan non diversa *H.*

*diversifolia* Vahl. — — Spatha uniflora. Flores coerulei. In paludibus prope Hacienda de la Laguna. Oct.

980. HETERANTHERA an propria species? an superioris forma in lutosis aqua deficiente degens juniorque? Subacaulis, petiolis elongatis, lamina foliorum exigua anguste elliptica, pedunculis brevibus, spathis subsessilibus. — — Flore coeruleo. In paludibus prope Mesachica. Reg. cal. Decbr.

## PONTEDERIA L.

981. PONTEDERIA *cordata* L., HW. no. 6367. In hortis jam diu colitur. — An floribus minoribus satis diversa *P. sagittata* Presl Reliq. Haenk. p. 116? Folia qub. ad formam nimis variabilia. — — Variat floribus albis. In paludibus ad ripas fluviorum Misantlae, Reg. subcalid. Febr. — Vera-Cruz in paludibus inter urbem et Santa Fe et prope los Cocos. Jul.

# COLCHICACEAE DC.

## VERATRUM L.

982. VERATRUM *officinale* n. sp. — Ex hac planta verum semen Sabadillae (Cevadilla) Mexicanorum originem ducit, a quo semen Sabadillae pharmacopoearum nostrarum nullo modo differt. Officinis igitur e variis plantis semen illud praeberi videtur, ex *Veratro Sabadilla* scilicet, planta a Retzio primum indigitata, nuper a cel. Descourtilz amplius descripta atque depicta, in Antillis proveniente; atque ex *Veratro officinali* Mexicani imperii cive, quod ab antecedente differt: foliis linearibus carinatis canaliculatis nec plantagineis, floribus flavescentibus nec atropurpureis, perianthii laciniis linearibus quam filamenta brevioribus, nec ovatis v. ovato-lanceolatis filamenta superantibus. *Veratrum angustifolium* Pursh (Amer. 1, p. 242) pessime notum, e sola diagnosi *V. officinali* pro-

ximum, sed panicula simplici ab hoc, simplici racemo instructo, satis diversum. — Radix bulbosa. Planta plerumque caespites formans. Folia linearia, apicem versus attenuata, laevia, glaberrima, integerrima, supra canaliculata, dorso carinata, quadripedalia, laxa. Scapus nudus orgyalis simplicissimus, racemo sesquipedali terminatus. Perianthium profunde sexpartitum, patens, flavescens, minutum, persistens, laciniis linearibus crassis obtusis, tribus paulo latioribus. Filamenta 6 subclavata, flavida, basi perianthii inserta, 3 perianthii laciniis latioribus opposita paulo longiora, omnia perianthium superantia. Antherae majusculae, flavae, basi cordatae, obtusae. Pollen flavum. Ovarium superum e loculis tribus sutura connatis constans. Styli brevissimi. Fructus tricapsularis, capsulis sutura connatis, facile tamen solubilibus. Flores inferiores hermaphroditi fertilesque, superiores abortu ovarii masculi steriles. Odor florum Berberidis vulgaris. Crescit in declivitate orientali Andium Mexicanarum in Barranca de Tioselo prope la Hacienda de la Laguna in graminosis. — Quum semper inter capsulas seminaque steriles inveniantur illi flores, facile erit observatu, quamnam possideas speciem.

983. VERATRUM *frigidum* n. sp. — Planta e bulbo plerumque caespitem formans. Bulbus oblongus, attenuatus, tunicatus, foliis emarcidis tectus. Folia linearia, canaliculata, apice attenuata, erecta, basi bulbum involventia, inferiora ultra pedalia. Caulis foliosus, tripedalis et altior, teres, supra in paniculam vel racemum compositum laxum solutus. Rami floresque bracteis lineari-lanceolatis suffulti. Flores solitarii pedunculati. Perianthium profunde 6-partitum, laciniis anguste lanceolatis, apice attenuatis, semipollicaribus, aequalibus, fusco-nigrescentibus. Filam. 6, lineari-subulata, exteriora 3 paulo longiora, perianthio fere triplo breviora. Antherae cordatae obtusae flavae. Ovarium semisuperum, capsulis tribus ad perianthii par-

titionem usque liberis, in floribus superioribus abortivum. —— Hab in regione alpestri montis Orizabae, ubi florentem et cum capsulis immaturis mense Septembri legimus. Sevoeja incolis. Planta venenata. Cfr. Linn. IV. p. 226.

## ASPARAGEAE Juss.

### SMILAX L.

984. Smilax *cordifolia* W. sp. pl. 4, p. 778, herb. no. 18384, HBK. 1, p. 215. — — ♀ Fructu globoso nigro. caule inferne aculeato, aculeis rectis, foliis obscure viridibus. In sylvis Papantlae. Jan. — Propè Misantlam. Mart. — — ♂ Aculeis complanatis triangularibus validis, vagina ramulorum axillarium basilari eximius spinescente, an eadem, an diversa species? — In dumetis prope Jalapam. Aug.

985. Smilax *medica* n. sp. Haec etiam sibi *Sarsaparillae* nomen vindicat (conf. Schiede Linnaea 4, p. 576) ab omnibus descriptis foliorum forma abhorrens. —, — Caulis angulatus, leviter striatus, flexuosus, ad nodos aculeis subulatis rectis munitus, aculeïs uncinatis raris in caule sparsis. Folia membranacea firmia papyracea, laetè viridia, concoloria, glabra laeviaque, nervosa reticulato-venosa, nervo venisque praesertim subtus prominentibus; auriculato-cordata, breviter acuminata; forma valde variabilia ovata, subpandurìformia, auriculata subhastataque, lobis basilaribus obtusis nunc obsoletis, nunc divaricato-productis; margine haud recto, quasi irregulariter crenato; nervi quinque in acumen concurrunt, externi marginales, accedunt nervi loborum basilarium utrinsecus solitarii geminive mox cum nervo marginali anastomozantes. Folia maxime evoluta ab insertione petioli ad apicem semipedalia, latitudine versus basin 4 — 6 pollicari. Petiolus canaliculatus, pollicaris sesquipollicarisque, inferius cirrhiferus, vetustiori aetate aculeis rectis subulatis ciliatus et

in carina, sic ut costa media folii, sparsim munitus. Pedunculus trilinearis, pollicaris longiorque. Umbella sub-12-flora, pedicellis trilinearibus. Fructus globosus, trispermus, diametro 4-lineari. — — „Smilax caule hinc inde praesertim inferne aculeato, aculeis aduncis, fructu rubro, quae est *vera Sarsaparilla* Papantlensium et Misantlensium. In sylvis Papantlae. Jan.

986. Smilax *cumanensis* W.? sp. pl. p. 783, herb. no. 18396, HBK. 1, p. 216. — — Specimina nostra sterilia, vix ambiguis futurae inflorescentiae rudimentis ornata, belle cum Humboldtiano l. c. conveniunt, at illud inerme, nostra aculeata. Character autem ex aculeorum praesentia vel defectu mutuatus fallax, nisi in multis recognitus speciminibus; unus idemque caulis ramos profert armatos et inermes. — Caules ramique tetragoni ad angulos quatuor aculeis compressis leviter uncinatis, illis *Sm. medicae* similibus, ut plurimum nec parce muniti; imo carina petioli et costa media folii aculeolatae. Folia more generis variabilia, ex ovata in lanceolatam transeuntia formam, basi saepius obtusa rotundata, rarius acuta, vix unquam subcordata; maxima 5 pollicaria, $2\frac{1}{2}$ p. lata, plerumque minora. — Multis cum *S. medica* convenit, foliorum forma differt. — — „Smilax, quae forsan varietas est *Sarsaparillae papantlensis* prope Misantlam. Mart.

987. Smilax *domingensis* W. sp. pl. 4, p. 783, herb. no. 18397. — *S. laurifolia* Pöppig plant. Cub. et plurium, non autem Willd. — *Olioca* Misantlensium. — In hortis nostris sub nomine *Sarsaparillae* aliisque culta. — — Folia late elliptica et anguste lanceolata, trinervia, cum nervis marginalibus quinquenervia, utrinque acuminata. — — „Fructu rubro. In sylvis Misantlae. Mart. — San Pablo. Jan. — Hacienda de la Laguna. Sept.

988. Smilax *mollis* W. sp. pl. 4, p. 785, herb. no. 18403, HBK. 1, p. 216. — — Fructus globosus, 2—3 spermus

mus, „ruber; flores flavescentes.“ — *S. puberam* Michx. e specimine autographo Richardi HW. no. 18402 vix credideramus diversam, nisi fructus illi oblongus, acutus, monospermus, albidus, tribueretur. — In sylvis Papantlae. Jan. — In sylvis umbrosis prope Jalapam. Aug.

989. Smilax *Pseudo-China* L.? Species hoc sub nomine diversas, quinquenerviam et Plumieri trinerviam, suspicamur venditari. Nostra „gigantea, in arboribus scandens, radice crassa oblonga maxima;“ foliis adultis 4- et 5-pollicaribus, latitudine $3\frac{1}{2}$ — 4-pollicari, subcordatis, e sinu in petiolum productis, apice acuminatis, 5- et 7-nerviis. Inflorescentia non est observata. — Jalapa?

990 — 91. Smilacis supersunt species duae ulteriori commendandae examini. Specimina insufficientia, singula, manca. — Utraque in dumetis prope Jalapam.

## DIOSCORINAE R. Br.

### DIOSCOREA L.

992. Dioscorea *convolvulacea* n. sp. herbacea; pubescens, pube brevi molli albida omnes praeter flores et bracteas partes obducente, infera foliorum pagina petiolis ramisque inflorescentiae canescentibus, supera foliorum pagina glabrescente, pube quasi detrita molli tamen rariori breviori nervos demum occupante. Rami filiformes volubiles. Folia alterna, internodiis breviora, profunde cordata, ovata, cuspidato-acuminata lobis baseos rotundatis; membranacea, mollia, pellucida, nervis tenuibus subimmersis venisque reticulatis opacis; nervi quinque in apicem concurrunt, laterales terni quaternive in utrumque lobum decurrunt. Folia speciminum nostrorum ab insertione petioli ad apicem duos pollices lata, lobi insuper lineas circiter octo sunt longi, latitudine $1\frac{3}{4}$ pollicari, petiolo circiter pollicari. ♂ Spicae nunc e quaque axilla simplices, geminae, longitudine folii, panicula accedente laxa simplici

e spicis geminatis constante. Paniculae nunc geminae solitaresve folia superantes. Spicae filiformes sparsi- et rariflorae, flores solitarii. Rami inflorescentiae, singulique flores bracteis suffulciuntur minutis membranaceis, glabris, ovato-lanceolatis, acuminatis, acutis. ♀ desideratur. — Affinis videtur *D. amaranthoides* Presl, e descriptione tantum nobis nota, jam scabritie et villositate diversa. — Prope Plan del rio. Jul.

## ASPHODELEAE Juss. — K.

### CONANTHERA R. et P.

993. Conanthera *Echeandia* Pers. syn. 1, p. 370; Link et Otto, Abb. 1, p. 5, t. 3. — — Caulis non semper simplicissimus, ramus nonnunquam ex infero racemo evolvitur. — — In dumetis prope Jalapam. Aug.

994. Conanthera *albiflora* n. sp. caule ramoso folioso inferne scabrido-pubescente, foliis radicalibus pluribus (4—6) late lanceolato-linearibus carinatis insigniter ciliato-scabris, caulinis subternis, laciniis perianthii angustis reflexis. — — Habitu et statura *Echeandiae* subtripedali, floribus albis, scabritie caulis, ciliis insignibus subcartilagineis patentibus foliorum, majorique et constante ramositate caulis diversa. — — Prope Hacienda de la Laguna. Septbr.

995. Conanthera species forsitan nova, *Echeandiae* subsimilis, minor, vix pedalis, angustifolia, foliis ut *C. albiflorae* ciliato-scabris, radice e tuberibus fusiformibus paucis fasciculatis constante. — Specimina pauca. — Ad radices montis Orizabae. Septbr.

### ALLIUM L.

996. Schoenoprasum *longifolium* HBK.? i, p. 220. — Flore albo in pratis inter Mesachica et Mapilque regionis calidae. Dec.

## AMARYLLIDEAE R. Br.

### AMARYLLIS L.

997. Amaryllis. Species ab affini *A. miniata* HBK. statura elatiori, bulbo floreque sesquimajoribus diversa. — In graminosis prope Jalapam. Aug.

### ALSTROEMERIA L.

998. Alstroemeria *acutifolia* Link et Otto Abb. 1, t. 29. — A proxima *A. hirtella* HBK. differt: perianthii phyllis inter se aequalibus immaculatis coccineis, pedunculis subglanduloso-pubescentibus. His et sequenti similes *Alstroemerias* fres adumbrat Hernandez *Coyolxochitl* p. 267; noluimus incerta nostris addere synonyma. — In sylvis opacis Jalapensibus.

999. Alstroemeria *gloriosa* n. sp. caule volubili glabro, foliis elliptico-lanceolatis acuminatis acutissimis membranaceis, subtus glabris, supra ex toto tenuiter molliter pubescentibus, umbella multi-(7—12) flora, radiis glabris folia superantibus bifloris, phyllis aequilongis, tribus exterioribus ellipticis obtusis glabris, interioribus unguiculatis spathulatis obtusis irregulariter crenatis, intus versus basin puberulis, germine glabro. — Superiori specie major. Folia 4—5-pollicaria, petiolo 4—5 lineari. Radii umbellae 4—6 pollicares, superius instructi bractea tres circiter lineas longa, foliis simili, e cujus axilla flos alter erumpit pedunculatus, pedunculo bracteolato, bracteola tertiam interdum suffulciente florem; radii ergo vulgo biflori, abortu alterius floris uniflori et ulteriori evolutione triflori. Phylla floris pollice longiora. — Flore roseo, intus maculato; phyllis interioribus maculatis, in sylvis Jalapensibus. Aug.

## HYPOXIDEAE R. Br.

### HYPOXIS L.

1000. Hypoxis; species ab *H. elongata* HBK. ut videtur diversa; foliis certe quinquenerviis, scapis uni-sexfloris, pedicellis longioribus, fructiferis nempe elongatis bracteas superantibus, longitudine floris cum germine suo. Specimina tripollicaria et sesquipedalia. — — In graminosis prope Jalapam. Aug.

## TULIPACEAE DC.

### YUCCA L.

1001. Yucca *acrotricha* Schiede Linnaea 4, p. 230. Fructificatio ignota. — Stirps in horto botanico berolinensi nunc hospitans. — — Serro de la Ventana. Sept. Folia.

## BROMELIACEAE Juss. K.

### TILLANDSIA L.

1002. Tillandsia *usneoides* L., HW. no. 6337, HBK. 1, p. 232. — — Hacienda de la Laguna, inter Quantotalapa et Tlachichuca. Sept. — In ramis Quercuum inter Sepillo et Estero. Jan.

1003. Tillandsia *recurvata* L., HW. no. 6335, HBK. 1, p. 232. — — In arboribus ad lacum de Quetulaca. Septbr.

1003.* Tillandsia *azurea* Presl.? Rel. Haenk. p. 124, t. 24. — — Specimen unicum florens. Prope Papantlam in arboribus. Juss.

1004. Tillandsia *vestita* n. sp. Tota squamulis albis triangularibus patentibus subreflexisve subvelutino-canescenti-tomentosa. Caulis simplicissimus, foliis paulo brevior, ex toto foliorum vaginis bracteisque imbricatis tectus. Folia a latiori vaginante basi sensim attenuata, convoluto-subulata, subcarinata, profunde canaliculata, subrecurva; in-

feriora (radicalia simulantia) longiora, 6—8 pollicaria, brevius vaginantia; superiora (caulina) longius vaginantia, lamina breviori citius decrescente, sensim in bracteas (vaginas aphyllas) abeuntia nervosas, magis glabratas, imbricatas. Spica terminalis, simplex, cylindrica, acuta, pauciflora. Flores 4—5 lutei, supera minori sua parte e bracteis exserti. Capsulae maturae laeves, bracteis multo longiores. Caulis semper solitarius videtur, sed inter folia inferiora unus alterve propullat foliorum fasciculus, sequentis anni certo caulem editurus. — — In arboribus parasitica prope Hacienda de la Laguna. Sept. Prope Actopan. Mart.

1005. Tillandsia *filifolia* n. sp. Folia pseudo-radicalia rosulata creberrima, a latiori subvaginante basi setacco-filiformia, subcarinata, infernè saltem canaliculata, patentissima, subrecurva, arida, lepidoto-squamosa, cinerascenti-argentea, 8 — 10 poll. longa. E foliorum medio caespite prodit caulis florifer, apice ramosus; foliis brevior, gracilis, ex toto glaber et bracteis vaginantibus membranaceis, acumine brevi setiformi terminatis, inter se remotiusculis, glabris obtectus; ramis ramulisque flexuosis; bracteis alternis subdistichis ellipticis acutis nervosis glabris vix 4-lin. longis. Flores non vidimus. Capsula matura bractea plus duplo longior; glabra. Species insignis foliis trichoideis et gracili caule spicis laxis racemosis terminato. — — Hacienda de la Laguna. Sept.

1006. Tillandsia *punctulata* n. sp. oculo nudo pro glabra laevique habenda, oculo armato squamulis minutis arcte adpressis contiguis umbone depressis vestita et punctulata. Folia rosulata, stipite brevi pseudo-radicalia, bulbum cynariformem mentientia, e dilatata (14 lineas lata) basi angustata, marginibus involutis subulata, arida, reflexa, pedalia longioraque. Caulis foliis similibus minoribus arcte imbricatis vestitus, crassitie fere digiti minoris, foliis infimis brevior. Spica simplex, lanceolata, anceps, crassa,

multiflora, bracteis bifariis arctissime imbricata, quae bracteae, ellipticae, acutae (vix acuminatae) carinatae, tenuiter nervosae. Flores bracteas 9 circiter lineis superantes. Capsulae bracteis paulo breviores. — — Jalapae in arboribus. Nov.

1006. Tillandsia *tricolor* n. sp. habitu et statura superioris speciei, diversa: spica ramosa, bracteis et floribus minoribus, capsulis bracteas superantibus et squamis evidentioribus subfurfuraceis. Squamae parvae, umbone depresso, margine scarioso albo. Folia paulo crassiora et rigidiora. Caulis paulo gracilior pariter imbricatus. Inflorescentia folia superans. Racemus distichus, confertus, e spicis compositus 4—6 alternis distichis lanceolatis. Bracteae naviculares, sub maturitate fructus stramineae, laeves, enerviae, glabrescentes, apice tantum lepidotae, arcte imbricatae, marginibus subreflexis. — — Jalapae in arboribus parasitica. Aug. sub anthesi.

1007. Tillandsia *caespitosa* n. sp. caespitasa, multicaulis. Folia pedalia, plana, attenuata, acuta; basi paululum dilatata duos pollices lata et marginibus hyalinis; punctis (squamulis) dissitis impressis utrinque adspersa. Caules (rami subradicales?) simplices, foliis breviores, inferne bracteis sterilibus minoribus dissitis vestiti, spica terminati lanceolata, disticha, ancipiti, crassa, sub-10-flora. Bracteae bipollicares, imbricatae, naviculares, carinatae, ellipticae, acuminatae, acutae, acumine inflexo, marginibus subrevolutis, e-punctatae. Flores sesquipollice bracteas superantes. Fructus deest. — — „Spicis axillaribus radicalibus, bracteis coccineis, floribus caeruleis. Jalapa. Aug."

1008. Tillandsia *paniculata* n. sp. Folia superioris speciei, pariter at eximius obscuriusque punctata (praesertim infera vaginante parte). Caulis centralis, solitarius, foliosus, distiche ramosus, folia superans. Spicae laterales pedunculatae, anguste lanceolatae, ancipites, distichae; bra-

ctis breviores. — — „Spicis e caule centrali orientibus. In arboribus parasitica. Jalapa. Aug.

1009. Tillandsia *aloides* n. sp. Folia omnia radicalia, membranacea, plana, e latiori basi sensim attenuata, acuta, subtillime inconspicue utrinque albo-, vetustiori aetate impresso fuscescenti punctulata, spithamaea vix pedalia, inferne sesquipoll. lata. Caulis solitarius; centralis, simplex, folia superans, angulatus, ad nodos vaginis instructos internodiis multo brevioribus, semipollicaribus, arcte adpressis, breviter acuminatis, acumine patente subrecurvo. Spica simplex, multiflora, cylindrica, inferne relaxata. Flores bractea suffulti ovata, concava, obtusa, calycem exteriorem vix aequante. Capsula conoidea, acuta, bractea et calyce plus duplo longior, capsulis *Pedicularidum* aequiparanda. Pappus sericeus, fuscescens. — — Caule simplici. In arboribus parasitica prope Jalapam. Aug.

1010. Tillandsia *apicroides* n. sp. superiori speciei foliis et herba exacte conformis, ab illa diversa ut *T. tricolor* a *T. punctulata*, inflorescentia ramosa et flore atque fructu multo minoribus. Caulis idem eodemque modo vaginatus, superne in paniculam abiens simplicem, e spicis constantem gracilioribus remotifloris multifloris. Rachis flexuosa, rami sub angulo recto enati mox adscendentes, suffulti bractea patentissima, indole vaginarum inferioris caulis. Flores bractea ovata, concava, acuta suffulti, calycem exteriorem bilinearem subaequante. Flores in nostris jam deflorati; ovaria vix aucta. — — Jalapae in arboribus parasitica. Aug.

## AGAVE L.

1011. Agave *polyanthoides* n. sp. Caulis foliosus orgyalis vel 8-pedalis. Corpus intermedium crassum, bulbiforme, subterraneum, foliorum basi nempe tunicatum. Corpus centrale infra bulbum tamen elongatum. Flores

solitarii, axillares, breviter pedunculati. Perianthium basi tubulosum, limbo sexfido aequali revoluto, laciniis oblongis obtusiusculis longitudine tubi. Filamenta sex aequalia, crassiuscula, apice attenuata, fauci tubi inserta, erecta, perianthii lacinias longiora. Antherae lineares infra medium dorsi affixae, nutantes, 6—7 lineares, obtusiusculae, basi emarginatae, dorso canaliculatae. Germen inferum, obtuse trigonum. Stylus unicus, linearis, trigonus. Stigma capitato-triangulare. Stylus primum curvatus, filamentis brevior; demum rectiusculus filamenta subaequans vel superans. Capsula obtuse trigona, trilocularis (loculicide dehiscens?). Semina plana, nigra, in quolibet loculo biseriata. — — In graminosis et locis sylvaticis regionis temperatae prope la Hacienda de la Laguna in confinio Jalapae. Perianthium virescens.

1012—13. Bromeliacearum prorsus indeterminandas species reponimus duas.

## PALMAE L., Mart.

Palmae quinque sunt collectae, quarum tres:

1014. Chamaedorea *Schiedeana* Mart.

1015. Chamaedorea *elegans* Mart.

1016. Chamaedorea *elatior* Mart. jam recensuit cel. Martius, Linn. V. p. reliquae duae:

1017—18. illi sunt missae, atque in hoc diario nominibus et diagnosibus ab eodem auctore designabuntur.

# HAEMODORACEAE R. Br.

## XIPHIDIUM Loefl.

1019. Xiphidium *floribundum* Sw., HW. no. 1030, Link En. alt. 1, p. 55. — — Baccis miniatis. In sylvis umbrosis inter Metapalco et Cuapa. Dec.

## IRIDEAE Juss. K.

### SISYRINCHIUM L.

1020. Sisyrinchium *scabrum* n. sp. habitu, statura et omni facie cum *S. micrantho* Cav. hortorum vulgari hospite conveniens, scabritie potissimum ab illo laevissimo diversum, capsulaque prismatico-triquetra, nec trigono-subglobosa. Scabritie autem ad *S. iridifolium* HBK. 1, p. 206, Link En. alt. 2, p. 177 (cui synonyma *S. pubescens* Horae phys. berol. p. 30, *S. laxum* Link in hortis et apud Spreng. syst. 1, p. 167) accedens, diversum autem: foliis alisque cartilagineo-serrulatis, serraturis antrorsis (nec pilis brevibus rigidis patentibus ciliatis), statura minore, capsulis, colore florum pluribusque. Perianthium azureum, leviter hirtellum, spatha subsexflora. — — In graminosis prope Jalapam. Aug.

1021—23. Sisyrinchii species supersunt tres, quarum specimina non sufficiunt.

### TIGRIDIA Juss.

1024. Tigridia *pavonia* Pers. auctor. et hortul. — — In sylvaticis prope Jalapam. Aug.

1025—29. Ad Irideas refert amicissimus Schiede stirpes quinque, quarum insufficientia tantum transmisit specimina.

## MUSACEAE Juss.

### HELICONIA L.

1030. Heliconia *Bihai* L., HBK. 1, p. 262, HW. no. 4985, fol. 1, et *H. humilis* no. 4986 (Humb. Caracas.). — — Inter Vera Cruz et Santa Fe.

1031. Heliconia *hirsuta* L., HBK. 1, p. 262, RS. 5, p. 592, HW. no. 4989 (spec. Humb.). — — Baranca de Tioselo regionis subcalidae. Baccis caeruleis. Oct. — —

Varietas ejusdem speciei glabrior atque laevior videtur esse, quam in sylvis humidis Papantlae Jan. collegit. Spathis coccineis, floribus luteis.

## AMOMEAE K.

1032. Amomearum species tres, quarum altera fructifera, altera sub anthesi lecta floribus amissis, tertia sterilis, doctissimo amicissimoque Horkelio nostro examinandas trademus V. S. L. M.

## ORCHIDEAE L.

Arduum est opus, nec leviter suscipiendum scientifice in Orchideas inquirere. Urgente tempore, subsidiisque deficientibus, paucis familiarium dicemus nomen, plurimas ulteriori servantes examini.

### HABENARIA R. Br.

1033. Habenaria (orchis) *quinqueseta*. Michx.? Enc. 12, p. 180 (pessime cum *H. latifolia* HBK. a cel. Sprengelio in syst. conjuncta), vel *H. (Orchis) entomantha* Ll. et Lex.? Orch. p. 8, quae nimis affines species e verbis tantum auctorum nobis cognitae. — In dumetis prope Jalapam. Aug. — — Eadem statu juniori, vel finitima species Serro Colorado. Aug. An haec Llaveana, illa Michauxiana planta?

1034. Habenaria, species affinis *bidentatae* Poep. plant. cub. exsic. — — Floribus albidis in pratis prope Mesachica regionis calidae. Dec.

### MALAXIS Sw., R. Br., Rich.

1035. Malaxis *umbellulata* Sw. flor. ind. occ. p. 1444. — — Vix dubitantes ad Swartzianam e descriptione solum modo nobis cognitam speciem retulimus nostram. Specimen vero diphyllum unicum, monophylla quatuor habe-

mus. — — Gracilior elatiorque mono- et diphylla, foliis magis ellipticis prope Jalapam. Aug. — Contractior, monophylla, folio subcordato-ovato, Serro colorado. Aug.

1036. Malaxis superiori affinis, elatior, sesquipedalis, monophylla. Diversa floribus minoribus, corymbo in racemum elongatum abiente. Magis recedit a *M. spicata* Sw., cui flores majores racemosi, racemo apice attenuato. An nova species? — — Specimen unicum in sylvis umbrosis. Jalapae.

1037. Malaxis *majanthemifolia* n. sp. Bulbo epigaeo, folio solitario cordato acuminato acuto, immerse tenuiter multinervio, margine hyalino, racemo multifloro acuto. — Ab americana *ophioglossoide* differt et folio revera cordato lobis rotundatis basalibus scapum amplectente, et floribus racemosis (nec corymboso-racemosis), racemo apice acuto. Cum pluribus convenit: bulbo tunicato, folio carinato in vaginam ancipitem decurrente, scapo angulato, floribus lutescenti viridibus. Flores et fructus quam *M. paludosae* majores, minores quam *M. Loeselii*. Specimina 4- et 9-pollicaria, racemo sesquipollicem et $6\frac{1}{2}$ poll. longo, scapus firmus.

1038—40. Goodyeriae R. Br. vel Cranichidis Sw. species tres supersunt Orchideae terrestres.

## VANILLA Sw.

1041. Vanilla *sativa* Schiede Linnaea 4, p. 573.

1042. Vanilla *sylvestris* Sch. l. c.

1043. Vanilla *Pompona* Sch. l. c.

1044. Vanilla *inodora* Sch. l. c. p. 574. — — Cujusque speciei folia tantum. Papantla, Jan.

## ISOCHILUS R. Br.

1045. Isochilus *linearis* R. Br., HBK. 1, p. 272. — *Cymbidium lineare* L., Sw., HW. no. 16985. — — Floribus roseis. In arboribus prope Jalapam. Aug.

1046. Isochilus *major* n. sp. A superiori differt: crassiori robustiorique habitu, caulibus plus duplo crassioribus vix autem elatioribus, floribus etiam majoribus. Caulis vaginis vestitus foliorum, compressus atque anceps, lineam est latus latiorque. Folia $2\frac{1}{2}$—3-pollicaria, latitudine circiter trilineari. — — In arboribus prope Jalapam. Aug.

## EPIDENDRUM Sw., R. Br.

1047. Epidendrum *cochleatum* L., Curt. bot. mag. t. 572 (nec 152). — — Jalapae in arboribus. Aug. Oct.

## ONCIDIUM Sw., R. Br.

1048. Oncidium *carthaginense* Sw. *Epidendrum carthaginense* Jacq. Am. p. 228, t. 133, fig. 4. — — San Antonio in sylvis. Febr.

## LEPANTHES Sw.

1049. Lepanthes *pulchella* Sw.! flor ind. occ. p. 1559, HW. no. 16912. — — In cortice arborum prope Jalapam. Aug.

## STELIS Sw.

1050. Stelis maxime affinis *ophioglossoidi* Sw. fl. ind. occ. 3, p. 1551, HW. no. 16899 (spec. Sw.), sed paulo major, foliis majoribus, maximis pollicem latis, 4 poll. longis, racemo folium semper superante.

1051—67. Orchidearum dendrobiarum species ulteriori objiciendae examini 17 supersunt.

---

# CYCADEAE Rich.

## ZAMIA L.

1068. Zamia *muricata* HBK. 2, p. 1. — — Hacienda de la Laguna. Sept.

# MUSCI FRONDOSI.

## GYMNOSTOMUM Hedw.

1069. Gymnostomum *cuchlorum* Schwaegr. Suppl. 2, vol. 2, sect. 2, p. 83. t. 177. — — Prope Jalapam.

## GRIMMIA Hedw.

1070. Grimmia *apiculata* Hornsch., Brid. Bryol. Univ. 1, p. 186. — — In monte Orizaba.

1070. a. b. c. Adsunt species tres indeterminatae ex monte Orizaba.

## DICRANUM Hedw.

1071. Dicranum *curvatum* Hedw., Brid. l. c. p. 425.

1072. Dicranum *filiforme* Pal. Beauv., Schwaegr. Suppl. 2, p. 72, t. 122. — — Prope Jalapam.

## POLYTRICHUM L.

1073. Polytrichum *juniperinum* L. — — Inter Cruz blanca et Jalacingo. Nov. 1828.

## MACROMITRIUM Brid.

1074. Macromitrium *longifolium* Brid., Orthotrichum Hook. musc. exot. 11, p. 13, t. 44. — — Prope Jalapam.

1075. Macromitrium *longirostre* Brid., Schwaegr. Suppl. 2, p. 39, t. 112. — — Prope Jalapam.

## BARTRAMIA Hedw.

1076. Bartramia *uncinata* Brid., Schwaegr. Suppl. 1, p. 60, t. 57, sub *B. scabrida* — Hacienda de la Laguna. Oct. 1828.

1077. Bartramia *affinis* Hook. musc. exot. p. 16, t. 176. — — Hacienda de la Laguna. Oct. 1828.

## POHLIA Hedw.

1078. Pohlia *minor* Schwaegr. Suppl. 1, vol. 2, p. 17, t. 64. — — In monte Orizaba.

## ACIDODONTIUM Schwaegr.

1079. Acidodontium *Kunthii* Schwaegr. suppl. 2, vol. 2, sect. 2, t. 195, *Bryum megalocarpum* HBK. — — Prope Jalapam.

## PTEROGONIUM Schwaegr.

1080. Pterogonium *seriatum* Hornsch. in litt. — — Prope Jalapam.

1081. Pterogonium *fulgens* Hedw. Musc. frond. 4, p. 101, t. 39. — — In solo humido prope Misantlam. Mart. 1829.

1082. Pterogonium, species an nova? — — Prope Jalapam.

## CRYPTOTHECA Hornsch. in litt. *)

1083. Cryptotheca *cochlearifolia* Hornsch. in litt. — — Prope urbem Mexico.

1084. Cryptotheca *densa* Hornsch. in litt., *Pterogonium densum* Schwaegr. suppl. 3, vol. 1, sect. 2, t. 243, excluso synonymo: *Hypnum densum* Sw. — Prope Jalapam et Mexico.

## NECKERA Hedw.

1085. Neckera *crassa* Hornsch. in litt., *Hypnum densum* Sw., Hedw. sp. musc. p. 283, t. 74. — — Prope Jalapam.

1086. Neckera *longiseta* Hook., Schwaegr. Suppl. 3, vol. 1, sect. 2, t. 230. — — Prope Jalapam.

1087. Neckera *Deppei* Hornsch. in litt. — — Prope Jalapam.

---

*) Nomen mutandum, quum jam adsit Cryptotheca Blumei.

1088. NECKERA *remotifolia* Hornsch. in litt. — — Prope Jalapam et Mexico.

1089. NECKERA *pumila* Hedw. sp. musc. 3, p. 49, t. 20. — — Prope Jalapam.

1090. NECKERA *pennata* Hedw. musc. frond. 3, p. 47, t. 19. — — Prope Jalapam et Mexico.

*Obs.* Cui generi finibus arctioribus circumscripto adscribendae quoque sunt: *O. bulbosa* Thbrg., *O. perfoliata* Jacq., *amplexicaulis* Thbrg., *denticulata* L., *quinquedentata* Thbrg., *arborescens* L., *frutescens* L., *coronopifolia* L., *ciliata* L., *filicaulis* Jacq. — Inserenda autem sunt: *O. imbricata* Thbrg., *lateriflora* Thbrg., *trifida* L., *multifida* Thbrg., *Bergeri* Sprg.?, *abrotanifolia* L., *virginea* Thbrg., *pectinata* L., generi *Euryopis* Cass. (et a *Senecione* pappi flexuosi seriebus exterioribus deorsum flexis achaenioque incumbentibus tantum diverso) et *O. Tagetes* L., *trifurcata* et *munita* propter achaenia calva, styli structuram discumque denique hermaphroditum *Chrysanthemis.* Quibus omnibus remotis supersunt etiam, quae in subtribu *Othonnearum* tot genera distincta constituere debeant. En eorum characteres essentiales!

1. Hertia* (nec Neck.) Pappus disci: uniserialis; radii: ∞-serialis. Cor. disci: 2-labiata, labio ext. 3-denticulato, int. profunde 2-dentato; radii: lingulata s. 2-labiata. — *O. crassifolia* L.

2. Doria* (*Doriae* sp. Thbrg.) Pappus disci: 1-seria-

lis; radii: ∞-serialis. Cor. disci: regularis, 5-dentata; fl. marginalium: filiformis, stylo ipso brevior. — *O. digitata* L., *Lingua* Jacq., *perfoliata* Thbrg., *retrofracta* * Jacq., *Doria alata* Thbrg. nec non plures novae.

3. Gymnodiscus Pappus disci: nullus; radii: 1-serialis. Cor disci: regularis, 5-dentata; radii: lingulata. — *Othonna capillaris* L.

## OSTEOSPERMUM L.

Achaenia calva, exalata.

1. Osteospermum *ilicifolium* L. sp. pl. p. 1308. Thbrg. fl. cap. p. 716.

In Promontorio bonae spei legit cl. de Chamisso.

Rhachis nuda. Achaenia semilunari-elliptica, dorso transverse rugoso-sulcata.

2. Osteospermum *pisiferum* L. sp. pl. III. p. 1308. Thbrg. fl. cap. p. 715.

Una cum praecedente cl. de Chamisso.

Rhachis nuda. Achaenia oblongo-elliptica, teretia, basi sulcata.

### Subtrib. 6. *Calendulcae.*

(Cass. oeuvr. phyt. I. p. 306.)

Capitula ∞-flora. Achaenia rostrata. — Inermes.

## CALENDULA L.

Calendula *arvensis* L. sp. pl. III. p. 1303. W. sp. pl. III. p. 2339.

Cel. de Chamisso in Teneriffa.

## TRIPTERIS n. g.

(Calendulae sp. Jacq.)

Achaenia teretia, disci: 3-alata rostris fenestratis; radii: tenuiora exalata, rostris solidis.

Tripteris *arborescens.** *Calendula arborescens* Jacq. ic. rar. III. t. 596. Collect. III. p. 167. W. sp. pl. III. p. 2346. Ait. h. kew. V. p. 169.*)

Bergius in collibus arenosis maritimis Prom. b. sp.

Achaenia singularia; calva, teretia, circiter semipollicaria, rostrata et stipitata, areola terminali, disco epigyno parvo, radii: albo-pilosiuscula, laevia, utrinque angustata, pl. aborta; disci: latiora, albo-papulosa, tuberculis parvis, conicis, brevissimis exasperata, 3-alata, alis integerrimis, plicatis, latis, quibuscum lineae excavatae interstitiis regularibus alternant, rostro fenestrato, 3-radiato, crassiora et breviora quam in radio radiis corneis, sursum attenuatis et incurvis; fenestris amplis ala pellucida clausis, per quam cauliculum in centro stantem, ductus spermatici vestigium videre tibi licet. Embryo linearis, cotyledone altero in medio fossam triquetram, altero eminentiam forma et magnitudine eadem gerente. Capitula heterocarpa, radiata, inaequaliflora, heterogama, radio 1-seriali, ♀; disco ☿. Corollae aureae, disci: inferne puberulae limbo cylindraceo-campanulato, profunde et inaequaliter 5-dentato, tubo brevissimo; radii: lingulatae, lingulis 4-nerviis, apice 3-dentatis, ellipticis, glabris; tubo brevissimo, puberulo. Antherae in radio: nullae; in disco: inclusae, caudatae, caudis integris, articulos filamentorum superantibus; alis ovatis, acuminatis, latis. Stylus *Calendulae* in disco: brevissime 2-lobus, lobis acuminatis; in radio prorsus idem ut in *Osteospermo spinoso.* Rhachis nuda, plana. Involucrum latissime campanulatum, disco aequale, 1-seriale, ∞-phyllum, foliolis hispidis, longe acuminatis, margine angustissime scariosis, aequalibus. Folia decussata aut 3—5-mera.

*Tab.*

*) Sub *Calendula pluviali* in Thbrg. latet hrb. (fol. 1 et 3).

*Tab. I.* C. 1) Stylus disci. — 2) Stamen. — 3) Cor. disci. — 4) Fad. radii. — 5) Achaenium disci. — 6) Ej. pars superior longitudinaliter secta. — 7) Ach. radii. — 8) Id. longitudinaliter sectum. — 9) Stylus radii. — 10) Embryo colyledone altero ademto. — 11) Ej. sectio transversalis.

2. TRIPTERIS *clandestina* n. sp. (*Calendula pluvialis* Thbrg. fl. cap. ex parte; ej. hrb. fol. 3)

Radix perpendicularis, fusiformi-fibrosa, pennam anserinam crassa, 2—3-pollicaris fibras crebras longasque emittit. Folia tri—5-mera, crassiuscula, sessilia, adproximata, tenuissime subtriplinervia, hispidiusculo-scabra, plana, oblusa s. acuta, apiculata, sinuato-dentata, ex confertis, oblongo-obovatis, subspathulatis, inferne valde angustatis, $1\frac{1}{2}$—3‴ longis, 4—7‴ latis in oblongo-elliptica, cordata, circiter 9‴ longa, 2‴ lata, magis remota. Caulis teres, erectus, striatus, viridis, pennam anserinam crassus, 8‴—1 altus, simplex s. ramosus ramique alterni et adscendentes magis minusve hispido-scabri. Capitula nutantia, solitaria, minora quam in praecedente, terminalia in ramis apice folia manifeste minora et rariora gerentibus. Involucrum 1-seriale, radio vix paullulum brevius, profunde campanulatum, ∞-phyllum, foliolis aequalibus, ellipticis, obtusis, planis, in mediis anguste viridibus et extus hispido-scabris, margine latissime scariosis, ciliatis, croso-denticulatis, 3‴ longis, 2‴ latis. Rhachis et corollae prorsus ut in praecedente sed hae in siccis sordide luteo-violaceae, radii ne 3‴ quidem longae; disci: 1‴ longae. Achaenia disci: praccedentis sed laevia, papulosa, papulis flavidis, sparsis, cylindraceis; alis flavidis ademtis 3‴ longa; rostro fenestrato breviori; pelliculis fenestrantibus obscurioribus; radii: vidi nulla perfecta. Embryo idem (v. sp. ∞.). *)

*) Congener quoque *Calendula amplexicaulis* Thbrg. cap. p. 705!

## *Tribus II. Mutisieae.*

(Linnaea V. p. 131. 237.)

### Subtrib. 1. *Mutisieae l. c.*

#### MUTISIA L.

1. Mutisia *speciosa* Hook. Linnaea V. p. 268.
Ad fretum St. Catharina cel. de Chamisso.
2. Mutisia *subulata* Cav. Linnaea V. p. 273.
Cel. de Chamisso e Chile retulit.

#### CHAETANTHERA R. et P.

Chaetanthera *chilensis* Cand. Linnaea V. p. 284.
In Chile legit cel. de Chamisso.

#### PROUSTIA Lag.

Proustia *pyrifolia* Cand. Linnaea V. p. 281.

### Subtrib. 2. *Facelideae.**)

(Linnaea V. p. 361.)

#### FACELIS Cass.

Facelis *apiculata* Cass. Linnaea l. c. p. 364.
Ad fretum St. Catharinae Brasiliensium reperit cel. de Chamisso.

## *Tribus III. Cichoraceae.*

(Linnaea V, p. 132.)

#### PRENANTHES L.

Prenanthes *pinnata* L. fil. suppl. p. 347. W. sp. pl. III. p. 1540.
In Teneriffa cel. de Chamisso.

---

*) Fortasse potius Senecioneis post Gnaphalieas inserenda.

## SONCHUS L.

Sonchus *hastatus* n. sp.

Ill. de Chamisso in Unalaschca.

Rhizoma obliquum, repens? Caulis simplex, superne pubescens, striatus, erectus, speciminis suppetentis $9\frac{1}{2}$-pollicaris. Folia tenera, membranacea, praeter nervum primarium utrinque planum, dilatatatum, subtus striatum et pilosiusculum glaberrima, laevia, sublus pallidiora, sinuato-denticulata, acuminata, plana ex triangularibus, hastatis, subtriplinerviis, longe petiolatis, $1\frac{1}{2}$—2‴ longis, 10—15‴ latis, confertis, quam petioli glabri, striati $1\frac{1}{2}$—4-pollicares brevioribus per rhomboidea, 3-fida, laciniis acuminatis, lateralibus exiguis, sursum spectantibus, intermedia maxima, in sessilia, remota, alterna, lanceolata, circiter $2\frac{1}{2}$-pollicaria et 3‴ lata, exauriculata. Capitula pedicellis suis longiora, quam in *S. alpino* parum minora. Panicula dichotoma, nondum fastigiata, ramis pubescentibus, abbreviatis, erecto-patentibus, primariis quam folia sua multo brevioribus. Involucrum 1-seriale, floribus parum brevius, basi auctum, circiter 9-phyllum, foliolis aequalibus, 00-plinerviis, lincaribus, acuminatis, medio foliaceis, viridibus extusque pubescentibus, margine pl. scariosis, planis, 4‴ longis. Corollae coeruleae, glabrae. Pappus flavescens. Achaenia haud suppetunt. — Differt a *S. alpino* (Wahlenb. fl. lapp. p. 194) foliorum forma, inflorescentia, capitulis minoribus, caule humiliori; foliolis uni-nec biserialibus, acuminatis nec obtusis aut acutis, in mediis hirsutis nec tantummodo in medio nervo hirtis; foliis inflorescentiae ramos basi stipantibus late lanceolatis eosque longe excedentibus nec angustissime linearibus eosque vix excedentibus; a *S. sibirico* Wahlenb. l. c. foliis inferioribus petiolatis nec omnibus dentatis et subamplexicaulibus, pedunculis involucrisque pubescentibus (v. sp. 1.).

## HIERACIUM L.

HIERACIUM *chilense* n. sp.

Ill. de Chamisso in Chile.

Rhizoma crassum, obliquum, 1-∞-caule fibris simplicibus, validis. Caulis erectus, 4—8-pollicaris, stolonibus destitutus, basi ima foliis confertissimis, numerosis, inaequalibus, caeterum paucissimis, remotis et parvis instructus, teres, praecipue inferne divergenti- et sublanato-hirtus, simplex, apice divisus in pedunculos paucos, alternos, pilis divergentibus, longis, rigidis, sparsis mollioribusque brevibus, confertis; flexuosis obsessos, subracemosos, folio setaceo basi stipatos similiaque hinc inde gerentes, capitulis in siccis 3‴ longis aequales s. iis parum longiores, monocephalos, capitulo uno alterove laterali aborto, sessili saepe instructos. Folia membranacea, sessilia, acuminata; integerrima aut obsolete et remote mucronulato-denticulata; pilis longissimis, crebris, divergentibus, in siccis flavidis utrinque lanata iisque ciliata, infima $1\frac{1}{2}$—2-pollicaria, circiter 4‴ lata, confertissima, numerosa, obovato-lanceolata. Involucrum cylindraceum, floribus fructibusque aequale, imbricatum, pauciseriale, basi squamula una alterave hinc inde auctum, foliolis planis, semilanceolatis, longe acuminatis, subfoliaceis, extus hispidiusculo-puberulis, interioribus majoribus, margine scariosis, circiter $2\frac{1}{2}$‴ longis, magis glabratis. Pappus biserialis, capillaris, fragilis, scaber, achaeniis cylindraceis, glabris, aterrimis, opacis, scabris, profunde sulcatis haut multo longior. —. Simile *H. mexicano* (Linnaea V. p. 133) at diversum: pilis caulis et foliorum multo longioribus crebrioribusque, pedicellis pube difformi obsessis capitulaque sua aequantibus s. parum superantibus, foliolis latioribus, hispidiusculo-puberulis nec atro-villoso-hirsutis, interioribus margine late scariosis nec non inflorescentia (v. sp. 2).

## ROTHIA Schreb.

Rothia *runcinata* Roth Catal. bot. I. p. 107. W. sp. pl. III. p. 1611.

In Teneriffa cel. de Chamisso.

## LEONTODON L.

1. Leontodon *Taraxacum* L. β. obliquus Fries nov. fl.

In Unalaschca legit cel. de Chamisso.

Corollae glabrae.

2. Leontodon *palustre* Sm., R. Br. verm. bot. Schrft. I. p. 397.

Cel. de Chamisso in Kamtschatka.

Corollae in mediis pilosiusculae.

## TRAGOPOGON L.

Tragopogon *fritillarioïdes* * (*Picrosia longifolia* Don Linn. Trans. XVI. p. 183).

Cel. de Chamisso in Chile pr. Talcaguano; cl. Lesson in Lima (herb. Kth.); Sellow in Brasilia tropica.

Tota planta glaberrima sápore valde amaro. Rhizoma oblique s. perpendiculariter descendens, fibris validiusculis, simplicibus. Caulis 8-pollicaris — 5-pedalis, erectus, subtiliter striatus, inanis, simplicissimus — superne in pedunculos s. ramos monocephalos, apice non incrassatos foliaque sua superantes divisus, basi ima folia nulla s. pauca, caeterum remota gerit. Folia membranacea, tenera, integerrima aut rarius remote mucronulato-denticulata, laevia, alterna, 3—13‴ lata, obsolete venosa; quae e caulis parte inferiori proficiscuntur, si adsunt, penninervia, lanceolata, basi in petiolos alatos, longissime acuminata, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}'$ circiter longa, reliqua triplinervia, oblongo-ovata s. elliptica, semiamplexicaulia, basi lata obsolete cordata, $1\frac{1}{2}$—5″ longa. Capitula in siccis 9‴ longa, plurimiflora,

cernua s. nutantia, fructifera demum erecta, singula ramos caulemve terminant. Involucrum cylindraceum, 1-seriale, 8-phyllum basi nonnunquam foliolo breviori auctum floribus brevius, foliolis planis, linearibus, acuminatis, margine scarioso undulatis, foliaceis?, 7‴ longis et circiter 1‴ latis. Rhachis plana, nuda. Pappus pluriserialis, inaequalis, brevis, subcapillaris, 4‴ longus, scaber. Corollae 8‴ longae, in mediis pubescentes, tubo tenuissimo lingulam excedente, verisimiliter luteae. Achaenia rostrata, 5—6‴ longa, glaberrima, laevia, fusca, sulcata, rostro capillari quam achaenium breviori, callo basilari; areola terminali. — Species insignis a caeteris speciebus jam solo pappo haud plumoso recedit (v. sp. ∞.).

## PORCELLITES Cass.

(Cass. Dict. sc. nat. XLIII. p. 42.)

1. Porcellites *apargioïdes* n. sp.

Cel. de Chamisso in Chile.

Rhizoma crassum, pluriceps. Caulis flexuoso-erectus, teres, sulcatus, glaberrimus, simplicissimus aut in pedunculos alternos, 2 s. 3, capitula foliaque sua angustissime linearia et integerrima longe superantes divisus, basi ima dense foliatus, caeterum, si folia pauca pedunculos basi stipantia negligis, aphyllus, 4—10-pollicaris, tenuis.

Folia sessilia, conferta, membranacea, penninervia nervo primario supra plano, subtus parum convexo et striato, praecipue subtus et ad nervum primarium hirsuta, plana, profunde pinnatifida, in utroque fine angustata, laciniis pl. sursum spectantibus, anguste linearibus et acuminatis, rarius oblongo-ellipticis, acutis et divergentibus, $1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$-pollicaria, laciniis non computatis $1\frac{1}{2}$—2‴ lata. Capitula erecta aque magna ac in *Apargia hispida*. Involucrum imbricatum, subturbinato-campanulatum, floribus brevius, basi auctum, foliolis semilanceolatis, planis, acu-

tiusculis — acuminatis, subglabriusculis s. magis minusve obsoletissime subfloccoso-tomentosis vel hirsutis, interioribus majoribus, glabris, margine scariosis. Rhachis plana. Bracteolae scariosae, glabrae, integerrimae, conduplicatae, 1-nerviae, longissime et angustissime acuminatae, apice breviter ciliatae, 8—9‴ longae. Pappus 1-serialis, plumosus, brevis. Corollae glabriusculae, aurantiacae, apice 5-dentatae, circiter semipollicares. Achaenia prorsus ut in sequenti sed matura tantummodo 4‴ longa rostraque parum breviora. — Differt a *P. brasiliensi* foliorum forma, magnitudine et origine praecipue superiorum, achaeniis bracteolisque longioribus (v. sp. plura).

2. Porcellites *brasiliensis* n. sp.

Beyrich ad Rio Paquaquer pr. Emanuel Munis Jan. 1823; Chamisso ad fretum St. Catharinae Dcbr. 1815; Sellow in Brasilia meridionali ad Rio Pardo Octbr. et Novbr. 1823.

Radix recte s. oblique descendens, fusiformis, valde amara, lactescens (ex Sellowio). Caulis simplex, erectus, sulcatus, glaberrimus, rarissime parum hirtus, 4″—3′ altus superne dividitur in paniculam magis minusve ramosam, subfastigiatam, dichotomam cujus rami capitula foliaque sua excedunt; basi ima dense, caeterum parum foliatus. Folia membranacea, tenera, penninervia, nervo primario inferne latissimo et striato, glaberrima s. parum hirta, subtus pallidiora, ex confertis, sessilibus, obovato-lanceolatis, acutis — acuminatis, basi cuneatis et integerrimis, pl. pedalibus, 3″ latis atque superne pinnatifidis, laciniis denticulatis, ovatis et acutis — linearibus et acuminatis, rarissime pollicem longis, 2‴ latis denticulatisque in minora; remota, semiamplexicaulia, semilanceolata, saepissime auriculata, integerrima s. pinnatifida laciniis linearibus, elongatis, acuminatis. Involucrum cylindraceum, floribus parum brevius, imbricatum, foliolis planis,

integerrimis, glabris ex foliaceis linearibus, obtusis in semilanceolata, latiora, parum longiora, acuminata, margine scariosa, circiter 8‴ longa. Bracteolae 7 — 8‴ longae, scariosae, 1-nerviae, glabrae, conduplicatae, lineares, longissime et angustissime acuminatae, nonnunquam apice 2 s. 3 fidae. Pappus praecedentis. Corollae luteae, in mediis extus pilosae, circiter 5 — 7‴ longae, lingulis apice 5-dentatis. Achaenia rostrata, nitida, fusca, lineis decussatis, longitudinalibus impressis, transversis numerosis, prominulis exasperata, igitur ad basin rostri achaenium ipsud superantis serrulata, 4 — 6‴ longa, areola terminali, callo basilari nullo. — Tres praecipue formae distingui possunt. α) *pinnatifida*, magna; β) *integrifolia*, humilis γ) *hirta* (v. sp. s. ∞.).

## *Tribus IV. Vernoniaceae.*

(Linnaea IV. p. 240; V. p. 134.)

### Subtrib. 1. *Elephantopeae.*

(Linnaea V. p. 134.)

### ELEPHANTOPUS Cass.

1. Elephantopus *caroliniamus* W. Linnaea IV. p. 324.

In Guahan cel. de Chamisso.

2. Elephantopus *scaber* W. Linnaea l. c.

E Luçonia retulit ill. de Chamisso.

### DISTREPTUS Cass.

Distreptus *spicatus* Cass. Linnaea IV. p. 328.

In Luçonia et Guahan cel. de Chamisso.

### Subtrib. 2. *Vernonieae.*

(Vernoniées Prototypes Cass. Ann. d. sc. nat. 1829. p. 28 ex parte.)

Capitulum multiflorum et homogamum aut uniflorum involucro imbricato. Styli rami acuminati. Involucrum teres.

### VERNONIA Schreb.

1. Vernonia *cinerea* Linnaea IV. p. 291.
Cel. de Chamisso legit in Luçonia.
2. Vernonia *Chamissonis* Linnaea IV. p. 304.
Ad fretum St. Catharinae cel. de Chamisso.
3. Vernonia *chinensis* * (*Centratherum chinense* Linnaea IV. p. 320).
In Luçonia et Guahan legit cel. de Chamisso.

## Subtrib. 3. *Rolandreae.*

Capitulum uniflorum. Involucrum uniseriale, ad summum 4 s. 5-phyllum saepe gamophyllum aut rarissime 2-phyllum basi auctum. Pappus saepissime coroniformis.

### CORYMBIUM L.

Corymbium *glabrum* L. Linnaea IV. p. 331.
E Promontorio b. spei retulit cel. de Chamisso.

## *Tribus V. Eupatoriae.*

(Linnaea IV. p. 136.)

### EUPATORIUM L.

(Eupatorium et Mikania auct.)

Eupatorium *glechonophyllum* n. sp.
Cel. de Chamisso in Chile legit.
Herba caule erecto, purpurascente, ramis decussatis, superne hirsutiusculo-puberulis. Folia decussata, petiolata, membranacea, triplinervia, venosa, rete venarum diaphano, deltoidea, curvilineo-acuminata, basi truncata s. medio in petiolos brevissime angustata s. cordata, grosse crenata, apice et basi integerrima, glabra, nonnisi nervis subtus prominulis pilosiuscula, $\frac{3}{4}$ — 2‴ longa, 8‴ — 1 ½‴ lata. Petioli hirsutiusculo-puberuli, 4 — 12‴ longi, plani, inferne

parum conduplicati, basi linea conjuncti. Paniculae terminales, parvae, ramis hirsutiusculo-pubescentibus, folio angustissime lineari basi stipatis, id superantibus simileque unum alterumve hinc inde gerentibus, pedicellis quam capitula ∞-flora 4‴ longa brevioribus. Involucrum campanulatum, floribus parum brevius, subbiseriale, foliolis oblongo-ellipticis, obtusis aut acutis, rarissime breviter acuminatis, planis, integerrimis, plurinerviis, sicco-membranaceis, subaequalibus, 3‴ longis, extus hirsutiusculis, eciliatis, interioribus pallidioribus, tenerioribus magisque glabris. Pappus flavescens, longus, corollis aequalis, serratus. Corollae glabrae, roseae, $2\frac{1}{2}$‴ longae, limbo cylindraceo tubum aequante. Achaenia linea parum longiora, hispida, atrofusca. — *E. prunellaefolium* Klh. (Linnaea V. p. 136) proximum differt: capitulis minoribus; foliolis paucioribus, omnibus longe acuminatis; pube totius plantae densiori; foliis rhomboïdeo-ovatis (v. sp. s. 4).

## AGERATUM L.

Ageratum *conyzoïdes* L. sp. pl. ed. 2. II. p. 1175.
E Brasilia retulit cel. de Chamisso.

## ADENOSTEMMA Forst.
## (Lavenia Sw.)

Adenostemma *viscosum* (Forst. char. gen. 45. prdr. p. 54. *Lavenia erecta* Sw. W. sp. pl. III. pr. 1724. *Verbesina Lavenia* L.).

Cel. de Chamisso retulit ex O-Wahu, Radack, Guahan.

Achaenia triquetra, scabro-punctata, callo basilari magno areolam lateralem extrorsam cingente.

## *Tribus VI. Adenostyleae.*

(Linnaea V. p. 150.)

### NARDOSMIA Cass.*)

Nardosmia *angulosa* (Cass. l. c. p. 132. *Tussilago frigida* L. suec. n. 744. Fl. dan. t. 61. Gmel. sib. II. p. 150. t. 70. Wahlenb. fl. lapp. p. 208. Huc ducam: *Tussilaginem corymbosam* R. Br. flora Melv. ins. in ej. verm. Schrft. I. p. 399.)

Cel. de Chamisso legit marem in insulis St. Georgii, St. Laurentii et Unalaschca; foeminam in sinu Schischmareffii.

Sinus foliorum partem saepe dimidiam intrant.

*Obs.* Congener est: *Tussilago spuria* Retz.

### ADENOCAULON Hook.**)

Adenocaulon *chilense* Poepp. mss. syn. pl. amer. austr. mss.

Poeppig in Chile.

Herba perennis. Rhizoma lignosum, fibris longissimis, simpliciusculis. Caulis simplex, erectus, teres, striatus, tomento tenero, obsoletissimo obductus, glandulis pedicellatis atropurpureis, pedicellis impellucidis glutinoso-hispidus, sesquipedalis, jam infra medium in paniculam pyramidalem, dichotomam divisus, ramis elongatis, foliis exiguis basi stipatis, pedicellis filiformibus capitula erecta longe excedentibus. Folia *Gerberae cordatae* membranacea, penninervia, nervis utrinque planis, primariis praecipue basi dilatatis et striatis, supra laevia, glabra cum tomento quodam nervorum, juniora tomento fugaci, obsole-

---

*) Ouevr. phyt. II. p. 129 et 142; Dict. sc. nat. XXXIV. p. 186.

**) Bot. misc. I. p. 19, t. XV.

tissimo obducta, subtus tomento mollissimo, subsericeo, eximie adpresso nivea, integerrima s. subintegerrima, petiolata, petiolis planis, niveo tomentosis, obtusa, ex confertis, inaequalibus, subrotundo-ellipticis, cordatis, $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$‴ longis, 2—$2\frac{3}{4}$‴ latis, in petiolos basi dilatata semiamplexicaules, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$‴ longos decurrentibus in rarissima, paucissima, ramos inflorescentiae primarios stipantia, oblongo-obovata, multo minora breviusque petiolata. Involucrum demum reflexum, pleiophyllum, achaeniis triplo brevius, 1-seriale, foliolis glabris, ellipticis, acutis, membranaceis, siccis, integerrimis, planis, lineam longis. Rhachis plana, nuda. Capitula 9-flora, homocarpa, heterogama, discoïdea, aequaliflora, floribus 5 ♀, 1-serialibus in ambitu, 4 ♂ in centro. Corollae ♂ regulares, 5-fidae, glabrae, limbo non inflato, laciniis revolutis; ♀ earumque genitalia mihi ignotae. Antherae caudatae, alis deltoideis, acuminatis, brevibus, angustis, caudis filamentorum laevium articulum excedentibus. Stylus ♂ brevissime bilobus, subcapitatus, lobis extus glandulosis, obtusissimis, ovario minuto, sterili. Achaenia teretia, oblongo-obovata, erostria, stipitata, superne glandulis magnis stipitatis instructa, glabra, 3‴ longa, omnino calva; callo basilari angustato. Ab hoc differt *Adenocaulon bicolor* Hook. l. c. caule tripedali, glandulis rarioribus, foliis sub 3-lobis atque angulato-dentatis denique patria.

## *Tribus VII. Asteroïdeae.*

(Linnaea V. p. 142.)

### Subtrib. 1. *Astereae.*

Capitula nunquam dioica; si heterogama fl. ♀ in ambitu aut 1- aut si pluri-serialibus corollas tunc lingulatas gerentibus floribusque ☿ in centro. Ubi rhachis bracteolata pappus perfectus, multiradiatus. Antherae ecaudatae.

## I. Rhachis bracteolata.

### CHILIOTRICHUM Cass.

(Dict. sc. nat. IV. suppl. p. 576.)

CHILIOTRICHUM *rosmarinifolium* * (*Amellus rosmarinifolius* Poepp. mss. Coll. 2).

Poeppig in Chile.

Fruticulus ramosissimus ramis adgregatis, teretibus, inferne casu foliorum nodulosis, superne obsolete tomentosis et dense foliatis, florigeris breviter ante apicem aphyllis. Folia *Rosmarini* coriacea, linearia, angusta, acuta, 1-nervia, nervo supra impresso; subtus prominente et glabro, avenia, margine late revoluta, integerrima, patentia, supra nitida, subtus niveo-tomentosa, circiter $\frac{1}{2}'''$ longa, $\frac{1}{2}'''$ lata. Capitula terminalia, solitaria, erecta, disco $4'''$ longo. Involucrum disco parum brevius, ∞-phyllum, imbricatum, campanulatum foliolis aridis, planis, integerrimis, adpressis, stramineis, nervo viridi percursis, apice magis minusve barbato-fimbriatis, ex ovatis, acuminatis, parvis, extus piloso-tomentosis in oblongo-elliptica, obtusiuscula, glabriuscula, circiter $3'''$ longa, $\frac{1}{2}'''$ lata. Bracteolae rhachidis conicae scariosae, conduplicatae, apice villosissimo-fimbriatae, lineares, $3'''$ longae, acutiusculae. Pappus 1-serialis setaceus, subintegerrimus, cor. disi brevior. Corollae glabrae, albae? radii: circiter $5'''$ longae lingulis ellipticis, acutiusculis, ∞-nerviis, tubum superantibus; disci: $2'''$ longae, limbo cylindraceo, 5-fido, tubum aequante vel superante, laciniis revolutis. Ovaria linearia, angulata, dense punctata. — *Chiliotrichum amelloides* (Cass. l. c. *Amellus diffusus* Forst. W. sp. pl. III. p. 2215. Ej. hrb. no. 16367. *Aster magellanicus* Sprg. syst. III. p. 526. *Tropidolepis diffusa* Tausch in Flora XII. p. 68) foliis oblongo-obovatis; pappo cor. disci parum breviore diversus, sed

folia illa *Rosmarini* margines suos evolvere latioraque evadere quam maxime amant (v. sp. s. 1).

*Obs.* Ad genus *Amellum* L. (Cass. Dict. XXVI. p. 210) referendus est *Aster strigosus* Thbrg. fl. cap. p. 687!

## II. Rhachis ebracteolata.

### A. *Genuinae. Capitula heterogama.*

### DIPLOPAPPUS.

(Linnaea l. c. p. 144. *Diplopappus* Cass. Bull. soc. phil. Septbr. 1817. Dict. sc. nat. XIII. p. 308; *Callistemma* Cass. et *Aplopappus* ej. in Dict. sc. nat. LVI. p. 169.)

1. Diplopappus *sericeus* n. sp.

In Chile pr. Talcaguano cel. de Chamisso.

Herba perennis, tota sericeo-lanata, rhizomate crasso, lignoso, ∞-cipiti. Caulis adscendens, simplex s. parum ramosus, 1‴—1′ altus, ubique dense, basi densissime foliatus. Folia membranacea, obsolete penninervia, integerrima, ex oblongo-obovatis, acutis, in petiolos dilatatos longissime attenuatis, iisque adjectis circiter 2-pollicaribus et 3‴ latis, confertissimis in lineari-lanceolata, subsemiamplexicaulia, minus conferta, minora. Capitula solitaria, terminalia, aeque magna ac in *Astere novae angliae*, erecta, radio pappum superante. Involucrum campanulatum, sub 3-seriale, laxe imbricatum, foliolis multis, linearibus, acuminatis, planis, integerrimis, siccis, extus praecipue exterioribus sericeo-lanatis, interioribus pl. superne purpurascentibus, margine scariosis, circiter 6‴ longis et 1‴ latis. Rhachis nuda. Corollae luteae?, glaberrimae, lingulis oblongo-ellipticis, tubum superantibus; disci: pappo aequales. Pappus inaequalis, ferrugineus, longus. Ovaria oblongo-elliptica, hirsuto-canescentia. — Congener et similis *Erigeron diffusus* Pers. syn. II. p. 431, ad quem et *Onoseris montevidensis* Sprg. syst. III. p. 502! perti-

net, differt: pube totius plantae sparsiori nec sericeo-lanata; caule ramosiori; foliis scabris, margine scaberrimis et eo quod herba suffrutescens nec rhizocarpica est (v. sp. 4).

2. Diplopappus *prunelloïdes* Poepp. syn. pl. am. mss. Poeppig in Chile.

Herba rhizocarpica faciem *Prunellae grandiflorae* prae se fert. Rhizoma horizontale fibras crassiusculas, simpliciusculas deorsum demittit. Caulis procumbens, flexuosus, villoso-hirsutus, totus dense foliatus, purpurascens, 4-pollicaris, capitulo singulo disco in siccis 8‴ alto, 9‴ lato terminatus, in specimine suppetente tantum sub apice ramo abbreviato, sterili instructus. Folia crassiuscula, laevia, glabra, penninervia, nervis utrinque planis, secundariis obsoletissimis, ex oblongo-obovatis, obtusis in petiolos planos, breviores, flexuosos longe acuminatis iisque adjectis circiter 2‴ longis, 5‴ latis, antice serratis in semiamplexicaulia, linearia, irregulariter dentato-pinnatifida, acuta, breviora, 2 — 3‴ lata, vix parum magis remota. Involucrum campanulatum, ∞-phyllum, ∞-seriale, imbricatum, disco parum brevius, foliolis planis, glabris, integerrimis, inermibus, adpressis, membranaceis, subsiccis, viridibus, acutis, fere $1\frac{1}{2}$‴ latis, nervis vix perspicuis, ex ovatis in oblongo-ovata, longiora, margine anguste scariosa, 4‴ longa. Pappus seriebus confluentibus, 4‴ longus, flavescens. Corollae glabrae, radii: 9‴ longae, lingulis oblongo-obovatis, apice obsolete 3-crenatis, ∞-nerviis, tubo quam pappus parum breviori longioribus; disci: 4‴ longa, limbo a tubo haud distincto. Ovaria oblongo-ovata, glaberrima.

3. Diplopappus *Chamissonis* * (*Conyza punctata* W. sp. pl. III. p. 1937. Ej. hrb. no. 15615).

Chamisso e Talcaguano Chilensium retulit; Née (ex hrb. W.) legit ad praedium Cuchacuchu.

Fruticulus ramosissimus, 2-pedalis. Rami alterni,

glabri, adulti striati, cinerei et aphylli, juniores glutinosi, steriles abbreviati et dense foliati, fertiles elongati, tantummodo basi foliati, caeterum squamulis nonnisi raris et setaceis instructi capituloque erecto, ∞ ∞-floro, in siccis 6‴ longo terminati. Folia sessilia, alterna, conferta, coriacea, plana, glutinosa, pilosiuscula, pl. glaberrima, obovato-lanceolata, acuminata, basi longe cuneata et integerrima, superne denticulata, denticulis calloso-apiculatis, rarissime tota integerrima, obsolete triplinervia et reticulato-venosa, saepe hispidiusculo-ciliata, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$‴ longa, $\frac{3}{4}$—2‴ lata. Involucrum arcte imbricatum, turbinatum, ∞ seriale, disco parum brevius, foliolis coriaceis, siccis, glabris, planis, punctatis, margine scariosis, serrulato-fimbriatis, obtusis, mucronulatis, superne et in medio viridibus, numerosis, ex ellipticis, exiguis, in linearia, 4‴ fere longa. Pappus magis minusve ferrugineus, longus, serratus, seriebus confluentibus. Corollae glabrae, luteae, disci: pappo parum breviores, 3‴ longae, limbo a tubo haud aut parum distincto eoque breviori; radii: lingulatae, in mediis pilosiusculae, lingulis oblongo-ellipticis, tubo brevioribus, apice 3-crenatis. Ovaria cylindracea, sericeo-villosa (v. sp. 4).

4. Diplopappus *coronopifolius* * (*Aplopappus glutinosus* Cass. Dict. sc. nat. LVI. p. 169).

Fruticulus vix semipedalis. Rhizoma lignosum horizontaliter repit, protrudit deorsum fibras subsimplices, creberrimas, sursum caules erectos s. adscendentes, simplices s. basi bifidos, ramis cauli simillimis, fertilibus superne nonnisi squamas, exiguas, rarissimas gerentibus capitulisque solitariis in siccis circiter $\frac{1}{2}$‴ longis, magnitudine eadem ac in praecedente, radio circiter 12-floro (Cass. l. c.) terminatis. Folia sparsa, sessilia, penninervia, venosa, nervis venisque nullibi prominulis, atropurpureis, coriacea, plana, oblongo-obovata, acuta, basi longissime cuneata et integerrima, apice serrata-pinnatifida, lacinis integer-

tegerrimis. rarius inferne 1-serratis, glaberrima, saepe magis minusve hispidiusculo-ciliata, $\frac{1}{2}$—1‴ longa, 1—3‴ lata. Involucrum floribus brevius, imbricatum, ∞-seriale, campanulatum, disco brevius, foliolis membranaceis, siccis (foliaceis Cass. l. c.) stramineis, 1-nerviis, anguste linearibus, acuminatis, subsquarrosis (adpressis Cass. l. c.), glabris, inferne parum conduplicatis, serrato-ciliatis, interioribus sensim longioribus, circiter 4‴ longis, tenuioribus, margine scariosis. Pappus biserialis, rufescens, inaequalis, serie interiori setacea, 4‴ circiter longa ab exteriori capillari parum latitudine nec longitudine distincta. Corollae luteae, radii: lingulis oblongo-ellipticis, pilosis—glabriusculis, acutis, integerrimis (vix apice 3-dentatis Cass. l. c.) tubo longioribus; disci: pappo parum breviores, limbo a tubo haud distincto. Achaenia subsericeo-villosa, subcylindracea, basi attenuata, matura circiter 2‴ longa. — *D. Chamissonis*, cui utpote similis est, recedit: foliorum forma, lingulis, praecipue involucris; foliorum venis prominulis nec nullibi prominulis et atropurpureis (v. sp. ∞).

5. Diplopappus *glutinosus* Poepp. syn. pl. am. austr. mss.

Poeppig in Chile.

Fruticulus. Rami glabri, teretes, florigeri basi densissime foliati, superne vix folio exiguo singulo instructi, glutinosi, monocephali. Folia coriacea, glutinosa, glabra, 1 s. obsolete penninervia, avenia, plana, oblongo-obovata, obtusa, basi longe cuneata, antice serrata, serraturis calloso-apiculatis, sessilia, punctis resinosis crebris notata. 6—9‴ longa, 2—3‴ lata. Capitula erecta, solitaria, terminalia in ramis longe ante apicem aphyllis, parum majora quam in praecedente. Involucrum hemisphaericum, disco parum brevius, imbricatum, ∞ phyllum, ∞-seriale foliolis glabris, integerrimis, linearibus, ex coriaceo-folia-

ceis, angustissimis, squarrosis in membranacea, sicca, 1-nervia, superne purpurascentia, acuminata, parum longiora, $3\frac{1}{2}'''$ longa, circiter $\frac{1}{2}'''$ lata. Corollae aurantiacae, radii: circiter $7'''$ longae, lingulis $\infty$-nerviis, apice 3-dentatis, linea parum latioribus, tubum obsolete pilosum superantibus; disci: fere $4'''$ longae, pappo aequales, glaberrimae, tubo longo, gracili limbum cylindraceum, brevem superante. Ovaria linearia, sericeo-villosa. — Diversus a *coronopifolio:* ramis glutinosis, validioribus; foliis multo latioribus, serratis nec pinnatifido-dentatis; capitulis majoribus; foliolis exterioribus coriaceo-foliaceis, quam intima parum brevioribus, intermediis appendiculatis; corollis aurantiacis, lingulis apice 3-dentatis (v. sp. s. 1).

6. Diplopappus *macrocephalus* Poepp. syn. pl. am. austr. mss.

Poeppig in Chile.

Herba rhizocarpica, rhizomate crasso, horizontali, $\infty$-cauli. Caules simplicissimi, erecti, pilosiusculi, glutinosi, teretes, striati, floriferi elongati, tantum basi ima densissime foliati, caeterum subaphylli, in specimine suppetente 10-pollicares. Folia subcoriacea, penninervia, nervo primario inferne plano-dilatato, reticulato-venosa, inferne longissime angustata, praecipue ad marginem hispidiuscula, lucida, in parte caulis ima confertissima, spathulata, obtusa, toto margine argute serrata, serraturis longe rigideque mucronatis, 1—$2''$ longa, 4—$8'''$ lata, reliqua paucissima, valde remota, multo angustiora, subintegerrima, mucronata. Capitula terminalia, solitaria, magna, erecta s. cernua disco in siccis $10'''$ alto, $14'''$ lato.

Involucrum late campanulatum, disco parum brevius, $\infty$-seriale, foliolis integerrimis, subpungenti-mucronatis, conformibus, anguste linearibus, squarrosis, viscosis, hispidiusculis; plurinerviis, venosis; longe acuminatis, intimis $5'''$ longis, superne foliaceis quam exteriora tota foliacea

et viridia parum brevioribus. Pappus 2-serialis, inaequalis, flavescens, 3‴ longus. Corollae luteae; radii: lingulatae, 7‴ longae, lingulis oblongo-ellipticis, ∞-nerviis, glabris, tubum lougum, gracilem, puberulum parum superantibus; disci circiter 4‴ longae, glaberrimae, pappo aequales, limbo a tubo haud distincto. Ovaria oblonga, sericeo-villosissima. — Species involucro foliorumque serraturis valde insignis (v. sp. s. 1).

7. Diplopappus *grindelioïdes* n. sp.

Poeppig in Chile.

Caulis herbaceus, erectus, teres, obiter striatus, superne magis minusve hirsuto-canescens, speciminis suppetentis pede longior, apice et basi minus foliatus. Folia membranacea, rigida, obsolete penninervia et reticulato-venosa, semiamplexicauli-decurrentia, erecto-patentia sparsa, scabra, hispidiuscula, plana, oblongo-obovata, acuta, margine ciliis brevibus, callosis exasperata, antice argute serrata, serraturis calloso-mucronulatis, circiter $1\frac{1}{2}$‴ longa, $\frac{1}{2}$‴ lata, superiora minora et remotiora, summum subintegerrimum. Capitula terminalia, solitaria, erecta, disco in siccis $\frac{1}{2}$‴ alto, 1‴ lato. Involucrum late campanulatum, disco aequale, ∞-scriale, imbricatum, squarrosum, foliolis integerrimis, acuminatis linearibus, planis, muticis, ex lotis foliaceis, hirsuto-puberulis; 1‴ latis in arida, apice nonnisi foliacea et viridia, parum longiora et angustiora. Pappus rufescens, inaequalis, 2-serialis, setis confluentibus; disci: 4‴ longus; radii: brevior, tubo corollae suae longior. Corollae aurantiacae, radii: 7‴ longae, glabriusculae lingulis oblongo-ellipticis, ∞-nerviis, tubo longioribus; disci: glaberrimae, dentatae, limbo longo, turbinato-cylindraceo a tubo abbreviato vix distincto. Ovaria hirsuto-canescentia. — A praecedentibus sat superque distincta (v. sp. s. 1).

8. Diplopappus *chrysanthemifolius* * (*Andromachia*

*alternifolia* Kunze in Poepp. syn. pl. Am. austr. mss. Diar. 328. Coll. pl. chil. 1. no. 243).

Poeppig in rupibus marilimis pr. Concon Chilensium. Octbr.

Herba? ramosa ramis alternis, purpurascentibus, striatis, florigeris superne multo minus foliatis. Folia membranacea, sessilia, obsolete penninervia, reticulato-venosa, rete venarum haud prominulo sed rufo-diaphano, glabra, breviter hispido-ciliata, serrata, basi integerrima, serraturis apiceque mucronulatis, in ramis sterilibus abbreviatis fertiliumque partibus inferioribus dense conferta, obovata, $\frac{1}{2}$—1‴ et ultra longa et 3—6‴ lata, in ramorum fertilium partibus superioribus autem multo minora, praecipue angustiora, et rariora, pauciserrata, obovato-lincaria, erecta, summa semilanceolata; integerrima. Capitula terminalia, solitaria, erecta, disco in siccis $\frac{1}{2}$‴ alto, 1‴ lato. Involucrum imbricatum, ∞-seriale, late campanulatum, disco parum brevius, foliolis numerosis, glaberrimis, lincaribus, acuminatis, muticis, ex foliaceis, angustissimis, squarrosis in sicca erecta, multo majora, $4\frac{1}{2}$‴ longa, circiter $\frac{1}{2}$‴ lata. Pappus rufescens, 1-serialis, inaequalis, 3‴ longus, seriebus non manifeste distinctis. Corollae luteae, radii: lingulis oblongo-ellipticis, ∞-nerviis, tubum hispidiusculum longe superantibus; disci: 3‴ longae, glaberrimae, cylindraceae. Ovaria oblonga, hirsuto-villosa (v. sp. s. 1).

9. Diplopappus *rotundifolius* n. sp.

Cel. Gaudichaud pr. Port Jackson Novae Hollandiae.

Frutex ramis teretibus, gracilibus, striguloso-hirsutis, apice hirsutissimis. Ramus suppetens apice dividitur in pedunculos geminos folia summa parum superantes, striguloso-hirsutissimos, 1-cephalos, aequales. Folia membranacea, rigida, petiolata, vaga, rotunda, magis minusve

pollicaria, obtusissima, apiculata, cordata, integerrima — repando-crenata, pilis longis subsetuliformibus, flexuosis, paginae superioris asperae caducis, inferioris petiolorumque 2‴ longorum creberrimis. Capitula longe radiata fere *Andromachiae grandiflorae* disco 5‴ alto. Involucrum semiglobosum, disco brevius, imbricatum, ∞-phyllum, ∞-seriale, foliolis fuscis, siccis, planis, integerrimis, ex ovatis, acuminatis, hirsutis, exiguis in linearia, acuta, glabra, apice parum ciliata, 3‴ longa. Pappus setaceus, biserialis, serie ext. brevi ab interiori longa longitudine nec latitudine distincta. Corollae in siccis luteae, glabrae, disci: 3‴ longae, 5-fidae nec dentatae, laciniis revolutis, limbo haud distincto; radii 8‴ longae, stylo multo breviores, lingulis oblongo-ellipticis, apice inaequaliter 3-dentatis, tubum triplum aequantibus. Ovaria cylindracea, hirsuto-canescentia (v. sp. 1. in herb. Kth.).

10. Diplopappus *ericoides* n. sp.

Cel. de Chamisso in California.

Fruticulus elegans, pede forte non altior. Caulis erectus s. adscendens, epidermide rugulosa, cinerea tectus, foliis caducis vestitus, apice s. superne ramos protrudit numerosos, erectos, adgregatos, inferne simplices s. in ramulos steriles, apice in ramulos monocephalos, modo brevissimos, aphyllos et racemosos, modo longos, dense foliatos et corymbosos, nonnunquam iterum ramulosos divisos. Folia accrosa, sparsa, lerelia, magis minusve pubescentia, integerrima, obtusa, divaricato-reflexa — reflexa, 1—3‴ longa, pleraque in axillis ramulorum gemmas imperfectas foventia. Capitula foemineis *Baccharidis linguiatae* simillima, 11—12-flora, angusta, circiter 4‴ longa, radio 3-floro. Involucrum turbinatum, laxe imbricatum, disco multo brevius, foliolis herbaceis, siccis, planiusculis, 1-nerviis, extus glabriusculis, margine scarioso ciliatis,

stramineo-fuscis, punctatis ex ellipticis, acuminatis, in oblongo-elliptica, acuta, majora, pallidiora, margine latius scariosa, circiter 2‴ longa. Rhachis plana, parva, breviter paleaceo-fimbrillifera. Pappus rufescens, inaequalis longus. Corollae luteae? radii: circiter 4‴ longae, linguis oblongo-ellipticis, utrinque angustatis, apice obsoletissime 3-crenulatis, tubum hispidiusculum superantibus, 4-nerviis; disci: $2\frac{1}{2}$‴ longae, dentatae, limbo a tubo subdistincto eumque subaequante. Ovaria glaberrima, oblonga, basin versus attenuata (v. sp. s. ∞).

11. Diplopappus *teretifolius* n. sp. (*Aster fruticulosus* Licht. in W. hrb. no. 15832, fol. 3. nec L.)

Inter Leeuwenkraal et Ongelukspontain in Prom. b. sp. legit cl. Lichtenstein.

Simillimus *D. fruticuloso* * (*Asteri fruticoso* L. sp. pl. III. p. 1225. Comm. hort. II. t. 27. *A. fruticuloso* W. sp. pl. III. p. 2018. Ej. hrb. no. 15832, fol. 1 et 2 (nec 3) Curt. bot. mag. XLIX, t. 2286) sed diversus: ramis florigeris apice crassioribus breviusque aphyllis; capitulis majoribus; foliis teretibus, linearibus, in siccis rugulosis, longioribus, curvatis, non resinoso-punctatis. *Diplopappus obtusatus* * (*Aster obtusatus* W. hrb. no. 15830. Ej. sp. pl. III. p. 2018 excl. syn. Thbrg. (specimen Humboldtianum in horto quodam botanico cultum). *A. rosmarinifolius* Sprg. III. p. 526 patria falsa) differt a *teretifolio*: foliorum forma capitulisque multo paucioribus; a *fruticuloso*: foliis acutioribus, angustioribus; capitulis majoribus, multo paucioribus; ramis florigeris brevius ante apicem aphyllis validioribusque, denique serie pappi exteriori alba ab interiori rufescente longitudine latitudineque distincta.

Rhachis leviter alveolata, ut in *D. fruticuloso*. Pappus albus, serratus series ext. brevis ab interiori longa

longitudine nec latitudine distincta. Ovaria sericeo-hirsuta, plano-compressa, bicostata (v. sp. s. 2). *)

*Obs.* Congeneres quoque sunt: *Erigeron pinifolius* Poir. Enc. VIII. p. 94, et *Aster scaber* Thbrg. jap. p. 216!

## RHINACTINA*. **)

Radius uniserialus. Corolla disci hermaphroditi 2-labiata. Pappus biserialis.

Rhinactina *limoniifolia* n. sp.

Ex reliquiis herbarii Pallasiani schedula autographa adjecta „*Erigeron uniflorum*, lapponico simillimum".

Rhizoma crassum, repens, epidermide crassa, facile detergenda, laxa tectum, multiceps, capitibus vestigiis foliorum delapsorum imbricatis. Caules flexuoso-erecti, simplicissimi, $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$-pollicares, herbacei, tenues, superne puberuli minusque foliati, striati capitulis $3'''$ longis, cernuis, solitariis terminantur. Folia firma, uninervia, nervo subtus prominulo, avenia, integerrima, plana, punctata pilis brevibus, flexuosis, paginae inferioris pallidioris crebrioribus subcanescentia, ciliata, obtusa, ex petiolatis, confertis, oblongo-obovatis, basi in petiolos supra planos, subtus convexos, pilosiusculo-canescentes, folia ipsa fere superantes longissime cuneatis iisque adjectis $1$ — $1\frac{1}{2}'''$ longis $2$—$3'''$ latis in oblongo-elliptica, aperte minora et rariora, sessilia, circiter $4'''$ longa et $1'''$ lata. Involucrum late campanulatum, circiter 3-seriale, disco fere brevius, foliolis membranaceis, siccis, 1-nerviis, stramineis, planis, ciliatis, oblongo-ellipticis, erectis, ex acutis, extus puberulis in acuminata, longiora, margine scariosa, magis glabra, $2'''$ longa, circiter $\frac{1}{2}'''$ lata. Pappus biserialis, capillari-

*) Ubi rhachidis mentionem feci nullam, ibi eam observare mihi non licuerat.

**) Nec W. quae eadem ac *Jungia* L. fil. est.

paleaceus, serratus, serie ext. brevi ab interiori longa et clavata longitudine nec latitudine distincta. Corollae colore ignoto, tubo pilosiusculo; radii: circiter $3\frac{1}{2}'''$ longae, lingulis oblongo-ellipticis, apice obsolete 3-crenulatis, tubo longioribus; disci: 2-labiatae, tenerae, labiis fastigiatis, exteriori 4-dentato quam interius simplex multo latiori (incisuris nempe 2 profundioribus), tubo a limbo erecto? vix distincto. Genitalia prorsus *Astervis*, ramis styli acutiusculis. Ovaria pilosa (v. sp. 1).

## ASTER.

### (Linnaea V. p. 141.)

1. Aster *subulatus* (Mx. fl. am II. p. 111. Pursh. fl. am. II. p. 545 (sec spec. in. hrb. Kth.) *inconspicuus* Linn. IV. p. 143. *Erigeron expansus* Poepp. Sprg. p. 518).

Cel. de Chamisso retulit ex Chile et ins. O-Wahu.

2 Aster *tenerrimus* n. sp.

Ill. de Chamisso in O-Wahu.

Herba perennis, suffruticulosa habitu *Erigerontis jamaicensis* vel *Globulariae* cujusdam. Rhizoma multicaule, lignosum, foliorum delapsorum vestigiis crebris tectum, filo emptorio non crassius. Caulis adscendens s. inferne ramosus ramique alterni graciles, teretes, striati, glabri, apice obiter puberuli, steriles abbreviati ubique dense foliati, fertiles elongati superne squamas tantum raras, setaceas gerentes. Folia tenero-membranacea 1-nervia, avenia, plana, lineari-spathulata, acuta, basi in petiolos longissime angustissimeque cuneata, magis minusve minute serrulata, serraturis in cilias breves, rigidas, curvato-erectas desinentibus, glaberrima, scabra, petiolis planis adjectis 5—12‴ longa, $\frac{2}{3}$—$1\frac{1}{2}'''$ lata. Capitula breviuscule radiata, exigua, solitaria, erecta, circiter $2\frac{1}{2}'''$ longa, terminalia in ramis gracilibus, per $\frac{1}{2}$—2 pollices ante apicem aphyllis. Involucrum campanulatum, disco aequale,

circiter 2-seriale foliolis siccis, 1-nerviis, ciliatis, glabris, linearibus, planis, integerrimis, inermibus, interioribus acuminatis, margine scariosis, 2‴ longis, fere $\frac{1}{3}$‴ latis, exterioribus parum minoribus, acutis, divergentibus. Rhachis plana, nuda. Pappus capillaris, scaber, mediocris. Linguiae angustissime lineares, albae? Achaenia plano-compressa, 4-costata, nitida, obovata, pallide fusca, lineam longa, disco epigyno parvo (v. sp. s. 4).

4. Aster *californicus* n. sp.

Cel. de Chamisso legit in California.

Herba perennis facie *Bellidis sylvestris*. Rhizoma crassum, multicaule, foliorum vestigiis delapsorum creberrimis, imbricatis tectum. Caules adscendentes, 3—4-pollicares, teretes, simplices s. inferne bifidi ramique sulcato-striati, pilis articulatis, divergentibus, flexuosis, longis, in partibus superioribus creberrimis obsessi, superne longius brevinsve aphylli, capitulo aeque magno ac in *Astere Amello*, erecto terminantur. Folia carnosula, penninervia, nervis utrinque planis avenia, plana, laevia, glabra, breviter hispido-ciliata, caule breviora, ex spathulatis, petiolatis, obtusissimis, integerrimis aut apice profunde et obtusissime et grosse crenatis, confertissimis, petiolis plano-dilatatis strialisque adjectis circiter 2-pollicaribus et 8‴ latis in remota, multo minora, basi lata et recta sessilia, integerrima. Involucrum imbricatum, disco aquale, foliolis numerosis, pauci-serialibus, anguste linearibus, acuminatis, integerrimis, ex foliaceis hirsuto-villosis, longissime ciliatis in subsicca, parum longiora, multo glabriora, $3\frac{1}{2}$‴ longa, $\frac{1}{3}$‴ lata. Pappus rufescens, inaequalis, serratus. longus. Corollae colore ignoto, glabrae, disci: $2\frac{1}{2}$‴ longae, limbo cylindraceo lingulaque lineari radii circiter semipollicari tubum brevem longe superante. Antherae exsertae. Achaenia obovata, pilosa, compressa, 2 s. 4-costata, lineam longa (v. sp. s. 2).

4. Aster *alpinus* L. sp. pl. III. p. 1226. W. sp. pl. III. p. 2018.

Inter plantas a Redowski per Kamtschatkam lectas exstant specimina duo caule superne parum magis quam vulgo foliato.

5. Aster *unalaschcensis* n. sp.

Ex Unalaschca retulit ill. de Chamisso.

Herba perennis rhizomate obliquo, fibris simplicibusculis, crassiusculis. Caulis erectus, simplicissimus s 2-fidus, totus dense subaequaliter foliatus, 2-pollicaris — pedalis et ultra, teres, striatus, superne villosus. Folia membranacea, pl. 5-mera, supra avenia, subtus venosa, nervis utrinque planis, pilosiuscula, pleraque praecipue juniora villoso-ciliata, laevia, concolora, integerrima — remote serrato-denticulata, apiculata, 3—6‴ lata, ex penninerviis, oblongo-obovatis, basi longissime in petiolos breviores, dilatatos, conduplicatos angustatis, obtusis s. acutiusculis, una cum petiolis $\frac{5}{4}$ — 6″ longas, in multiplinervia, ovata s. oblongo-elliptica, acuminata, basi obtusissima, cordato-subsemiamplexicaulia, parum minus conferta, $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{2}$ longa. Capitula aeque magna ac in *Astere alpino*, terminalia, solitaria, longe radiata; matura ramis superne incrassatis. Involucrum late campanulatum, pluriseriale, disco aequale foliolis foliaceis, planis, anguste linearibus, acuminatis, integerimis, magis minusve ciliatis et hirsutopilosis, interioribus parum majoribus, 3‴ longis. Rhachis convexa, nuda. Pappus rufescens submediocris, inaequalis. Corollae glabrae, colore ignoto, disci: $1\frac{1}{2}$‴ longae, pappo longiores, dentibus erectis acutis, limbo turbinato, tubo abbreviato; radii plurimiflori: 6‴ longae, lingulis linearibus, fere $\frac{2}{3}$‴ latis, tubum abbreviatum longissime superantibus, apice subintegerrimis. Achaenia compressa, 4-costata, hirsuta, oblongo-obovata, atro-fusca, disco epigyno parvo. — Affinis *A. sibiricus* differt: pube

totius plantae rigida, crebriori; caule elatiori, magis ramoso, densius foliato, ramis fastigiatis; foliis scaberrimis, longioribus, subtus pallidioribus, serraturis, si adsunt, profundioribus; capitulis majoribus, crebrioribus; pappo longo; limbo corollarum majorum disci subcylindraceo a tubo distincto eumque vix parum excedente. — *A. peregrinus* Pursh. fl. am. b. II. p. 556, quocum patria convenit, secundum diagnosin Purshianam foliis sessilibus remotis, glabris; caule glabro superne hirto; et praeterea, si sequens *peregrinus* Purshianus est, pube caulis 3-soriali; caule altiori; foliis venosis, majoribus, integerrimis, subtus pallidioribus; foliolis frequentioribus, majoribus, exterioribus discum ipsum superantibus, interioribus minoribus cum aequantibus pappo denique multo longiori et corollas disci aequante (v. sp. s. ∞).

6. Aster *peregrinus* (Pursh. fl. bor. am. II. p. 556, ex diagn. *A. Tilesii* Wickstr. in Vetsk. Acad. Handl. 1822, p. 13?)

In Unalaschica legerunt cel. de Chamisso et Nelson (ex Pursh. l. c.)

Herba perennis. Caulis erectus, pedalis et ultra, simplicissimus s. ramosus, totus dense et subaequaliter foliatus ramique alterni teretes, striati gaudent pube in series ad basin caulis ramorumve obsoletas, ad apicem eorum confluentes, in mediis ex angulis foliorum basalibus decurrentes disposita et quia folia superiora sunt semiamplexicaulia, triseriali. Folia membranacea, pentamera, venosa, nervo primario vix subtus prominulo, glabriuscula, plana, laevia, subtus pallidiora, apiculata, integerrima, ex penninerviis, basi longe angustatis (caeterum ignotis) in sub ∞-plinervia oblongo-elliptica, ovata s. obovata, cordato-semiamplexicaulia, acuta, basi subtruncata, 2—4″ longa, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$″ lata, adproximata. Capitula aeque magna ac in *Astere Novae Angliae*, longe radiata, terminalia, solitaria.

Involucrum subdivergenti-campanulatum, 2-seriale, foliolis linearibus, acuminatis, planis, ciliatis, integerrimis, exterioribus majoribus, penninerviis, totis foliaceis, interioribus disco aequalibus, circiter 3—4‴ longis, ½‴ latis, basi siccis. Pappus corollae disci aequalis, sordide flavescens. Corollae glabrae, disci: 3‴ longae limbo cylindraceo tubo multo longiori, dentibus oblongo-ovatis, acutis, erectis; radii plurimiflori: 6‴ longae, lingulis coeruleis, linearibus, tubum abbreviatum longissime superantibus, apice 3-denticulatis. Ovaria pilosa. — Diagnosi Pursh-ianae oppugnant tantummodo folia remota. — De differentiis cf. praecedentem.

7. Aster *salsuginosus* Richards. Fl. in R. Br. verm. b. Schft. I. p. 508?

E sinu Eschscholtzii, e promontorio Espenberg et Kotzebue Sund retulit cel. de Chamisso.

Rhizoma reptans. Caulis herbaceus, teres, simplex s. parum ramosus, adscendens, magis minusve purpurascens et hirsuto-villosus, 3—8-pollicaris, gracilis, ubique subaequaliter foliatus. Rami alterni, cauli similes. Folia membranacea, penninervia, venosa, nervo primario subtus parum prominulo, adproximata, vaga?, plana, mucronulata, integerrima — in mediis argute serrata, basi angustata, laevia, supra pilosiuscula, subtus pallidiora et magis minusve hirsuto-subvillosa et ciliata, ex oblongo-obovatis, acutis, rarius obtusis, sessilibus, circiter 2‴ longis et ½‴ latis in oblonga, acuminata, basi obtusa — acuminata, brevissime petiolulata, parum minora vix tamen rariora. Capitula longe radiata, solitaria, erecta, terminalia in ramis apice parum incrassatis, magnitudine eadem ac in *Astere alpino*. Involucrum divergenti-campanulatum, 2-seriale, foliolis numerosis, laxis, planis, acuminatis, extus magis minusve hirsuto-villosis, ciliatis, margine purpurascentibus, foliaceis, interioribus angustioribus et pl. brevioribus, disco

aequalibus, 3—4‴ longis, $\frac{1}{3}$—$\frac{2}{3}$‴ latis, inferne subsiccis et glabris. Pappus ferrugineus, corollae disci aequalis. Corollae glabrae, disci: 3‴ longae, luteae, dentibus semilanceolatis, limbo turbinato tubum aequante; radii: coeruleae, circiter semipollicares, lingulis linearibus, apice 3-crenulatis, tubo multo longioribus, circiter $\frac{2}{3}$‴ latis. Ovaria pilosa. — Differt a praecedente: caulis gracilioris, humilioris, flexuosi pube ubique sparsa, crebriori; foliis minoribus, penninerviis, minus glabris, saepe argute serratis, superioribus petiolulatis nec cordato-semiamplexicaulibus; limbo disci corollarum tubum aequante nec longe superante. In *A. salsuginosi* Richards. l. c. descriptione oppugnant: caules firmi pilis brevissimis, folia utrinque concolora, sessilia; in *A. montano* Rich. ib.: caules firmi; calycis laciniae imbricatae, squarrosae, interiores radium subaequantes et quod nullam habeat similitudinem Erigerontis alpini. *Erigeron caucasicus* Stev. (*E. grandiflorus* W. hrb. n. 15697.) *Astero sibirico* non dissimilis, recedit: pube totius plantae rigidiori; caule crassiori; foliis superiorbus semiamplexicaulibus, ∞-plinerviis, scabris, longioribus; involucro *Asteris unalaschcensis*; pappo flavescente, 2-seriali; tubo corollarum disci abbreviato.

8. Aster *Radula* Ait. h. kew. ed. 1. p. 210. W. sp. pl. III. p. 2044. Pursh. fl. bor. am. II. p. 556.

In California ill. de Chamisso.

Ab *A. patente* W. sp. pl. III. p. 2034. Ej. hrb. no. 15875 differt: foliis angustioribus, margine cartilagineo serrulatis nec hispido-ciliatis; foliolis omnibus obtusis.

9. Solidago *odora* (W. sp. pl. III. p. 2061. Hort. kew. ed. 2. V. p. 67. W. hrb. n. 15963. *S. chilensis* Kze. in Poepp. syn. pl. Am. austr. mss.)

Cel. de Chamisso legit in Chile.

Variat foliis apice argute et remote serrulatis; differt a speciminibus hrb. W. tantummodo ramis glabris.

10. Solidago *Virgaurea* L. W. sp. pl. III. p. 2065.

E sinu Eschscholtzii, St. Laurentii et Unalaschca retulit cel. de Chamisso.

Specimina in Sinu St. Laurentii lecta circiter pollicaria; Unalaschcensia pedalia et ultra.

*Obs.* Congener est *Inula dubia* Thbrg. jap. p. 318, *A. unalaschcensi, salsuginoso* et *peregrino* simillima. *Aster hispidus* Thbrg. l. c. autem sistat genus novum *Gymnostephium* radio calvo ab *Astere* diversum.

## ERIGERON.

(Linnaea V. p. 145.)

Radius pluriserialis. Discus ☿. Pappus uniserialis.

1. Erigeron *alpinum* L. Wahlenb. lapp. p. 206.

Cel. de Chamisso legit in Unalaschca.

2. Erigeron *canadense* L. W. sp. pl. III. p. 1954.

In O-Wahu et Brasilia legit cel. de Chamisso.

*Obs. Erigeron scabrum* Thbrg. cap.! est *Pulicariae* sp.

## ELPHEGEA.

(Cass. Dict. sc. nat. XIV. p. 361.)

Radius uniserialis. Discus ♂. Pappus uniserialis.

Elphegea *ciliata* * (*Leyssera ciliata* Thbrg. fl. cap. p. 690! *Aster taxifolius* L. Berg. p. 286!)

In Promontorio bonae spei legit cel. de Chamisso.

Herba suffruticulosa rhizomate lignoso, ∞-cauli, perenni. Caules erecti s. adscendentes, simplicissimi s. ramosi, ramique teretes, graciles, magis minusve purpurascentes 4‴—1′ alti, dense foliati et subglabri, apice villosi et subaphylli. Folia sparsa, basi lata sessilia, firma, linearia, integerrima, mucronulata, obsolete 1-nervia, avenia, nitida — obsoletissime tomentosa, alterna s. opposita, inferne conduplicata et longe piloso-ciliata, 6—9‴ longa,

circiter $\frac{1}{2}'''$ lata, acuta, pl. curvata, superiora decrescentia, acuminata et erecta. Capitula solitaria, terminalia, ante anthesin cernua, disco $3'''$ alto, minora quam in *Kaulfussia amelloide*. Involucrum late campanulatum, disco longius, pauciseriale, foliolis acuminatis, ciliatis, glabris, membranaceis, siccis, planiusculis, virescenti- s. purpurascenti-stramineis, adpressis, glandulis linearibus, rufo-diaphanis in nervis (ut in Tagete), ex oblongo-triangularibus, 1-nerviis in oblongo-elliptica, majora, trinervia, margine scariosa, circiter $3\frac{1}{2}'''$ longa, $\frac{2}{3}'''$ lata. Rhachis convexa, nuda. Pappus setaceus, plumosus, flavescens, radii: brevis; disci longus. Corollae glabrae, radii: lingulis caeruleis, oblongo-ellipticis, apice 3-denticulatis, tubo longioribus; disci; luteae, $1\frac{1}{2}'''$ longae, pappo suo aequales, limbo a tubo distincto eumque plus duplo superante. Stylus disci: 2-fidus, basi bulbosus, ramis acutiusculis corollam haud excedentibus, stigmate nullo; ovariis linearibus, glabris, inanibus. Achaenia (radii) glabra, plano-compressa, 2-costata, disco epigyno minuto, atro-fusca, oblique subelliptica (v. sp. s. ∞).

## MADIA Molin.

Radius uniserialis. Discus ☿. Achaenia calva, erostria.

Molina *viscosa*. Cav. Willd. sp. pl. III. p. 1952.

In Chile ill. de Chamisso.

## MYRIACTIS n. gen.

Flores in ambitu ∞-seriales ♀, in centro ☿. Achaenia erostria, calva.

Genus fl. ♀ pluriserialibus achaeniisque calvis quam maxime distinctum.

Herbae Nepaulenses, erectae, dichotomae, inermes, caulibus ramisque teretibus, viridibus, striatis; foliis alter-

nis, membranaceis, penninerviis, lanceolatis, serratis, serraturis apiceque mucronulatis, supra lepidoto-punctatis, subtus pallidioribus, superioribus descrescentibus nec rarescentibus; capitulis plurimifloris, inaequalifloris, heterogamis, homocarpis, floribus ♀ ∞-serialibus in ambitu, paucioribus ☿ in centro; erectis, in racemos terminales lateralesque terminatos, oligocephalos dispositis, pedicellis flexuosis, in mediis folium minutum, integerrimum, pl. singulum, gerentibus, quam folia sua brevioribus s. longioribus; involucri flores superantis foliolis planis, linearibus, margine late scariosis; corollis flavidis, parvis, tubo brevissimo, ☿ ne lineam quidem longis limbo inflato, 5-partito, laciniis ellipticis, acutis, erectis; ♀ lingulis integerrimis, tubo multo majoribus; staminibus in ♀: omnino nullis; in ☿: alis brevibus, acutiusculis, angustis, filamentis glabris, planis; stylis bifidis basi aequalibus in ☿: inclusis, ramis semilanceolatis, aequalibus, superne extus puberulis; in ♀: tubum corollae longe superantibus eorumque ramis longioribus, linearibus, inaequalibus; achaeniis calvis, erostribus, ellipticis, obcompressis, glabris, pl. 2-costatis apice et basi punctatis, arcola terminali.

1. Myriactis *nepalensis* n. sp.

In Nepaulia cel. Wallich.

Radix fibrosa. Caulis pedalis, penna anserina parum tenuior, ramique erecto-patentes glabri vix apice pilosiusculi. Folia, nervis planis, semiamplexicaulia, spathulato-lanceolata, utrinque acuminata, basi autem angustiora, superne profunde et argute serrata, glabriuscula s. obsolete pilosiuscula, circiter 3‴ longa, 1‴ lata. Capitula globosa vix quam in *Cotula coronopifolia* majora, floribus ♀ ∞ ∞-serialibus in ambitu, brevioribus quam hermaphroditi triplo paucioribus in centro. Involucrum 2-seriale, floribus longius, foliolis subfoliaceis, viridibus, extus pilosiusculis, demum reflexis, obsolete et inaequaliter serrulatis, exterioribus acu-

acuminatis, 2‴ longis, ½‴ latis, interioribus brèvioribus, acutis aut obtusis. Rhachis inferne pro floribus ♀ amplo-cylindracea, mamillata, apice pro fl. ☿ conica, cono brevi breviorique diametro, leviter alveolato. Corollae tubo obsolete pilosiusculo; ♀ hermaphroditis minores, lingulis erectis, ellipticis, acutiusculis, binerviis. Stigma in ☿ videre mihi non licuit. Achaenia ♀ majora, areola calvà; ☿ areola e centro styliculum emittente (v. sp. 1. in hrb. Horn).

*Tab. II. F.* fig. 1. Flos ☿. — 2. Corolla ♀. — 3. Stamen. — 4. Stylus ☿. — 5. Achaenium. — 6. Rhachis cum involucro reflexo. — 7. Alveolae pro fl. ☿. — 8. Mamillae pro fl. ♀.

2. Myriactis *Wallichii* n. sp.

In Nepaulia cel. Wallich.

Caulis hirsutus, circiter 2-pedalis, ramis tenuibus, patenti-divergentibus. Folia subsessilia, elliptico-lanceolata, in utroque fine longissime rectilineo-acuminata, hirsutiuscula, remote serrata, apice et basi integerrima, 2½‴ longa, 9‴ lata. Capitula minora quam in *M. nepalensi*. Involucrum 1-seriale, campanulatum, radio aequale, ∞-phyllum, foliolis glabris, ciliatis, aequalibus, paucinerviis, pallide viridibus, acuminatis, 2‴ longis, semper erectis. Rhachis plana mamillata, mamillis e centro styliculos emittentibus, diametro fere 1½‴ longo. Genitalia et corollae prosus praecedentis sed hae glaberrimae lingulaeque lineares, revolutae. Flores ♀ pauciores eorumque corollae parum longiores quam in ☿, quibus stigma manifestum. — *M. nepalensi* similis sed diversa statura omnium partium minori; foliis sessilibus nec semiamplexicaulibus, elliptico-nec spathulato-lanceolatis, angustioribus cauleque hirsutis, serraturis paucioribus et remotioribus; corollis subglaberrimis, ♀ hermaphroditas superantibus lingulisque linearibus, revolutis; sed praecipue involucro et rhachide — (v. sp. 1. in hrb. Horn).

## LEPTOCOMA n. gen.

Pappus e setis 2 s. 3 capillaribus, flexuosis. Achaenia rostrata, centri erostria.

Differt a *Lagenophora* achaeniis pappophoris, centri erostribus; a *Brachycome* pappo achaeniisque marginalibus rostratis.

Leptocoma *racemosa* n. sp.

Cel. Wallich in Nepaulia.

Rhizoma lignoso-tuberosum fibras validas, parum ramosas emittit. Caulis flexuoso-erectus, herbaceus, gracilis, teres, subtiliter striatus, puberulus, simplex, semipedalis et ultra, totus aequaliter foliatus. Racemus (verus?) terminalis, 6—10-pollicaris, simplex, capitulis parvis, nutantibus, pedicellis recurvatis, puberulis, clavatis, pro brevitate crassissimis, 1—2‴ longis, remotis, quam folia, e quorum axillis prodeunt, multo brevioribus. Folia petiolulata, petiolis planis, alterna, membranacea, triplinervia, elliptico-lanceolata, in utroque fine longe curvilineo-acuminata, integerrima, supra scaberrima et hispidiuscula, subtus pallidiora, pilosiuscula, laevia et punctata, circiter bipollicaria et $\frac{3}{4}$″ lata, superiora paullatim paullatimque decrescentia. Capitula heterogama, heterocarpa, inaequaliflora, discoïdea, floribus fertilibus, ♀ 1?-serialibus in ambitu, paucis ☿ in centro. Involucrum campanulatum, achaeniis brevius, subbiseriale, foliolis pallide viridibus, planis, ellipticis, acutis, breviter ciliatis, sicco-membranaceis, margine scariosis, interioribus ne lineam quidem longis, exterioribus minoribus. Rhachis plana, brevissime paleaceo-fimbrillifera, diametro vix $\frac{1}{2}$‴ longo. Corollae albae, exiguae, inferne punctatae, ♀: lingulis oblongo-obovatis, integerrimis, tubo vix ullo; ☿: tubulosae.... Stylus ♀ 2-fidus, corollae suae subaequalis.... Pappus 1-serialis e setis ca-

pillaribus, laevissimis, brevibus, flexuosis, 2 s. 3. Achaenia plano-compressa, fusco-straminea, glaberrima, punctata, oblique obovata, 2-costata, costis marginalibus, disco epigyno parvo, areola terminali; marginalia rostrata, fere $1\frac{1}{2}'''$ longa, rostro gracili, brevi; centralia erostria (v. sp. 2. in hrb. Horn. fructigera corolla vix ulla suppetente).

## LAGENOPHORA Cass. *)

Radius 1-serialis, ♀. Achaenia rostrata, calva.

LAGENOPHORA *hirsuta* Poepp. mss. —

Cl. Poeppig in Chile.

Herba perennis? tota hirsuta. Rhizoma gracile, repens fibras graciles, frequentes, simpliciusculas emittit. Caulis erectus, simplicissimus, gracillimus, $2-2\frac{1}{2}''$ altus, foliis parum longior, tantummodo basi ima foliatus. Folia tenero-membranacea, penninervia, inaequalia, petiolata, petiolique nervique primarii inferne striati, plani hirsuta, rotundo — oblongo-obovata, obtusissima, plana, apiculata, grosse crenato-repanda, petiolis brevioribus adjectis $1-2\frac{1}{2}'''$ longa, $4-9'''$ lata. Capitulum terminale, solitarium, breviter radiatum, disco ♂? Involucrum campanulatum, subbiseriale, radio parum brevius, foliolis linearibus, acutis, planis, margine scariosis, integerrimis, extus hirsutiusculis, pallide viridibus, interioribus $2'''$ longis, $\frac{1}{3}'''$ latis, exterioribus parum brevioribus. Rhachis plana. Achaenia plano-compressa, oblique obovata, glabra, $2'''$ longa, rostrata, rostro brevi, viscoso, glanduloso, gracili, costis duabus marginalibus. — A speciebus hujusce generis caeteris distinctissima (v. sp. s. 3).

*) Bull. d. sc. Dcbr. 1816 et ib. Mars 1818. Dict. sc. nat. XXV. p. 109.

## B. *Series posterior. Homogamae, aequaliflorae.*

### KLEINIA Schreb.

**Pappus pluriserialis.**

1. Kleinia *Poroplyllum* (W. sp. pl. III. p. 1538. *Cacalia Poroplyllum* L. Cav. ic. III. p. 11. t. 222).

E Brasilia retulit cel. de Chamisso.

A qua vix atque ne vix quidem differt: *Kleinia mederalis* Jacq. Folia enim integerrima et repanda, acuta et obtusa in uno eodemque specimine occurrunt.

2. Kleinia *cacalioïdes* n. sp.

Ex insula Luçonia unicum specimen reportavit ill. de Chamisso.

Glaberrima. Caulis herbaceus, erectus. Folia alterna, remota, penninervia, nervis utrinque planis, glabra, laevia, carnosula, petiolulata, oblongo-ovata, acuminata, basi acuta, retrorsum mucronulato-denticulata, 3‴ circiter longa, 10‴ lata. Petioli plani, striati circiter 2‴ longi. Capitula in apicibus caulis et pedunculorum longorum foliaque sua longe excedentium in racemos oligocephalos, subcorymbosos, terminatos disposita, pedicellis 1-cephalis, quam folia sua exigua, angustissime lineari-lanceolata longioribus, quam capitula autem brevioribus. Involucrum cylindraceum, 9-phyllum, floribus parum brevius, 1-seriale, basi auctum, foliolis aequalibus, linearibus, 6—7‴ longis, carnoso-foliaceis, pl. alternis latioribus latiusque margine scariosis et acutis, alternis angustioribus, acuminatis, vix margine apicali scariosis. Pappus capillaris, corollis parum brevior. Corollae glabrae, apice purpureae? limbo profunde 5-dentato, a tubo haud distincto. Genitalia exserta; stylus basi bulbosus, ramis longis, linearibus acuminatis; antherae alis oblongo-triangularibus, bre-

vibus, latis, acutis. Ovaria nectario alveolari. — Differt a *Kl. hieracioïde* * (*Cacalia hieracioïde* W. sp. pl. III. p. 1731. Ej. hrb. n. 15052) cujus specimina et in Macao a Trentepohl lecta et in horto botanico Calcuttensi, in quo e seminibus Mauritianis orta fuerat, hospitata, in herbario cel. Hornemanni exstant: foliis glabris, firmioribus, mucronato-denticulatis, oblongo-ovatis, longe acuminatis; involucri angustioris, quam flores tantum paullulum brevioris, meiophylli foliolis multo longioribus latiusque margine scariosis; squamis pedicellos capitulis breviores basi stipantibus majoribus (v. sp. s. 1).

3. Kleinia *Cusimbua* * (*Cacalia Cusimbua* Don. prdr. fl. nep. p. 179?)

In Nepaulia Hamilton et Wallich.

Planta 6-pedalis, basi lignosa (Ham.). Caulis sulcatus, glaber, teres, saltem superne lignosus, fortasse simplex, apice in paniculam subfastigiatam, dichotomam divisus, ramis elongatis, superioribus sensim decrescentibus. Folia membranacea, penninervia, nervis utrinque planis, semiamplexicaulia, longe acuminata, argute et inaequaliter serrata, basi apiceque integerrima, subtus palfidiora (et pubescentia Don) inferiora oblongo-obovata, 11‴ longa, 3‴ lata, superiora oblongo-ovata, multo minora, magis serrata. Capitula erecta, plurimiflora, pedicellis suis squamas paucas filiformes gerentibus breviora. Involucrum cylindraceum, 1-seriale, ∞ (plus quam 9)-phyllum, squamis paucis patentibus, subfiliformibus auctum, floribus brevius, foliolis aequalibus, linearibus, acuminatis, margine scariosis, integerrimis, planis, ∞-nerviis, $\frac{1}{2}$‴ longis, alternis latioribus latiusque margine scariosis. Pappus albus corollis glabris, semipollicaribus, purpureis? tubo limbum cylindraceum multo superante parum brevior. Ovaria linearia, glaberrima, sulcata. — Recedit a *cacalioïde* foliis membranaceis, semiamplexicaulibus; capitulis majoribus

et praecipue latioribus, quam pedicelli brevioribus; involucris plus quam 9-phyllis etc.

*Obs.* Congener *Senecio japonicus* Thbrg. jap.!

## CHRYSOCOMA L.

**Pappus uniserialis.**

CHRYSOCOMA *Comaurea* L. W. sp. pl. III. p. 1788.

**In Promontorio bonae spei legit cel. de Chamisso.**

### Subtrib. 3. *Inuleae.*

**Capitula si heterogama floribus marginalibus corollas ligulatas gerentibus; nunquam dioica. Rhachis ebracteolata. Antherae caudatae.**

## INULA Gaertn.
(Inulae sp. L.)

INULA *viscosa* (Ait. W. sp. pl. III. p. 2095. *Erigeron viscosum* L. *Solidago viscosa* Lam.)

In insula Teneriffa legit cel. de Chamisso.

*Obs.* Cui generi inserendae quoque sunt: *Conyza squarrosa* L., *candida* L., *pumila* et *limonifolia* Sm.

### Subtrib. 3. *Baccharideae.*
(Linnaea V. p. 145.)

Capitula aut dioica aut subdioica, aut floribus ♀ pluriserialibus corollisque filiformibus instructis in ambitu. Rhachis ebracteolata, rarissime in capitulis ♀ nonnisi bracteolata. Antherae caudatae.

## CONYZA L. Juss. *)

**Capitula heterogama. Pappus uniserialis.**

---

*) Floribus revera masculis (non solum in hac sectione sed etiam in Gnaphalieis) pappus semper est clavatus et crassior quam in foemineis.

1. Conyza *bifoliata* (L. sp. pl. 1207. W. sp. pl. III. p. 1920. Sprg. syst. III. p. 514. *C. axillaris* Lam. enc. II. p. 84. Sprg. syst. III. p. 511).

In Luçonia legit cel. de Chamisso.

Rhachis convexa, nuda. Achaenia straminea, ovalia, ∞-costata, hirsutiuscula, $\frac{1}{4}'''$ lata.

2. Conyza *manillensis* n. sp.

In Luçonia legit cel. de Chamisso.

Radix tenera, annua? fibrosa, fibris validis, oblique descendentibus nec ramosissimis. Caulis erectus, simplex, gracillimus, teres, striatus, hirsutus, $7\frac{1}{2}$—10-pollicaris, superne hirsuto-villosus et manifeste minus foliatus. Folia tenero-membranacea, penninervia, semiamplexicaulia, hirsuta, laevia, subtus pallidiora, sinuato-dentata, obtusa aut acuta, apiculata, ex confertis, spathulatis, limbo amplo, circiter $10'''$ lato partem angustatam superante, $\frac{5}{4}$—$2''$ longis in obovata, rariora et multo minora. Racemus terminatus, terminalis, linearis, simplex, $3\frac{1}{2}$—$4\frac{1}{2}$ pollicaris. Capitula parva, $2'''$ alta, floribus ♂ multis in centro, erecta, sessilia demum pedicello ipsis breviori, filiformi, hirsuto-villoso suffulta, inferiora foliis suis superata et valde remota. Involucrum campanulatum, ∞-seriale, imbricatum, polyphyllum; floribus parum longius, foliolis anguste linearibus, acuminatis, siccis, hirsuto-villosis, ciliatis, integerrimis, planis, 1-nerviis, intimis $2'''$ longis, exterioribus decrescentibus, magis viridibus et squarrosis. Rhachis ignota. Pappus capillaris, albus, corollis aequalis. Corolla ♀ tenerrima, stylo corollaque ♂ genitalia includente, $1\frac{1}{2}'''$ longa, limbo haud distincto parum brevior. Ovaria hirsutiuscula. — Proximae praecedenti sed diversa: caule tenerrimo humiliori, hirsuto nec villoso, superne multo minus foliato; foliis tenerioribus, omnibus semiamplexicaulibus, sparse hirsutis nec villoso-canescentibus, ir

regulariter sinuato-dentatis nec regulariter denticulatis, subtus pallidioribus; inflorescentia simplici; capitulis remotis, multo paucioribus; involucris squarrosis — (v. sp. s. 2).

3. Conyza *chilensis* (Sprg. syst. III. p. 513. n. 83. *C. longifolia* Cass. Dict. (teste hrb. Kth.).)

E Brasilia (ubi et amicissimus Beyrich et Sellow legerunt) et Chile reportavit cel. de Chamisso.

Variat caule oligocephalo et superne in paniculam suprafastigiatam, terminatam, dichotomam, ramosissimam diviso, semipedali — pluripedali, nec minus magnitudine foliorum, quae nonnunquam lobato-pinnatifida sunt. — Rhachis plana, nuda. Ovaria plano-compressa, 2-costata, costis angularibus, straminea, elliptica, hirsutiuscula, lineam circiter longa.

4. Conyza *albida* W. hrb. n. 15658. Sprg. syst. III. p. 514, quam verum *Erigeron bonariense* L. (h. Cliff. p. 407. Ej. sp. pl. III. p. 1211. *Senecio* bonariensis purpurascens foliis imis Coronopi Dill. Elth. 344. t. 257. f. 334, capitulis autem nimis paucis et magnis) esse maguopere suspicor.

In Brasilia legit cel. de Chamisso; sed exstant etiam specimina a Beyrichio pr. Rio Janeiro, a Sellowio et servo Hoffmannseggiano ad Bahiam lecta.

Differt ab *Erigeronte canadensi* cui simillima: foliis hirsuto-canescentibus nec hirsuto-hirtis et viridibus; inferioribus pinnatifido-crenatis; pedicellis hirsuto-canescentibus nec strigulosis; rhachide breviter paleaceo-fimbrillifera nec nuda; corollis glaberrimis foemineis filiformibus 3-denticulatis, stylum includentibus s. eo parum brevioribus, quam hermaphroditae brevibus nec illis in mediis hirsutis has superantibus; a *Conyza ambigua* Cand. ca-

pitulis multo minoribus, foliis multo brevioribus nec integerrimis, inflorescentia et habitu.

Floribus omnibus fertilibus a typo generico recedit. Radix horizontalis, fibroso-fusiformis. Caulis herbaceus erectus, strialus, ramosus, 3—4 et ultra pedalis. Folia sparsa, membranacea, tenuiter penninervia, magis minusve hirsuto-canescentia ex spathulato-oblongo-obovatis, acutis, antice grosse et inaequaliter crenato-serratis, circiter 4‴ longis, $1\frac{1}{4}$‴ latis, basi longissime et magnopere angustatis in anguste lanceolato-linearia, multo minora. Achaenia plano-compressa, 2-costata, hirsuta, elliptica, $\frac{1}{2}$‴ longa prorsus ut in Erigeronte canadensi. Rhachis parum convexa, breviter paleaceo-fimbrillifera, diametro lineam longo. Involucrum campanulatum, laxe imbricatum, floribus aequale, foliolis anguste linearibus, acuminatis, planis, margine scariosis, integerrimis, glabriusculis — hirsutis, interioribus 2‴ longis. Pappus flavescens, achaeniis triplo longior. Panicula terminata, dichotoma, pyramidalis, ramis magis minusve hirsuto-canescentibus foliaque sua excedentibus; pedicellis squama una alterave obsessis, capitula 2‴ longa, aeque magna ac in *Erigeronte canadensi* excedentibus. Corollae ♀ $1\frac{1}{2}$‴ longae; ☿ 2‴ longae (v. sp. s. ∞).

5. Conyza *triplinervia* n. sp. *)

Brasilia: ad fretum St. Catharinae cel. de Chamisso; pr. Rio Janeiro Beyrich; pluribus aliis locis Brasiliae et meridionalis et aequinoctialis Sellow.

Herba glaberrima. Caulis erectus, ramosus, aequaliter foliatus, praealtus ramique alterni, teretes; sulcato-

*) Vidi in hrb. Vahliano specimen Commersonianum cui nomen *Erigeron heliantifolium* adscriptum est!

striati. Folia petiolata, adproximata, hexamera, membranacea, plana, laevissima, triplinervia, nervis primariis subtus prominulis, venosa, serrata, basi integerrima et longius breviusve curvilineo-acuminata, ovato-lanceolata, 3—4‴ longa, $\frac{5}{4}$—$1\frac{1}{2}$‴ lata, superiora minora et lanceolata. Petioli 2—6‴ longi, intus canaliculati. Paniculae ∞-cephalae, terminatae, terminales lateralesque, dichotomae, subfastigiatae, ramis flexuosis, inferioribus folia sua magna haud multo superantibus, reliquis sensim decrescentibus. Capitula 2‴ longa, pedicellis breviora, ∞-flora, floribus ♂ 3—7 in centro. Involucrum campanulatum, floribus ♂ aequale, imbricatum, ∞-phyllum, pauciseriale, foliolis integerrimis, glabris, margine anguste scariosis, in medio pallide viridibus, apice nonnunquam purpurascentibus, ex ellipticis, acutis, circiter $\frac{1}{4}$‴ latis, in linearia, acuminata, longiora, angustiora, obsolete ciliata, $1\frac{2}{3}$‴ longa. Rhachis convexa, brevissime alveolata, alveolis pro fl. ♂ multo amplioribus. Pappus flavescens s. rufescens (hrb. Vahl.) longus; ♂ clavatus. Corollae glabrae, ♀ stylo breviores, ♂ breviter 5-fidae, fere 2‴ longae. Achaenia subquadrigono-compressa, oblongo-elliptica, ∞-costata, $\frac{1}{3}$‴ longa, pube minuta nonnisi lentis ope perspicienda. — Cui admodum simillima est:

6. Conyza *arguta* a Sellowio in Bras. merid. lecta, sed diversa: foliis brevius petiolatis, lineari-lanceolatis, recti-nec curvilineo-acuminatis, toto margine argute serrulatis, foliolis numerosioribus, latioribus intimisque acutis; capitulis majoribus — (v. sp. s. ∞).

7. Conyza *saxatilis* L. W. sp. pl. III. p. 1933.

E Teneriffa retulit cel. de Chamisso.

8. Conyza *ivaefolia* * (*Baccharis ivaefolia* L. W. sp. pl. III. p. 1913.

In Promontorio bonae spei legit cel. de Chamisso.

## MOLINA.*)

(*Molinae* sp. R. et P. *Baccharidis* sp. auct.)

Capitula dioica. Rhachis ebracteolata. Pappus conformis, 1-serialis. Cor. ♀ filiformis. * Caule non alato.

1. Molina *linearis* (R. et P. syst. veg. p. 205. *Baccharis linearis* Pers. syn. II. p. 425).

E Chile reportavit cel. de Chamisso.

Pappus corollis aequalis.

2. Molina *conyzoïdes* n. sp.

Cel. de Chamisso ad fretum St. Catharinae.

Planta mascula desideratur. Caulis herbaceus, erectus? ramis alternis, striatis, teretibus, atropurpureis, ut tota planta glaberrimis. Folia petiolata, tetramera, adproximata, membranacea, triplinervia, nervis subtus prominentibus, venosa, rotundo-elliptica, obtusa s. acutiuscula, basi in petiolos breves, supra canaliculatos, circiter 3—4‴ longos breviter curvilineo-acuminata, irregulariter crenato-serrata, basi integerrima, laevia, 1—2″ longa, 8‴—1″ lata. Paniculae terminatae, subcymosae, dichotomae, terminales, ramis folia sua nonnisi parum superantibus. Capitula plurimiflora, pedicellis longiora. Involucrum late campanulatum, floribus multo brevibus, ∞-phyllum, imbricatum, foliolis sicco-membranaceis, magis minusve fuscis, inferne stramineis, apice obsolete ciliatis, adpressis, obtusis, ex exiguis, rotundis in anguste linearia, 2‴ longa, reliquis angustiora. Rhachis plana, brevissime papillosa, diametro circiter lineam longo. Corollae filiformes stylo breviores. Achaenia, oblonga, cylindracea, ∞-costata, hispidiuscula, fusca, ne $\frac{3}{4}$‴ quidem longa, quadruplo, pappo albido circiter aequalia — (v. sp. s. 3).

*) *Molinia* Schrk. postea edita aliis nominibus haud caret.

3. Molina *sessilifolia* n. sp.

Cel. de Chamisso pr. Talcaguano.

Frutex ramis alternis patenti-divergentibus, teretibus, striatis superne junioribusque hirsutiusculo-pubescentibus. Folia membranacea, triplinervia, reticulato-venosa, ovala s. elliptica, acuta rarius acuminata, basi obtusa, sessilia, adproximata, supra glabra subtus pallidiora et ad nervos prominulos hirsutiuscula, saepe reflexa, $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{2}'''$ longa, 3—9‴ lata, marum argute, foeminarum obsolete serrata, superiora sensim oblonga integerrima et minora. Racemi pyramidales, compositi, terminales lateralesque, ramis folia sua superantibus, hirsutiusculo-pubescentibus, pedunculis racemulos subcorymbosos, oligocephalos stipantibus folia perfecta, pedicellis nonnisi squamulas basi gerentibus. Capitula ∞-flora, ♀: 3‴ longa, oblonga, pedicellis suis longiora; ♂: 2‴ longa, pedicellos racemuli cujusdam inferiores aequantia. Involucrum imbricatum, ∞-phyllum, foliolis margine anguste scariosis, extus punctatis, glabris, planis, fimbriato-dentatis, interioribus linearibus, fere 2‴ longis, exterioribus ellipticis et paullatim decrescentibus; foeminarum: subcylindraceum, fructibus brevius, foliolis acutis, minus punctatis; marium: hemisphaericum, foliolis obtusis, parum latioribus. Rhachis plana, nuda. Pappus rufescens, in ♀: 2‴ longus, stylo aequalis, corolla multo longior; in ♂: $1\frac{1}{2}'''$ longus, corollae aequalis. Corollae glabrae. Ovaria ♀ linearia, pilosiuscula. — (v. sp. s. ∞.)

**Alatae.*)

4. Molina *articulata*. (*Conyza articulata* Lam. enc. II. p. 94. W. sp. pl. III. p. 1948! *Baccharis* Pers. syn. II.

*) Omnes, quae mihi adhuc innotuerunt, species relaturus diagnoses quoque addo.

p. 425). Aphylla glauca, bialata, alis planis; squamulis dimeris; involucri campanulati in utroque sexu conformis foliolis omnibus obtusis; achaeniis brevibus, ellipticis, glaberrimis.

In Monte Video Commerson et Sellow.

Foliola intima exterioribus angustiora, linearia, in ♀ $2'''$, in ♂ $1'''$ longa.

5. Molina *crispa* * (*Baccharis crispa* Sprg. syst. III. p. 466!) Aphylla, trialata, alis crispis, coriaceis, cartilagineo-marginatis; squamulis trimeris; involucri marium cylindracei foliolis acuminatis.

In Brasilia meridionali legit Sellow.

Alae angustae et breves trimerae. Capitula ♂ numerosa et magnopere adproximata, circiter $2\frac{1}{2}'''$ longa. Planta foeminea haud suppetit.

6. Molina *trimera* n. sp. Aphylla, trialata, alis planis; squamulis trimeris; involucri campanulati foliolis exterioribus acutis, intimis in foemineis: acuminatis, in masculis: acutis aut obtusiusculis; achaeniis oblongis, glaberrimis.

In Brasilia ad fretum St. Catharinae (Cham.); pr. Rio Janeiro (Beyrich).

Suffrutex glaberrimus, tripedalis et ultra, ramosissimus; ramis alternis, 3-alatis, alis latis integerrimis. Foliorum loco squamulae minutae, trimerae. Spicae terminatae, verae? simplices elongatae et lineares, capitulis per plura conglomeratis, glomerulis autem remotis et paucis. Involucrum campanulatum foliolis planis, in ♀: ex ovati, acutis, exiguis in linearia, acuminata, margine scariosa, apice serrato-fimbriata, $1\frac{1}{2}'''$ longa; in ♂: brevioribus et latioribus, acutis aut obtusiusculis. Rhachis plana, levissime alveolata. Pappus rufescens. Achaenia oblonga, cylindracea, ∞-costata, glaberrima. — Differt a *reticulata*:

capitulis minoribus; inflorescentia; involucri campanulati foliolis exterioribus ovatis, exiguis, acutis; alis longioribus; — a *genistelloïde* squamis trimeris nec foliis saepissime pentameris, capitulis minoribus — (v. sp. s. ∞).

7. Molina *reticulata* (R. et P. syst. p. 212? *Conyza genistelloides* Lam. Enc. II. p. 93. W. sp. pl. III. p. 1947. W. hrb. n. 15634 (♁). *Baccharis genistelloides* Pers. syn. II. p. 425. *B. venosa* (sp. ♀. Humb.) W. hrb. n. 15607). Aphylla, trialata alis planis; squamulis trimeris; involucri turbinati foliolis omnibus acuminatis; rhachide ♀ nuda; achaeniis glabris, cylindraceis, sulcatis.

Per provinciam Tacunga regni Peruviani (ex Lam. l. c.); in Andibus Novo-Granatensium ad radices Parami de Pitatumbo juxta pagum Congo et in convalli fluminis Xayo; item pr. Loxam alt. 1100—1500 hex. Aug. (Humb.); in collibus aridis Conceptionis Chilensium a Majo ad Sptbr. (R. et P.)?

Frutex glaberrimus. Rami alati, striati, alterni, alis integerrimis, planis, quam in affinibus brevioribus. Pro foliis squamae minimae, trimerae. Capitula singula s. gemina, in spicam continuata. axi superatam, simplicem, oligocephalam disposita. Involucrum ♂ et ♀ turbinatum foliolis integerrimis, planis, acuminatis, viscosis? ex ovatis, exiguis in linearia, circiter $2\frac{1}{2}'''$ longa. Rhachis ♀ nuda. Pappus rufescens. Achaenia $\frac{2}{3}'''$ longa, fusca, cylindracea, sulcata, glabra. —, Synonymum Lamarckianum solum firmum, vix satis Ruizianum. — Differt a *sagittali* squamis 3-meris nec foliis 5-meris; capitulis majoribus eorumque dispositione; involucri turbinati foliis omnibus acuminatis; alis multo brevioribus — (v. sp. s. 2).

8. Molina *microcephala* n. sp. Aphylla, trialata, alis planis, angustissimis; squamulis trimeris; involucri campanulati foliolis in ♀: interioribus acutis; in mare: omnibus obtusis; achaeniis obovatis, costis minute puberulis.

In Brasilia Sellow.

Frutex? dichotomus, tripedalis, glaberrimus, caule basi nudo. Rami numerosissimi subfastigiati, 3-alati, alis elongatis, angustissimis, integerrimis, subcoriaceis $\frac{1}{2}$—$1'''$ latis. Foliorum loco squamulae trimerae inferiores subfoliaceae. Spicae terminales, simplices, lineares, capitulis valde adproximatis et parvis, circiter $1\frac{1}{2}'''$ longis. Involucrum campanulatum, floribus subaequale, foliolis siccis, planis, 1-nerviis, virescenti-stramineis; in ♀: ex ovatis, obtusiusculis, exiguis in linearia, $1\frac{1}{2}'''$ longa, acuta, apice obsolete ciliata; in mare: omnibus obtusis, interioribus oblongo-cllipticis, $1'''$ longis. Rhachis plana, levissime pulverulento-alveolata. Pappus albidus s. pallide rufescens. Achaenia obovata, ∞-costata, straminea, $\frac{1}{4}'''$ longa, costis pube minuta obsessis. — Differt a *millcflora* capitulis minoribus, alis angustissimis; spicis linearibus, simplicibus; rhachide pulverulenta; pappo rufo; achaeniis obovatis (v. sp. s. ∞).

9. Molina *millcflora* n. sp. Aphylla, 3-alata, alis planis, latis; squamulis trimeris; involucri campanulati foliolis in mare: omnibus obtusis, in ♀: interioribus acutis; achaeniis oblongo-ellipticis, pube costarum minuta.

Caulis fruticosus, dichotome ramosissimus, aphyllus, erectus ramique patenti-divergentes 3-alati, teretes, striati, alis subcoriaceis, venosis, brevibus et circiter 3 — $4'''$ latis. Squamae minutae trimerae. Involucrum campanulatum, breve, ♀: floribus aequale; ♂: floribus parum brevius; foliolis glabris, planis, virescenti-stramineis, margine scariosis, ciliatis, in ♂: omnibus obtusis, ex ovatis, exiguis in elliptica, $\frac{5}{4}'''$ longa; in ♀: acutis ex ovatis, exiguis, in $1\frac{1}{2}'''$ longa, anguste linearia, margine latius scariosa. Rhachis plana, subnuda nec pulverulenta. Spicae compositae, terminales, verae? ∞-cephalae, numerosae, oblongae; pyramidales. Capitula numerosissima, $2'''$ lon-

ga, adproximata. Pappus rufus. Achaenia oblongo-elliptica, ∞-costata, $\frac{1}{2}'''$ longa, costis minute puberula. — Differt a *trimera:* caule crassiori alis brevioribus latioribusque; spicis compositis, pyramidalibus; capitulis minoribus, frequentioribus et magis adproximatis; achaeniorum costis minute hispidiusculo-puberulis — (v. sp. s. ∞).

10. Molina *cylindrica* n. sp. Aphylla, trialata, alis planis; squamulis trimeris; involucri marium campanulati, foeminarum oblongi et cylindracei foliolis acutis; ovariis glaberrimis.

Herba rhizocarpica, erecta, nitida, rhizomate lignoso, deorsum fibras longissimas, nigricantes, simpliciusculas, lignescentes, glabras emittente. Caulis bipedalis et ultra ramique teretes, striati, 3-alati, alis integerrimis, rigido-membranaceis, venosis, 1 — 6‴ latis. Foliorum loco squamae minimae trimerae. Spicae terminales compositae spiculis linearibus, laterales simplices, lineares; capitulis adproximatis, singulis — ternis; ♀ 4‴ longis; ♂ 2‴ longis. Involucrum ♂: campanulatum, floribus parum brevius; ♀: cylindraceum, oblongum, floribus aequale; foliolis planis, glabris, subeciliatis, virescenti-stramineis, margine scariosis, 1-nerviis, acutis, exterioribus ovatis, exiguis; interioribus in ♂: ellipticis $\frac{5}{4}'''$ longis, quam reliqua longioribus latioribusque; in ♀: anguste linearibus, 3‴ longis, quam caetera longioribus quidem sed angustioribus. Pappus pallide rufescens. Rhachis plana, nuda, diametro vix dimidia linea longiori. Ovaria oblonga, glaberrima. — Differt a *trimera:* capitulis valde adproximatis, ♀ oblongo-cylindraceis, 6‴ longis, meianthis; foliolis subeciliatis, acutis nec intimis acuminatis (v. sp. s. ∞).

11. Molina *sagittalis* n. sp. (*Baccharis genistelloides* Poepp. coll. pl. chil. I. n. 210 nec Pers.). Trialata, alis planis; foliis quam insterstitia multo brevioribus, 3-meris; involucri campanulati foliolis in mare omnibus obtusis;

tusis; in ♀ extimis acutis, intimis acuminatis; ovariis glabris.

Chile pr. Talcaguano cel. de Chamisso; in crepidinibus angustis ad Valparaiso Maj. Poeppig.

Herba? glaberrima. Rami alterni, 3-alati, subtiliter striati, alis reticulato-venosis, integerrimis, linearibus, elongatis, 1—2‴ latis. Folia trimera, membranacea, elliptica s. oblongo-elliptica, obtusa s. acuta, decurrentia, remota, interstitiis multo breviora, integerrima s. inferiora quandoque obsolete denticulata, 8—15‴ longa, 1½—3‴ circiter lata. Spica composita terminalis, spiculis vel glomeruliformibus, sessilibus et folio, quo basi stipantur, brevioribus vel elongatis et pedunculis angustissime alatis foliaque sua longissime excedentibus suffultis. Involucrum cylindraceo-campanulatum, basi globosum, foliolis nitidis, stramineis, planis, in mare: omnibus obtusis ellipticis, integerrimis, intimis 1½‴ longis; in ♀: ex ovatis, exiguis, acutis in linearia, longe acuminata, margine anguste scariosa, superne serrato-fimbriata, 2‴ longa. Rhachis plana, nuda. Ovaria glaberrima.

12. Molina *juncea* n. sp. Trialata, alis planis, late linearibus; foliis quam insterstitia multo brevioribus, trimeris; involucri ♀ campanulati foliolis exterioribus obtusissimis, intimis acutiusculis; ovariis oblongis, minute puberulis.

Sellow in Brasilia.

Planta mascula desideratur. Herba? nitida. Caulis summitates, quae suppetunt, 3-alatae, subtiliter striatae, alis late-linearibus, elongatis, integerrimis, planis, reticulato-venosis; apice divisae in spicam compositam, pyramidalem, amplam, ramis remotis, divergentibus, anguste, superne angustissime alatis, inferioribus elongatis. Folia (pauca tantummodo suppetunt) membranacea, integerrima, ovata; acuminata, petiolulata, parva, circiter 4—5‴ longa.

2‴ lata. Capitula aeque magna ac in *trimera* in apicibus pedunculorum adproximata. Involucrum campanulatum, foliolis stramineis, planis, margine scarioso eroso-denticu latis, 1-nerviis, ex rotundis, obtusissimis, exiguis in linearia, angusta, acutiuscula, $2\frac{2}{3}$‴ longa. Rhachis plana, pulverulenta. Pappus rufescens. Ovaria oblonga, minute puberula. — Differt a *sagittali:* foliis; ovariis puberulis; foliolis exterioribus valde obtusis; spicae compositae amplae ramis divergentibus; a *trimera*: ramis florigeris divergentibus, superne nonnisi angustissime alatis; foliolis exterioribus obtusissimis nec acutis; ovariis puberulis; rhachide pulverulenta nec levissime alveolata. Specimen autem singulum Sellowianum fibris radicis puberulis inter *trimeram* et *junceam* medium tenere videtur, sed ab hac: caule prorsus aphyllo, ramis haud divergentibus et usque ad apicem summum late alatis; capitulis remotioribus; rhachide haud pulverulenta sed obsoletissime paleaceo-fimbrillifera; contra ab illa: foliolis exterioribus obtusis nec acutis; ovariis puberulis; alis caulinis longioribus et angustioribus recedit (v. sp. s. 2).

13. Molina *phyteumoides* n. sp. Trialata, alis planis; foliis interstitia superantibus, trimeris; involucri campanulati in utroque sexu conformis foliolis intimis acuminatis; achaeniis obovatis, costis minute puberulis.

Sellow in Brasilia meridionali.

Herba rhizocarpica, glaberrima, ∞-caulis, fibris radicis glabris. Caulis erectus parum ramosus, teres, striatus, tripedalis et ultra, 3-alatus, alis membranaceis, integerrimis, crassitudine caulis angustioribus. Folia trimera, membranacea, penninervia, nervo primario subtus prominulo, venosa, interstitiis longiora, oblongo-elliptica s. obovata, basi acuminata, apice acuta s. acuminata, laevia, circiter 2—3‴ longa, 4—9‴ lata, superiora minora nec rariora. Spica terminalis, elongata, saepe pedalis, ∞-cephala, aut sim-

plex et lincaris aut composita et basi lobata, pedunculis tunc erecto-patentibus, brevibus, vix angustissime alatis; capitulis glomerulatis, adproximatis, et summis exceptis folio elongato, pl. reflexo basi stipatis. Capitula ♂ et ♀ 3‴ longa. Involucrum imbricatum, ∞-phyllum, subcylindraceum, in ♂: floribus brevius; in ♀: iis aequale; foliolis planis, siccis, glabris, uninerviis, stramineis, ad nervum viridibus, in linearia, acuminata, angusta, maris circiter 2‴ longa, foeminae parum longiora. Rhachis plana, nuda. Pappus pallide rufescens. Corollae albae. Achaenia obovata, ∞-costata, straminea, costis minute puberula, $\frac{1}{3}$‴ longa, basi angustata. — Differt a *juncea* et *sagittali:* foliis interstitia superantibus, majoribus, multo numerosioribus alisque angustioribus tenuioribus; spicae longioris glomerulis magis adproximatis, folio suo longe superatis; foliolis in mare et ♀ conformibus (v. sp. s. ∞).

*Obs. Moliniae* sp. est quoque *Baccharis scoparia* Pers.

## BACCHARIS.

(*Baccharidis* sp. auct.)

Capitula dioica. Rhachis ebracteolata. Pappus maris uniserialis, foeminae pluriserialis. Corolla ♀ filiformis.

1. Baccharis *lingulata* Kze. in Poepp. syn. pl. Am. austr. mss. Ej. coll. pl. chil. 1. n. 212. Diar. 112.

Chile; pr. Talcaguano cel. de Chamisso; in montanis siccis inter Valparaiso et Concon Aug. Poeppig.

Fruticulus elegans, nitidus, ramosissimus, ramis alternis. Folia sparsa, coriacea, sessilia, uninervia, lingulata, obtusiuscula, margine reflexa, 5—9‴ longa, linea magis minusve latiora, integerrima s. dente uno alterove obsoletissimo instructa. Capitula erecta, multiflora, pl. corymbosa pedunculis folia sua haud longe superantibus — iis brevioribus aut rarissime solitaria ramos breviter ante

apicem aphyllos terminantia; mascula circiter $2\frac{1}{2}'''$ longa, pedicellos suos pl. subaequantia, ♀ semipollicaria, angusta, pedicellis longiora. Involucrum imbricatum, ∞-phyllum, in ♀ fructibus multo brevius et subcylindraceum, in ♂ floribus aequale et campanulatum, foliolis glabris, stramineis, margine scariosis, planis, extus dense punctatis, lacero s. croso-denticulatis ex rotundis, subtruncatis, $\frac{1}{2}'''$ circiter latis in linearia, acuta, angustiora, multo longiora in ♂ vix $2'''$ longa, in ♀ $3'''$ longa. Rhachis plana, obsoletissime fimbrillifera. Corollae generis. Pappus ♀: capillaris, $4'''$ longus, rufescens, pluriserialis, corollas ♀ longe superat; ♂: setaceus, 1-serialis, apice rufescens, corollis ♂ aequalis (v. sp. s. plura).

2. Baccharis *glutinosa* (Pers. syn. II. p. 424. n. 32. *Molina viscosa* R. et P. syst. p. 207 ex. diagn.) *)

Chile. Pr. Talcaguano legit ill. de Chamisso.

Foemina desideratur, quamobrem utrum *Molinae* an *Baccharidis* sit species in dubium relinquo. Plantae facie *Conyzae ivaefoliae*, tota glaberrima. Rami sulcato-striati, herbacei, suppetentes $\frac{1}{2}$—1-pedales, superne subangulati, viscidi et dense punctati. Folia adproximata, octomera, coriacea, tripli-penniervia, vix venosa, petiolulata, lanceolata, argute magis minusve profunde serrata, basi apiceque summo integerrima, plana, dense excavato-punctata, 2—$3\frac{1}{2}''$ longa, 4—$10'''$ lata. Petioli circiter $3'''$ longi, intus canaliculati. Paniculae terminales, terminatae, fastigiatae, dichotomae, ramis abbreviatis, dense punctatis, angulatis, folia sua vix unquam parum excedentibus, pedicellis brevissimis. Capitula ∞-flora, sat numerosa, $2'''$ longa Involucrum imbricatum, hemisphaericum, ∞-phyl-

*) Molina latifolia R. et P. syst. p. 208 et M. striata Eor. ib. p. 207 (excl. syn. L.) non minus conveniunt, si folia triplinervia, quae inter penni- et triplinervia vacillant, negligis.

lum, floribus aequale, foliolis planis, stramineis, glabris, sublaceris et eroso-denticulatis; ex ovatis, obtusis, exiguis in linearia, acuta, majora, circiter $1\frac{1}{2}'''$ longa. Rhachis plana, nuda. Corollae glabrae, circiter $1\frac{1}{2}'''$ longae, pappo (♂) uniseriali, albido aequales, limbo campanulato quam tubus breviori — (v. sp. s. ∞).

*Obs.* *Stephananthus junceus* Lehm. Ind. scholar. hamb. 1828. 4to. p. 34 patria falsa est *Baccharis* verissima a Sellowio in Brasilia meridionali lecta.*)

## SPHAERANTHUS L.

Capitula dense glomerata, heterogama, floribus paucis ♂ in centro; ♀, pluri-serialibus in ambitu. Rhachis ebracteolata. Cor. ♀ filiformis. Achaenia calva.

Sphaeranthus *microcephalus* W. sp. pl. III. p. 2395. Ej. hrb. n. 16778.

Cel. de Chamisso e Luçonia reportavit

## Subtrib. 4. *Tarchonantheae.*

(Linnaea V. p. 147.)

Capitula aut dioica aut heterogama, floribus marginalibus ♀ corollasque filiformes gerentibus. Rhachis ebracteolata aut bracteolata. Antherae caudatae.

## PLUCHEA Cass.

(Dict. sc. nat. XLII. 1.)

Capitulum heterogamum, floribus ♂ paucis in centro.

---

*) Genera proxima sunt: 1) *Polypappus* Linnaea IV. p. 314. Capitula dioica. Rhachis ebracteolata. Pappus conformis ∞-serialis. Cor. ♀ filiformis. (*Vernonia triplinervis* Sprg. syst. III. p. 435.) 2) *Heterothalamus* Linn. V. p. 145 adn. Capitula dioica. Rhachis ♀ bracteolata. Pappus conformis, 1-serialis. Cor. ♀ lingulata. (*Marshalliam alienam* Sprengelium in syst. III. p. 426 haud inepte dixisse omnes consentient.)

Rbachis ebracteolata. Pappus uniserialis. Cor. ♀ filiformis.

1. Pluchea *indica* * (*Baccharis indica* L. sp. III. p. 1205. W. sp. pl. III. p. 1916. Ej. hrb. n. 15559.)

Cel. de Chamisso in Luçonia.

Capitula circiter 2‴ alta, floribus ♂ in centro ternis. Involucrum imbricatum, floribus aequale, ∞-seriale, foliolis numerosis, 1-nerviis, aridis, fusco-stramineis, ex rotundo-ovatis, concavis, extus pilosis, ciliatis, minutis in scariosa, plana, anguste linearia, acuminata, glabra, apice breviter ciliata, circiter $1\frac{2}{3}$‴ longa, multo longiora et angustiora. Rhachis leviter alveolata, in centro laevis. Stylus ♂ 2-lobus, supra medium pubescens, ramis inaequalibus corollam suam 10-nerviam longe excedit. Antherarum caudae breves.

2. Pluchea *balsamifera* * (*Conyza balsamifera* L. W. sp. pl. III. p. 1924).

E Luçonia retulit cel. de Chamisso.

Antherarum caudae lacerae. Stylus ♂ superne ramique pubescentes.

3. Pluchea *hirsuta* * (*Conyza hirsuta* L. sp. pl. III. p. 1208. W. sp. pl. III. p. 1926 ex diagn.).

In Luçonia legit cel. de Chamisso; in China Torrea (sec. L. l. c.).

Caulis herbaceus, erectus, circiter sesquipedalis, ramosus ramique alterni et erecto-patentes graciles, striati, virides, hirsuti, apice parum minus foliati. Folia membranacea, penninervia, reticulato-venosa, nervis venarumque rete utrinque prominulis, sessilia, lanceolata, basi longissime acuminata, supra aspera lucida et praesertim juniora hispida, subtus opaca et hirsuta, pilis e punctis visu nec tactu percipiendis oriundis, modo integerrima, modo antice mucronulato-serrulata, circiter $2\frac{1}{2}$‴ longa, $\frac{1}{2}$‴ lata, superiora decrescentia nec rarescentia. Capitula ∞-flora,

4‴ alta, floribus ♂ paucis in centro, in apice caulis ramorumve glomerulata s. spicato-glomerulata, ubi tunc inferiora a cacteris distant atque foliis suis superantur. Involucrum cylindraceum, ∞-phyllum, ∞-seriale, floribus ♀ parum longius, foliolis sicco-membranaceis, anguste linearibus, acuminatis, integerrimis, hirsutis, longe ciliatis, uninerviis, exterioribus magis viridibus et squarrosis, interioribus elongatis, erectis, $3\frac{1}{2}$‴ longis, apice nonnunquam crubescentibus. Rhachis plana, in medio hirsuto-fimbrillifera, margine papilloso-asperata, diametro 1‴ longo. Corollae glabrae, stylo suo parum breviores; ♂: $2\frac{1}{2}$‴ longae, 5-dentatae, graciles, limbo a tubo haud distincto; ♀: pappo albo, capillari aequales, tenuissimae, fere 3‴ longae. Antherae alis ellipticis, nervo percursis, obtusis, latis, caudis setaceis, longissimis, integris. Stylus bifidus, gracillimus, ramis linearibus, obtusis, longiusculis, in mare superne puberulis. Ovaria ♂ omnino aborta. Achaenia cylindracea, ∞-costata, hirsutiuscula, $\frac{1}{2}$‴ longa, straminea. *Conyza hirsuta* Vahl. hrb. nec L. est planta diversissima. — (v. sp. s. 3.)

## TESSARIA R. et P.

Capitulum heterogamum, flore unico ♂ in centro. Rhachis ebracteolata. Pappus uniserialis. Cor. ♀ filiformis.

Tessaria *redolens* * (*Gnaphalium redolens* Forst. prdr. n. 533. *Conyza redolens* W. sp. pl. III. p. 1951).

Cel. de Chamisso in Luçonia.

Achaenia cylindracea, pilosiuscula, exigua. Stylus masculus inclusus superne ramique lanceolato-elliptici pubescentes.

*Obs. Epaltidis* species est: *Artemisia littoralis* Retz.

## LEPTOGYNE n. gen.

Capitulum heterogamum floribus ♀ uniserialibus in ambitu, reliquis ♂. Rhachis bracteolata. Ovaria calva.

Leptogyne *rosea* n. sp. (*Cotula rosea* Boj. mss.)

Cel. Bojer in agris in Mazangay insulae Madagascarensis.

Herba perennis? multicaulis, erecta, 4—6-pollicaris, parum ramosa, fili emptorii crassitudine, caule ramisque alternis, saepe sterilibus teretibus, viscoso-villosis, praecipue superne alatis, alis dentato-pinnatifidis, saepe interruptis, laciniis spinuloso-mucronatis. Folia erecta, alterna, adproximata, membranacea, penninervia, superiora longius, inferiora brevius decurrentia, villoso-hirsuta, viscosa, obtusa, dentata, dentibus obtusis, spinuloso-mucronatis, ex pandurato-obovatis, pl. muticis, breviter decurrentibus, circiter 4‴ longis, 2‴ latis, in rotundo-elliptica, apice spinulosa, minora, longe decurrentia. Capitula ∞-flora, heterogama, homocarpa, inaequaliflora, discoïdea, fl. ♀ 1-serialibus in ambitu, reliquis numerosissimis masculis; globosa, parva, erecta s. cernua, diametro vix 2‴ longo ramos apice aphyllos terminant. Involucrum 2-seriale, floribus parum brevius, foliolis obovatis, planis, aequalibus, integerrimis, in mucronem longiusculum curvilineo-acuminatis, linea parum brevioribus, extus hirsutis, longe ciliatis, exterioribus totis foliaceis, interiobus inferne scariosis minusque hirsutis. Rhachis bracteolata, parum convexa, bracteolis planis, scariosis, superne viridibus, 1-nerviis, fl. ♂ aequantibus, oblongo-obovatis, curvilineo-acuminatis, apice longe ciliatis, glabris, integerrimis, mucronatis. Corollae glabrae; ♂: infundibuliformes, 5-dentatae, roseae, apice punctatae; ♀: filiformes, tenerrimae, masculis parum longiores, stylo breviores. Antherae breviter caudatae, caudis integris, articulum filamenti circiter aequantibus, alis rotundis, obtusissimis latis. Stylus ♂: simplicissimus, jam ante medium squamuloso-puberulus, longe exsertus, filiformis; ♀: 2-fidus, glaber, ramis aequali-

bus. Ovaria calva, ♂: omnino aborta, lincaria; ♀: cylindracea, pilosa — (v. sp. 3 in brb. Horn.).

### Subtrib. 5. *Buphthalmeae.*

**Capitula si heterogama floribus marginalibus corollas lingulatas gerentibus; nunquam dioica. Rhachis bracteolata. Antherae caudatae.**

#### PALLENIS Cass.

PALLENIS *spinosa* (Cass. Dict. sc. nat. XXXVII. p. 25. *Buphthalmum spinosum* L. W. sp. pl. III. p. 2231).

**E Teneriffa retulit cel. de Chamisso specimen fructigerum.**

### Subtrib. 6. *Ecliptae.*

(Helianthcae Linnaea V. p. 148.)

**Capitula nunquam dioica; heterogama, floribus ♀ in disco. Rhachis bracteolata. Pappus nunquam perfectus multiradiatus. Antherae ecaudatae.**

#### ECLIPTA Cass.

(Linn. V. p. 148.)

1. ECLIPTA *erecta* L. Gaertn. fr. II. p. 411. W. sp. pl. III. p. 2217.

**In Luçonia et Guahan legit cel. de Chamisso.**

2. ECLIPTA *prostrata* L. W. sp. pl. III. p. 2218.

**In Luçonia cel. de Chamisso.**

**Achaenia, si inania sunt, subplano-compressa, omnino laevia et anguste marginata; si fertilia, prorsus ut in *E. erecta* sed minora.**

#### SIEGESBECKIA L.

1. SIEGESBECKIA *cordifolia* (Kth. syn. II. p. 506. S. perfoliata W. hrb. n. 16380).

Cel. de Chamisso in Chile.

Differt ab *orientali*, cum qua temerius conjunxit Sprgl. syst. v. III. p. 591, praecipue: caule pilis articulatis, divergentibus, sparsis hirsuto nec dense villoso; achaeniis 1‴ longis, brevibus nec 2‴ longis et valde curvatis; pube foliorum breviori, densiori et molliori.

2. Siegesbeckia *orientalis* L. (W. sp. pl. III. p. 2219). In Luçonia cel. de Chamisso.

## CRYPHIOSPERMUM P. Beauv.

(*Caesuliae* sp. W. *Meyera* sp. R. Br.)

Cryphiospermum *repens* (Beauv. fl. d'Ow. t. 47. *Caesulia radicans* W. sp. pl. III. p. 1797. Ej. hrb. n. 15275).

Herba glabra caule trichotomo, purpurascente, striato, procumbente, basi reptante. Folia decussata, membranacea, obsolete penninervia, petiolulata, integerrima, oblongo-ovata s. elliptica, acuta, basi cordata s. subcordata, subtus pallidiora, inferiora remota, superiora internodiis longiora, circiter $\frac{5}{4}$″ longa, 2—3‴ lata. Capitula solitaria, parum majora quam in *Meyera maritima*, evolutione rami lateralis demum axillaria evadunt; ∞-flora, homocarpa, inaequaliflora, heterogama, discoïdea, floribus ♀ ∞-serialibus in ambitu, reliquis ☿. Involucrum 5-phyllum, floribus aequale, campanulatum, foliolis rotundo-ovatis, mucronato-acuminatis, integerrimis, ∞-plinerviis, venosis, glabris, tenuiter ciliatis, concavis, circiter 3‴ longis. Rhachis conica, bracteolata, bracteolis dilatatis, amplexifloris; fl. ♀: basi intus connatis, multinerviis, latioribus, acuminatis, superne extus puberulis; fl. ☿: 3-gonis, basi haud connatis truncatis, 3-crenatis, apice extus puberulis et ciliatis, 3-nerviis, superne angustioribus. Corollae glabrae, inferne punctatae et incrassatae, regulares; fl. ♀: 5-denticulatae, superne angustatae, bracteolis suis inclusae; fl. ☿: limbo subcampanulato, profunde 5-dentato, tubo breviori. An-

therae ecaudatae, alis ellipticis obtusis, latis. Stylus basi leviter bulbosus, ♀ et ☿ conformis, ramis breviusculis, apice dilatatis, obtusis, apice extus minute puberulis. Achaenia teretia, basin versus valde angustata, longitudinaliter multi-striata, transversim rugulosa, atra, calva (v. sp. 2 in hrb. W. et Horn.).

## Subtrib. 7. *Melampodicae.*

Capitula aut dioica aut radiata disco masculo. Rhachis bracteolata. Antherae ecaudatae.

### EUXENIA Cham.

(Cham. in hor. phys. berol. p. 75, t. 16, excl. syn. Cass.)

Euxenia *grata* Cham. l. c.

In rupestribus apricis pr. Talcaguano Chilensium. Horti nostri botanici hospes non rarus.

Celeberrimus auctor vidit solam foeminam!

### MELAMPODIUM L., R. Br.
### (Dysodium Rich., Alcinia Cav.)

Melampodium *manillense* n. sp.

In Luçonia cel. de Chamisso.

Radix ochracea, fibroso-fusiformis, perpendicularis, annua. Caulis procumbens, teretiusculus, ramosissimus more cymae trichotomus, ubique aequaliter foliatus, magis minusve semi-pedalis et albo-strigoso-hirsutus et purpurascens. Folia membranacea, 1-nervia, oblongo-elliptica, decussata, semiamplexicaulia, supra strigoso-hispida, adulta aspera, subtus sericeo-hirta et pallidiora, utrinque angustata, acuta, pl. integerrima, rarius obsolete pinnatifida, $\frac{3}{4}$—$\frac{5}{4}$″ longa, 2—5‴ lata. Capitula terminalia, solitaria in ramis trichotomiae cujusque intermediis, folia summa excedentibus, superne filiformibus et aphyllis. Involucrum ∞-phyllum, 2-seriale foliolis exterioribus quinis, aequa-

libus, obovatis, siccis, integerrimis, mucronato-acuminatis, planiusculis, extus hirsutis, pallide viridibus, vix $1\frac{1}{2}'''$ longis, ∞-nerviis, interioribus achaenia arctissime includentibus cucullatis, costatis, turberculatis — laevibus, cucullulo maximo, scabro, margine involuto, denticulato, (unico exemplo) in cirrhum subtus villoso-hirtum, revolutum, elongato, rarius mutico. Bracteolae 1-nerviae, scariosae, conduplicatae, floribus ♂ aequales, lineares, acutae, apice eroso-denticulatae et luteae, glabrae, circiter $1\frac{1}{2}'''$ longae. Corollae luteae, ♀ lingulis glabris, linea parum longioribus, ∞-nerviis, ellipticis, retusis, basi tubisque brevissimis albo-hirsutis. Achaenia (radii) obovata, prorsus ut in reliquis speciebus; foliolo includente in facie superiori membranam semilunarem relinquente. Ovaria disci: hirsuta, subfiliformia, inania. *M. americano* simile sed diversum: radice ochracea; statura multo graciliori; foliis raro pinnatifidis; foliolis exterioribus extus glabrioribus, interioribus achaenia includentibus cucullulo majori, in cirrhum eximium pl. desinentibus; lingulis glabris; aut basi nervisve subtus hirsutis nec subtus albo-tomentosis (v. sp. s. ∞).

*Tab. II.* G. Achaenium.

## CENTROSPERMUM Kth.

Centrospermum *xanthioïdes* (Kth. n. g. IV. p. 271, tab. 397. Ej. syn. II. p. 499. *Melampodium australe* Loefl. W. sp. pl. III. p. 2338).

E Brasilia reportavit ill. de Chamisso.

# *Tribus VIII. Senecionideae.*

(Linnaea V. p. 150.)

## Subtrib. 1. *Ambrosieae.*

Capitula aut monoica, aut heterogama floribus in centro masculis. Rhachis bracteolata. Antherae ecaudatae.

## XANTHIUM L.

Xanthium *catharticum* (Kth. syn. II. p. 502. *X. armatum* W. hrb. n. 17472).

In Chile cel. de Chamisso.

A *X. spinoso* vix atque ne vix quidem diversum.

## AMBROSIA L.

Ambrosia *cumanensis* Kth. n. g. IV. p. 216.

In Brasilia cel. de Chamisso.

Achaeniis autem obovatis nec obovato-globosis abhorret.

## ERIOCEPHALUS L.

Eriocephalus *racemosus* L. W. sp. pl. III. p. 2384.

In Promontorio bonae spei reperit et cel. de Chamisso.

*Obs. Eriocephalo glabro* Thbrg. fl. cap. p. 724, synonymus adscribatur *Tarchonanthus ericoïdes* L. suppl. 360. W. sp. pl. III. p. 1793.

### Subtrib. 2. *Helianthеae.*

(Coreopsideae Linnaea V. p. 153.)

Capitula si heterogama floribus centralibus ♀; nunquam monoica. Rhachis bracteolata. Pappus incompletus s. obsoletus, s. nullus. Antherae ecaudatae. Styli ♀ rami cono acuto aut appendiculo lineari superantur nec apice solo penicillati.

## UNXIA L.

(*Unxiae* sp. auct.)

Unxia *camphorata* (L. suppl. p. 368. W. sp. pl. III. p. 2339).

In locis arenosis Surinamensibus Dalberg.

Capitulum 10-florum, homocarpum, inaequaliflorum, breviter radiatum heterogamum, radio 5-floro, ♀; disco ♂. Involucrum 2-seriale, 10?-phyllum, foliolis oblongo-ellipticis, obtusis, integerrimis, multinerviis, exterioribus foliaceis, pilosis atque parum majoribus. Rhachidis conicae, quam male dixit ebracteolatam L. fil. l. c., bracteolae 5, lineares, 1-nerviae, angustae, acuminatae. Corolla glabra, minima, lutea, disci: 4-dentata, limbo subcylindraceo tubum superante; radii: lingulata, lingula apice obiter 3-loba, elliptica, 4-nervia, tubum curvatum excedente. Antherae subecaudatae, inclusae, filamenti articulo superiori crasso, alis rotundis, latis.

Radix fibrosa. Caulis herbaceus, trichotomus, teres, gracilis, striatus, magis minusve hirsuto-villosus, ramis patenti-divergentibus. Folia membranacea, decussata, 3-nervia, avenia, villosa, sessilia, oblongo-elliptica, acuta, circiter 9‴ longa, 2‴ lata, in ramorum apicibus adproximata. Capitula solitaria, minora quam in *Eclipta prostrata* ramos trichotomiae intermedios haud continuatos terminant. Achaenia 5, compressiuscula, erostria, tunica glabra, laevi, glauco-viridi dense obtecta, ca sublata rotunda. atra, opaca, similia *Melampodio*, areola laterali in excisura basali sita; disco epigyno minuto, obliquo. Stylus *Senecionis* (v. sp. 2 in hrb. Ups. et Holm. ab ipso inventore communicata).

*Obs.* Igitur *Unxiae* species rhachide ebracteolata removeantur atque genus *Villanovam* Lag. in Chrysanthemearum subtribu sistant.

## MEYERA Schreb. Sw.

(Schreb. gen. pl. p. 570. Kth. syn. II. p. 499. *Caesuliae* sp. W. *Meyerae* sp. R. Br.

*Obs. Cryphiospermum* (*Caesulia radicans* W.) quod cum *Meyera* conjungere vult. ill. R. Brown (verm. Schrft.

II. p. 542) abhorret solummodo stylo; ita ut *Coreopsis* a *Georgina*; *Scolospermum* a *Melampodio* etc. *Caesulia* autem (*axillaris* Roxb.) genus est diversissimum atque a cel. Don (prdr. fl. nep. p. 180). *Meyerae* inepte adscriptum).

MEYERA *maritima* (Kth. l. c. *Caesulia maritima* W. hrb. n. 15277).

Cel. de Chamisso ad fretum St. Catharinae.

Facies *Cryphiospermi repentis*.

Caulis procumbens, herbaceus, ramosus, inanis teres, striatus, glaber, basi radicans, 1—1½′ longus. Folia decussata, carnosula, obsolete penninervia, sessilia, glabra, dentata, acuta, oblongo-obovata, inferiora internodiis multo breviora, superiora adproximata. Capitula aeque magna ac in *Eclipta erecta*, terminalia, demum evolutione rami lateralis axillaria et sessilia; caeterum eadem ac in *Cryphiospermo* (cf. supra). Involucrum 4(5 Kth. l. c.)-phyllum, foliolis multiplinerviis, concavis, rotundo-ovatis, acutis, glabris, duobus oppositis minoribus. Rhachis conica, bracteolis dilatatis, multinerviis, apice truncatis et obsolete 3-crenatis, extus superne puberulis, inflatis, triquetro-obcompressis, corollas omnino includentibus easque aequantibus, inferne angustioribus, sicco-coriaceis. Corolla ♀: inferne incrassata, apice punctata et filiformis (lingulata Kth.); ☿: 5-dentata, dentibus reflexis, limbo a tubo haud distincto. Antherae eadem ac in *Cryphiospermo*. Styli rami in fl. ☿: apice incrassati et truncati, extus superne puberuli sed pilis summis longioribus et crebrioribus, intus stigma *Senecionis* gerentes. Achaenia calva, bracteolis inclusa, oblongo-obovata, basi angustissime acuminata, impresso-lineata, glabra, obcompressiuscula (v. sp. s. plura).

## WEDELIA Pers.

*Obs.* Achaenia omnibus hujusce generis specibus, quotquot perscrutatus sum, foliolo viridi apice pubescente in cilias s. quodammodo in aristulam unam alteramve excurrente arcte sunt inclusa (ut in *Melampodio*, *Scolospermo* etc.) eoque sublato glaberrima, atra et varie striatim rugulosa.

1. Wedelia *aristata* * (? *Bupluthalmum helianthoïdes* Forst. prdr. p. 57 nec Herit. *B. australe* Sprg. syst. III. p. 605. *Verbesina strigulosa* Gaud in Freyc. Voy. p. 463).

In insula Radack reperit ill. de Chamisso.

Caulis herbaceus, gracilis, volubilis? tetragonus, striatus, ubique aequaliter foliatus, magis minusve apice et ad originem foliorum albo-hirsutus. Folia decussata, petiolata, membranacea, triplinervia, nervis subtus prominulis, venosa, hirsuta, pilis albis, nervorum crebrioribus, caeterum laevia, plana, magis minusve grosse et inaequaliter serrata, apice summo basique integerrima, subtus pallidiora, ovata, curvilineo-acuminata, adulta basi obtusissima aut acuta, juniora saepe breviter curvilineo-acuminata, petiolis albo-hirsutis, flexuosis, plano-convexis saltem duplis aequalia, 2—5″ longa, 1—3″ lata. Paniculae subcorymbosae, magis minusve ramosae, terminales, ramis gracilibus, hirsutis, teretiusculis, striatis, inferioribus oppositis, quam folia sua perfecta brevioribus s. ea parum superantibus, pedicellis subfiliformibus capitula radiata radio ∞ (plusquam 5)-floro excedentibus. Involucrum 2-seriale, campanulatum, disco brevius, foliolis foliaceis, planis, acuminatis, ∞-plinerviis, inferne breviter ciliatis et extus hirsutiusculis, interioribus elliptico-lanceolatis, exterioribus vix minoribus, ovato-lanceolatis, circiter 2‴ longis. Bracteolae rhachidis conicae obtriangulares, circiter 3‴ longae, acutae, ∞-nerviae, conduplicatae, floribus breviores, apice extus hirsutiusculae, subfoliaceae et incurvae. Corollae luteae,

luteae, disci: $1\frac{1}{2}'''$ longae, glabrae, 5-nerviae, 5-dentatae, $2'''$ longae, limbo subcylindraceo, longo, a tubo brevissimo distincto; radii circiter $4'''$ longae, lingula undulata? oblongo-elliptica, obtusa, tubum longe superante, apice 2-lobo-emarginata, ∞-nervia, extus hirsuta. Antherae in disco: alis angustis, ovatis, obtusis, a valvis posticis sinu utrinque distinctis, pinnatifido-striatis etc.; radii: ne vestigia quidem. Stylus basi attenuatus, ramis linearibus, longis quidem sed parte integra brevioribus, in disco: cono acuminato superatis superne pubescentibus. Achaenia erostria, obpyramidata, radii: 3-, disci: 4-angulata, circiter $1\frac{1}{2}'''$ longa, foliolo apice hirsuto in aristas 1—3 serrulatas plano-compressas, serraturis posticis profundioribus, inaequales, breves, saepe in adultis caducas excurrente arete inclusa eoque sublato tenuiter transverse ruguloso-striata; arola terminali absque callo basilari, disco epigyno minuto, nectario alveolari magno (v. sp. s. ∞). *)

2. Wedelia *Chamissonis* * (*Verbesina canescens* Gaud. l. c.)

Ill. Chamisso in Guahan.

Caulis herbaceus, gracilis, volubilis? tetragonus, striatus, ubique aequaliter foliatus, hirsuto-canescens. Folia decussata, petiolata, membranacea, tripli-penninervia, nervis subtus prominulis, venosa, plana, hirsuto-canescentia, serrata, basi integerrima, elliptico s. ovato-lanceolata, breviter rectilineo-acuminata, petiolos hirsuto-canescentes, circiter triplos aequantia, 3—4‴ longa, $\frac{5}{4}$—$2\frac{1}{2}'''$ lata, subtus pallidiora. Inflorescentia, capitula et involucra nec non bracteolae prorsus praecedentis, sed foliola hirsuto-

*) Exstat specimen singulum in hrb. Horn; a Wallichio ex h. bot. 1816 communicatum, nomine „*Verbesina scandens* Roxb.“ inscriptum, quod tantummodo recedit: caule glabro, foliis magis remotis et basi breviter acuminatis; foliolis longissime acuminatis, discum excedentibus; ovariis omnino muticis.

canescentes et bracteolae breviter rectilineo-acuminatae. Corollae eaedem, radii autem $4\frac{1}{2}'''$ longae, lingulis oblongis, apice 3-fidis. Achaenia mulica, $1'''$ longa, apice hirsuto-villosa. — Diversa a *W. aristata*: foliis basi acuminatis, utrinque hirsuto-canescentibus; lingulis oblongis, apice 3-fidis; achaeniis minoribus, calvis; bracteolis $2\frac{1}{3}'''$ longis, breviter acuminatis — (v. sp. s. 2).

3. Wedelia *Wallichii* n. sp. (? *Verbesina montana* Bl. Bijdr. St. 15, p. 911).

Cel. Wallich in Nepaulia.

Caulis herbaceus; hirsutiusculus, tetragonus, striatus, ubique aequaliter foliatus. Folia membranacea, decussata, petiolata, rugulosa, tripli-penninervia, nervis tenuibus, subtus prominulis, venosa, obsolete hirsutiuscula, argute, pl. duplicato-serrata, in utroque fine integerrima, elliptico-lanceolata, utrinque longe curvilineo-acuminata, acumine apicali saepe curvato, petiolis flexuosis, gracilibus pluries longiora, 2—$4\frac{1}{2}''$ longa, $10'''$—$2''$ lata, subtus pallidiora. Inflorescentia eadem ac in praecedentibus sed in specimine suppetente minus ramosa foliisque summis longe superata. Capitula discoidea, inaequaliflora, fl. ☿ circ. denis, ♀ circiter *quinis in ambitu*. Involucrum 2-seriale, foliolis cujusque serici quinis, exterioribus foliaceis, oblongo-ellipticis, acuminatis, circiter $4'''$ longis, lineam magis minusve latis, subaequalibus, planis; interioribus minoribus, conduplicatis, amplexifloris, stramineis, siccis, apice viridibus, bracteolas longitudine aequantibus sed iis latioribus. Corollae luteae, $3'''$ longae, ♀: glabriusculae, stylo breviores, lingulis ellipticis, 3-crenatis, ∞-nerviis, tubum aequantibus s. eo brevioribus; ☿: 5-dentatae, extus pilosae, dentibus acutis, limbo a tubo haud distincto. Antherae nigricantes alis ellipticis, obtusiusculis, parum angustis. Bracteolae rhachicis planae $3'''$ longae, conduplicatae, amplexiflorae, lineares, acuminatae, supra medium dente uno

alterove in quoque latere instructae, 1-nerviae, floribus aequales. Achaenia subquadrigono-obcompressa, $1\frac{1}{2}'''$ longa, interdum breviter aristata, obovata, nonnunquam abortu lagenaeformia; tegumento extimo sublato flavida, scabra; nectario styliformi. — Abhorret a duabus praecedentibus: foliis utrinque longe mucronato-acuminatis, brevius petiolatis, nervis tenuioribus; foliolis longius acuminatis et longioribus; capitulis discoideis; corollis, denique bracteolis supra medium dente uno alterove notatis; praeterea a *W. Chamissonis* pube multo pauciori, foliis apice integerrimis; a *W. aristata* bracteolis acuminatis — (v. sp. 1 in hrb. Horn.).

*Obs.* Congener est: *Verbesina calendulacea* L.

## BIDENS L. Kth.

Bidens *leucantha* W. sp. pl. III. p. 1719.
E Brasilia retulit cel. de Chamisso.
Variat pappo 3—4-aristato.

### Subtrib. 3. *Anthemideae.*

Capitula si heterogama floribus uniserialibus in ambitu corollasque lingulatas gerentibus; reliquis ♀; nunquam dioica. Rhachis bracteolata. Antherae ecaudatae. Styli ♀ rami, si achaenia calva s. pappo obsoleto coronantur, truncati, apiceque solo penicillati.

## DUBAUTIA Gaud. *)

Capitulum pluriflorum, homocarpum, homogamum. Bracteolae foliolis 1-serialibus simillimae. Pappus 1-serialis, paleaceus, plumosus. Corolla regularis. Achaenium oblongum, obpyramidatum.

*) In Freycinet voy. Bot. p. 469 (1826).

Genus a *Tridace* praecipue capitulo homocarpo, a *Craspedia* antheris ecaudatis et stylo etc. diversum.

Dubautia *plantaginifolia* (Gaud. l. c.).

Cel. de Chamisso in O-Wahu; in insulis Sandwicensibus alt. 550—600 hex. cel. Gaudichaud.

Frutex Echium fruticosum quoddam haud male referens. Rami oppositi? teretes, basi foliis jam delapsis annulati, caeterum dense foliati, juniores apiceque hirsuto-villosi. Folia semiamplexicaulia, decussata, basi distincta, lineari-lanceolata, elongata, longe acuminata, integerrima aut antice remote et obsolete crenata, membranacea, ∞-nervia, nervis subparallelis, subsimplicibus, subtus prominulis, supra impressis, nitida, juniora hirsuto-subcanescentia, laevia, plana, subtus pallidiora, semipedalia, 10‴ lata, superiora breviora et magis remota. Panicula pyramidalis, terminalis, vera? ramis divergentibus, hirsuto-villosis, folia sua reflexa parum superantibus, inferioribus decussatis, superioribus decrescentibus, plerisque alternis. Capitula 7—8-flora, numerosissima, erecta, pedicellis suis longiora, 3‴ alta. Involucrum 1-seriale, 5 s. 6-phyllum, foliolis subfoliaceis oblongo-obovatis, acutis, aequalibus, extus hirsutis punctatisque, margine scariosis, superne ciliatis, conduplicato-concavis, circiter 2‴ longis, quam flores brevioribus eosque totos amplectantibus, fructus denique subaequantibus. Rhachis parva, nuda, bibracteolata, bracteolis foliolis quam simillimis. Pappus palcaceus, mediocris, 1-serialis, subaequalis, breviter plumosus, obscure flavescens. Corolla regularis, glabra, 5-nervia, limbo inflato, tubum superante, 5-fido, laciniis acutis, revolutis. Antherae exsertae, alis apicalibus, ovatis, obtusiusculis, latis, a valvulis posticis sinu utrinque distinctis. Stylus basi leviter bulbosus, bulbo autem ante anthesin subito iterum attenuato, ramis longis, revolutis, intus series stigmatis prominulas, apice non confluentes

gerentibus, cono brevi, piloso superatis, superne extus pubescentibus, sed pilis basin coni cingentibus omnium longissimis. Achaenia oblonga, oblique obpyramidata, atra, hirsuta, punctata, callo basilari, areola terminali, disco epigyno magno, nectario alveolari — (v. sp. s. ∞).

## SPHENOGYNE R. Br. *)

(Ursiniae sp. Sprg. Arctotidis sp. L. Thunb.).

1. Sphenogyne *crithmifolia* (R. Br. verm. bot. Schrft. II. p. 448. *Ursinia* Sprg. syst. III. p. 609. *Arctotis crithmoides* Berg. pl. cap. p. 326. *Arctotis palcacea* L. Amoen. VI. p. 107. Ej. sp. pl. III. p. 1307 (excl. syn. Burrm. cui folia simplicia obtusa) W. sp. pl. III. p. 2359).

In Promontorio bonae spei reperit cel. de Chamisso.

2. Sphenogyne *dentata* (R. Br. l. c. II. p. 449. *Ursinia dentata* et *pilifera* Sprg. syst. III. p. 609. *Arctotis dentata* L. sp. pl. 1307 (neque Thbrg. neque W.). *Arctotis piligera* Berg. cap. p. 325. Thbrg. fl. cap. p. 712. W. sp. pl. III. p. 2360. *Chrysanthemum* foliorum pinnis brevissimis dentatis Burrm. afr. 175. t. 64.

Cum praecedente cel. de Chamisso legit.

*Obs.* Congener quoque est *Arctotis trifida* Thbrg. fl. cap. p. 77, in Sprg. syst. neglecta; *Arct. dentata* Thbrg. ib.; *A. radicaulis* ej.; *A. palcacea* ej.; *punctata; sericea* ej. et *Sphen. pinnata* = *Ursinia filiformis* Gricss. in Linnaea V. p. 415 = *Relhania pinnata* Thbrg. cap. p. 641! = *Arctotis pinnata* ej. ex parte!

## ATHANASIA L.

1. Athanasia *capitata* L. W. sp. pl. III. p. 1803.

In Promontorio bonae spei cel. de Chamisso.

---

*) Genus *Ursiniae* distinctissimum pappo! Accedit *U. annua* n. p. capensis.

Huc pertinere videtur: *A. scabra* Thbrg. fl. cap. p. 635. *A. punctata* Berg. pl. cap. p. 238, Thbrg. fl. cap. p. 635. *A. lanuginosa* Cav. ic. I. p. 2. tab. 3. — Folia omnibus recurvo-mucronulata, magis minusve pellucido-perforata, obovata — oblongo-elliptica, glabra — villosissima.

2. Athanasia *crithmifolia* L. W. sp. pl. III. p. 1807. Ibidem legit cel. de Chamisso.

## OEDERA L.

Oedera *prolifera* L. suppl. W. sp. pl. III. p. 2392. Cel. de Chamisso in Promontorio bonae spei.

## CYRTOLEPIS n. g.

(Santolinae sp. Forsk. Tanaceti L. Vahl.)

Capitulum homogamum, homocarpum. Pappus brevissimus, coroniformis, fissus. Achaenium obcompressum, rotundo-obovatum, 2-alatum.

Cyrtolepis *monanthos* * (*Santolina terrestris* Forsk. descr. p. 147. *Tanacetum monanthos* L. Mant. Vahl. symb. I. p. 70. W. sp. pl. III. p. 1813).

Capitulum multiflorum, homogamum, homocarpum, discoideum, aequaliflorum, flor. ☿. Involucrum 1-seriale, leviter campanulatum, ∞-phyllum, floribus multo brevius, foliolis rotundo-obovatis, brevissime curvilineo-acuminatis, pinnatifido-striatis, margine latissime scariosis, denticulatis, concavis, aequalibus, 2‴ longis. Rhachis plana, bracteolata, diametro 2‴ longo, cava, bracteolis achaenia aequantibus, quam flores multo brevioribus, foliolis simillimis, interioribus acumen sensim perdentibus, truncatis et medio apiceque eximie incrassatis. Pappus brevissimus, coroniformis, fissus, cum alis achaenii confluens. Corollae glabrae, tubo longo limbum subcampanulatum, brevem, profunde 5-dentatum, regularem, dentibus acuminatis, di-

vergentibus longe superante. Genitalia inclusa. Stylus *Senecionis*, basi latissime bulbosus. Achaenium obcompressum, glabrum, rotundo-obovatum, 2-alatum, alis latis, angularibus, fisso-serratis s. denticulatis. Antherae alis ellipticis, acutis, parum angustis. Embryo obdeltoideus, fuscus, albumine tenerrimo indutus (v. sp. plura in hrb. Vahl.).

## ACHILLEA L.

Achillea *Millefolium* L. W. sp. III. 2208. R. Br. verm. bot. Schrft. I. p. 511.

In Unalaschca reperit cel. de Chamisso.

### Subtrib. 4. *Chrysanthemeae.*

Capitula nunquam dioica; fl. ♀, si adsunt, lingulati, 1-seriales, reliqui ♀. Rhachis ebracteolata. Pappus aut coroniformis et obsoletus aut nullus. Antherae ecaudatae.

## PYRETHRUM Hall. W.

1. Pyrethrum *frutescens* (W. sp. III. p. 2150. *Chrysanthemum frutescens* L. syst. veg. p. 641 nec Thbrg., de quo infra).

In Teneriffa legit cel. de Chamisso.

2. Pyrethrum *Parthenium* (Sm. W. sp. III. p. 2155. *Matricaria Parthenium* L.).

In Chile cel. de Chamisso.

3. Pyrethrum *inodorum* (Sm. brit. W. l. c. p. 2157. *Chrysanthemum inodorum* L. sp. 1253).

Formam *pumilam* (circiter sesquipollicarem) monocephalam cui synonymum adscribendum est *Pyrethrum caucasicum* W. l. c. p. 2156. Ej. hrb. n. 16223 et *Anthemis caucasica* Adams in Web. et Mohr Beytr. Naturk. I. p. 71, legit clar. de Chamisso in insula Chamissonis, egomet ipse in pluribus locis Nordlandiae arcticae; forma praecedente gracilior est *P. praecox* Bieb. fl. cauc. II.

p. 578 et *P. pusillum* W. hrb. n. 16213. — Nec *P. parviflorum* W. l. c. p. 2158, ej. hrb. n. 16226 a forma nostra vulgari diversum atque *P. maritimum* Sm. Engl. bot. XIV. t. 979 tantummodo varietatem esse foliis carnosis segmentisque latioribus utplurimum credam.

Achaenia matura 4-angulata, obpyramidata, glandulam atro-fuscam rotundam sub apice pl. cujusque lateris gerunt, pappo costisque callosis maximis.

## PINARDIA Cass.

(Dict. sc. nat. XLI. p. 38 et *Ismelia* ej. ib. p. 40. *Chrysanthemi* sp. et *Arctotidis* sp. Thbrg.)

Genus a *Pyrethro* achaeniis alatis recedit.

1. PINARDIA *frutescens* * (*Chrysanthemum frutescens* Thbrg. fl. cap. p. 693 excl. synon. Ej. hrb. fol. 2 nec 1 quod mancum atque dubium).

In Promontorio bonae spei Thunberg.

Caulis fruticosus, ramosissimus, 2-pedalis, glaber, ramis alternis, adultis aphyllis, junioribus foliatis, fertilibus elongatis et superne longe ante apices nudis. Folia alterna, sessilia, in ramis sterilibus abbreviatis confertissima, membranacea, glabra, 4—9‴ longa, inferne longissime integerrima et magnopere angustata, apice 3-fida s. 2-jugo-pinnatisecta, segmentis linearibus, acutis, ½‴ latis, planis; summa in ramis capituligeris remota, linearia atque integerrima. Capitula terminalia, solitaria, erecta aeque magna ac in *Sphenogyne anthemoide*. Involucrum campanulatum, flores disci superans, imbricatum, foliolis siccis, planis, glabris, ex ovatis, obtusiusculis, minutis, margine anguste scariosis nigrisque in spathulata, 3‴ longa, obtusissima, apice latissime scariosa. Rhachis nuda. Corollae glabrae, tubo punctato; ♀: lingula oblongo-elliptica, alba, ∞-nervia, subintegerrima, fere 5‴ longa, tubum longe superante; disci: 4-dentatae, 4-nerviae, dentibus

ovatis, acutis, reflexis, limbo subcampanulato tubum parum excedente. Ovaria glaberrima, alata, angulata, alis denticulatis, angularibus, cum pappo coroniformi, intus altiori, denticulato confluentibus; disci: 4-alata et 4-quetra; radii: 3-alata et 3-quetra (v. sp. 3 in hrb. Thbrg.).

2. PINARDIA *nodosa* * (*Arctotis nodosa* Thbrg. l. c. p. 711).

Juxta Patrysberg in Promontorio bonae spei legit Thbrg.

Similis *Othonnae Athanasiae* L. Caulis ut tota planta glaber, pedalis, inferne fruticosus atque foliorum lapsu tuberculatus, ramis terctibus, striatis, fuscis, ternatim s. quaternatim adgregatis, erecto-patentibus, florigeris elongatis, flexuosis, 1-cephalis. Folia subcoriacea, conferta, alterna, tuberculo insidentia, glabra, plana, laevia, aut integerrima et anguste lincaria, aut apice pinnatisecta, segmentis anguste lincaribus, integerrimis, paucis (1—4), erecto-patentibus, acutis, $\frac{1}{2}$—$\frac{5}{4}$''' longis, vix $\frac{1}{4}$''' latis. Capitula lutea, aeque magna ac in *Othonna abrotanifolia* sed brevius radiata, solitaria et terminalia in ramis longissime ante apicem aphyllis. Involucrum *Sphenogynes* imbricatum, disco aequale, campanulatum, foliolis ∞-nerviis, planis, glabris; ex rotundo-ovatis, acutis in elliptica, obtusa, circiter $2\frac{1}{2}$''' longa. Corollae luteae, radii: linguli obtusis, integerrimis? plurinerviis, ellipticis, tubo glabriusculo multo longioribus; disci: *Mikaniae* tubo limbo campanulato parum breviori. Antherae subexsertae. Ovaria conformia obcompressa, 2-alata, glaberrima, pappo brevi dimidiato coronata (v. sp. 4. in hrb. Thbrg.).

## CHRYSANTHEMUM L.

1. CHRYSANTHEMUM *arcticum* (L. W. sp. III. p. 2146. Ej. hrb. n. 16177).

Cel. de Chamisso ad sinum Schischmareffii et in insula Chamissonis.

Spontanea *Pyrethro alpino* simillima caule simplicissimo, saepe sesquipollicari, foliis magis minusve pinnatifido-dentatis s. crenatis. Involucrum discum excedit, foliolis exterioribus multo angustioribus, saepe subspathulatis. Pappus quoque sub anthesi nullus. Ovaria glandulis carent.

2. Chrysanthemum *integrifolium* (Richardson in Br. verm. Schrft. I. p. 510).

Ad sinum St. Laurentii ill. de Chamisso.

Capitula cheu! diruta.

*Obs. Arctotis elegans* Thbrg. cap. p. 710! est *Chrysanthemum indicum!!!*

(Continuatio sequitur).

# PLANTAE ECKLONIANAE.

## *ALGAE* AUCTORE *FR. RUDOLPHI.**)

1. Macrocystis *pyrifera* Ag.!

M. fronde tereti dichotoma, pinnata; pinnis secundis planis serratis.

Häufig an allen Ufern.

*Obs.* 1. Radix omnino Laminariae saccharinae.

*Obs.* 2. Reliquas generis species, Macr. scil. comosam et Menziesii nondum vidi, dubiaeque mihi restant; potius Sargassi generis cives videntur. Ecklonia Hornemanni proximum autem Macrocystidi mihi est genus.

### ECKLONIA Hornem.

2. Ecklonia *buccinalis* Horn.

Laminaria buccinalis Ag.

Van Camps-bai, Gordonsbai.

Adnot. Plures jam ante annos persuasissimum habui, Fucum buccinalem minime generis Laminariae civem esse; quum nunquam autem specimina perfecta viderim, affinitas dubia restat. Ecklonius noster primum exemplaria perfecta reportavit, e quibus illustr. Hornemannus characterem generis novi mutuatus est nomineque inventoris ornavit. Quod tamen Hornemanni ex ore tantum cognovi; descriptionem characteremque nondum adhuc vidi. Sed, ni fallor, cel. eberr. Auctor fructum marginalem acci-

---

*) Mss. depositum mense Aprili a. 1829.

pit; res, maxime mihi dubia. Fructificationem in superiore caulis parte credo, ubi post remotionem sporidiorum frons bullatim inflatur, sicuti in cognato genere Macrocystide. De hac re amiciss. Ecklonius ipse certiorem me fecit, frutificationem granosam in superiori bullae parte se vidisse, dicens. In exemplaribus autem, cujus dissectionem clarissimus mihi permisit vir, nihil inveni, forsan ob aetatem speciminis provectiorem.

3. Fucus *vesiculosus*, *forma acuta* Turn.!

Locus natal. deficit; an cives florae Capensis?

*Obs.* 1. Fuci vesiculosi varietates sunt tam Fucus evanescens Ag. qam Fucus ceranoides Linn. Quae quidem genuinae sunt varietates; varietates, contra a cel. Agardhio enumeratas, formarum tantum nomine saluto.

*Obs.* 2. Exemplaria ab amiciss. Ecklonio reportata exactissime cum speciminibus e Groenlandiae littoribus acceptis conveniunt.

4. Fucus *serratus* Linn.!

Loc. natal. deficit; certe advectitius.

5. Delesseria *platycarpa* Lamour.

Del. fronde costata lineari-cuneata dichotoma obtusa; sporangiis (sporophyllis Ag.) fasciculatis, costae impositis.

Van Camps-bai. Batterie Amsterdam.

*Obs.* Turnerus in opere suo splendidissimo sporangia sporidiaque optime pro more descripsit. Fructificationes a cel. Agardhio visas non inveni.

6. Sphaerococcus *vittatus* Ag.!

Sph. fronde plana cartilaginea costata margine ciliata; ciliis sporangiatis (sporophylla Ag.); sporidiis angulatis filis intermixtis.

Häufig; Tafelbai; Gordonsbai; Van Camps-bai; bei der Batterie Amsterdam. Juni.

*Obs.* 1. Quae quamvis species pluribus in formis Sphaerococco affinis sit pristoidi, attamen constanter dif-

ferre videtur; saltem maxima sub copia speciminum nullum inveni, quod huic, quod gratia cel. Thunbergii possideo, adaequat. Varietas β. *caulescens* Agardhii nulla est varietas, status tantum adultus, magnus; exemplaria adsunt plura, quae omnino cum icone Gmeliniana congruunt — multiplices attamen formae inveniuntur transitionis.

*Obs.* 2. Si in Fuco buccinali crescit hic Sphaerococcus, colorem induit brunneum; quam ob rem cum proliferationibus marginalibus luxuriosioribusque faciem accipit longe peregrinam.

Adnot. *Fucum luxuriantem Mertensii* benignitate clariss. auctoris cognovi; etiam e Capite bonae spei accepi specimina, cum Mertensianis omnino congruentia. Minime varietas Sphaerococci Lactucae, uti vult Agardhius, sed certissime species est propria. Quae ad littora Adriatici maris legi specimina, Agardhiusque Fucum esse luxuriantem declaravit, *Fucus* est *Lomation* Bertol. — a luxuriante diversissimus.

7. Sphaerococcus *confervicola* Cham.!

Sph. fronde plana dichotoma; ramis distichis apice dilatatis incrassatisque sporangiatis; sporangiis nigrescentibus subhemisphaericis.

Sph. confervicola Chamisso! in Verhand. der Ges. naturf. Freunde zu Berlin I. 3, p. 177, tab. 5 (ic. bon.).

Sph. mirabilis Agardh.! Icon. inedit. tab. 7.

Tafelbai; Gordonsbai; plerumque in Conferva hospita parasiticus. Juni.

Adnot. 1. Nomen Chamissonianum praefero, cum amicissimus Vir fucum primus legit primusque optime! descripsit. Mirabilem non nominarem, quum nihil sit mirabile; nisi, quod mirabilem hic fucus sollicitaverit explicationem. Nomen Mertensii, *subverticillatus*, in herbario

ditissimo Chamissonis, ni fallor jam anno 1818 a clarissimo Auctore, Algologorum Principe, datum, antiquissimum est.

Adnot. 2. De Agardhii Metamorphosiologia mirabili sententiam meam in opere mox edendo deposui, quam ut cum speciminibus acceptis accuratissime conferant, emptores collectionum Ecklonii studiosissime rogo.

8. Sphaerococcus *dilatatus* Ag.

Gordonsbai.

*Obs.* Speciminula a planta Turneriana differunt frondibus tenerioribus multo pallidioribus marginibusque non involutis. Exemplaria speciei hujus rarae eheu! incompleta.

9. Sphaerococcus *crispus* var.

Tafelbai. Juni.

10. Sphaerococcus *Radula* Ag.

Sph. fronde cartilaginea coriaceave mammillosa; mammillis compressis sporangiatis; gongylis solitariis.

Tafelbai. Juni.

*Obs.* Variat:

α) fronde cuneiformi — junior — Sphaerococcus papillatus Ag.! Icon. tab. 19.

β) fronde reniformi, sporangiis umbonatis — Cap. b. spei.

γ) fronde elliptica — vulgaris — Sphaerococcus Radula Esper!

δ) fronde lanceolato-lineari, compressa, ramosa, papillis elongatis — deformata — Sph. stiriatus Ag.!

Omnia haec synonyma ad unius ejusdemque speciei formam varietatemque pertinere, persuasissimum habeo. Arcte cognatus etiam Sphaerococcus est erinaceus; formas autem transitionis nondum vidi. Sporangia perforata (character generis *Grateloupiae* Ag.) etiam in varietate stiriata occurrunt, nullumque igitur signum distinctionis praebent! Fucus quoque Radula omnino basi est ramosus.

11. Sphaerococcus *erinaceus**.

Sph. fronde cartilaginea plana oblongo-lineari mammillosa; mammillis planis lingulatis sporangiatis; gongylis aggregatis.

Grateloupia ornata Ag.

Bei der Batterie Amsterdam. Juni.

*Obs.* Porus sic dictus sporangiorum (tuberculorum Ag.) ex eorum conformatione pendet; in Sphaerococco Radula var. β. reniformi et δ. striata etiam adest; in senioribus autem speciminibus Fuci erinacei Turn. saepius deficit.

12. Sphaerococcus *laciniatus* Lyngb.!

Sph. fronde plana membranacea dichotoma s. palmata, margine crenata proliferave; prolificationibus sporangiatis.

Zwischen Ulva purpurea bei der Batterie Amsterdam.

Adnot. Rarius esse videtur, quum unicum tantum specimen adsit. In Brasilia quoque occurrit.

13. Sphaerococcus *cartilagineus* Ag.!

Frustula.

14. Sphaerococcus *cornutus* Ag.

Sph. fronde plana cartilaginea pinnata; pinnis pinnulisque distichis alternis incurvo-pectinatis, interdum conglomeratis sporangiatis.

Turn! Hist. fuc. 4, t. 258 (non 238 uti cit. Ag.).

Van Campsbai. Juni.

*Obs.* Capsulae, uti descripsit ill. Turnerus, genuina sunt sporangia; sed in eo tantum a ramulis diversae, quod sporidia includunt. (Cfr. dissertatio mea supra citata.) Sporidia ipsa minuta, sphaerico-oblonga, nigrescentia.

15. Sphaerococcus *vermicularis* Ag.

Sph. fronde teretiuscula cartilaginea dichotoma, apicibus obtusis; gongylis ramis semiimmersis ubique sparsis.

Gordonsbai. Juni.

Exemplaria incompleta.

16. Sphaerococcus *musciformis* Ag.!

17. Ptilota *flaccida* Ag.

Ptil. fronde plana tripinnata; pinnis alternis integerrimis.

Auf Fuc. Buccinalis überall häufig. Juni.

*Obs.* Mirum variat species habitu formaque; ubique elegantissima. Gongyli in pinnulis adsunt coacervati (sporophylla Ag.)

17 b. Ptilota *flaccida var. firma**.

Pt. flacc. var. fronde firmiori cornea, pinnulis patentibus.

Tafelbai; Gordonsbai.

Adnot. Varietas memorabilis, primo intuitu maxime abludit, ita ut plerique Algologi potius propriam esse speciem crederent. Specierum autem multiplicationem sine necessitate scientiae adjumento fore haud credendum.

18. Mertensia *lumbricalis* Roth!

*Obs.* Articuli diametro mox longiores mox breviores, plerumque subaequales. Color interdum viridis; haec specimina, quae aliis fuscis immixta in collectione Ecklonii occurrunt, *Champiam viridem*, a cel. Agardhio nuperrime (spec. Algar. II. p. 115) creatam, sistere videntur. Discrimina tam laevia vix notione digna.

Adnot. Nomen *Mertensia* seriori *Champiae* praefero. Genus Filicum Mertensia vix servandum, credoque insuper, statuam Algologi longe primarii peritissimique prioris hodiernique temporis hac in familia maxime praeferendam, etiamsi non, uti res est, jus prioritatis adesset.

19. Rytiphlaea *complanata* Ag.!

Ryt. fronde plana composito-pinnatifida; pinnulis incisis, fructiferis rectis.

Auf Muscheln in der Van Camps-bai. Juni.

*Obs.* Sporangia (capsulae Ag.) globosa, magna, solitaria,

ria, in pinnularum apicibus terminalia; sporidia elongato-pyriformia.

*Obs.* 2. Synonyma hujus speciei meam secundum sententiam sunt:

α) forma vulgaris — Fucus cristatus Linn.! herb. Fuc. corymbiferus Cap.! sec. specim.

β) ramulis fastigiatis fasciculatisque — Rhodomela clojophylla Ag. (?)

γ) forma magna, coriaceo-membranacea — Fuc. corymbiferus Gmelin!

δ) forma maxima, coriacea, ramulis deperditis — Fuc. calamistratus Wormsk.!

*Obs.* 3. Specimina haec Capensia Rytiphlaeae complanatae *Rhodomelam* exprimere *clojophyllam* Agardhii videntur. Quum nondum adhuc viderim specimina authentica, de synonymo vix certus; descriptio autem omnino quadrat.

20. Polysiphonia *fuliginosa**.

Polys. fronde crassa virgata distiche ramosissima, inferne continua; ramis alternis articulatis; articulis diametro aequalibus.

Ceramium fuliginosum Mert. mss.

Auf Fucus buccinalis in der Van Campsbai häufig; Tafelbai; bei der Batterie Amsterdam. Juni—Novbr.

*Obs.* In statu seniori frons inferne compressa; ex hac causa *Hutchinsia* est orta *complanata* Ag.; statum primarium Agardhius *Hutchinsiam* nominat *virgatam*. Saepius ambae in eodem caespite occurrunt formae nullius pretii.

Adnot. Nomen specificum Mertensii, colorem bene exprimens, longeque ante Agardhiana nomina, e. g. in collectione Chamissonis, datum, relineo.

21. Polysiphonia *sulcata** n. spec.

Polys. fronde tereti crassa ramosissima; ramis ramu-

lisque elongatis remotis alternis; articulis diametro triplo-quadruplove longioribus sulcatis; geniculis parum elevatis.

Bei der Batterie Amsterdam. Juni.

22. Asperocaulon *collabens** n. spec.

Asper. fronde tereti, siccitate ramisque compresso-planis, alternatim ramosa; ramis elongatis sparse-ramulosis; ramulis fasciculato-pinnatis multifidis; pinnulis subsecundis divaricatis; articulis diametro triplo-longioribus.

Auf Ptilota flaccida, Sphaerococcus dilatatus und Conferva Ecklonii parasitice; Tafelbai; Gordonsbai. Juni.

## GAILLONIA* n. gen.

Fructus duplex; capsulae involucratae pericarpio membranaceo; et globuli pericarpio hyalino ramis semi-immersis seriato-secundis.

23. Gaillonia *Lehmanni**.

Tafelbai. Juni.

Adnot. Descriptiones novi hujus generis reliquarumque novarum specierum ex jussu clariss. ac amiciss. Prof. *Fr. Lehmanni* opere in peculiari sequentur. Adnotare tamen hic jam volui, me, uti in indicatione generum Algarum Ecklonii collectionis omnino systema Agardhii secutus sum Algarum, quoque characterem generis mei Gailloniae plane ad modum Agardhianum delineavisse. Characterem autem genericum mea ex ratione futurae revisioni universali generum Algarum adjicere in animo est.

24. Ceramium *diaphanum* Roth.!

Ceram. fronde dichotoma variegata; geniculis elevatis.

Bei der Batterie Amsterdam. Juni.

*Obs.* A tenerioribus Europae formis neutiquam differunt specimina.

25. Ulva *purpurea* Roth.

Var. *umbilicalis**.

U. purp. v. fronde purpurea plana, umbilicalis.

Tafelbai; bei der Batterie Amsterdam.

*Obs.* Ulva purpurea et laciniata nullo modo specie diversae; purpuream Agardh hanc Ulvam nominavit, quum lobus tantum unicus excrescat; in laciniata vero plures adsint lobi. De hac re conferatur Monographia mea Ulvacearum proxime edenda.

Adnot: Specimina substantia gaudent tenaci.

25 b. Ulva *purpurea var. laciniata**.

Van Camps-bai. Juni.

26. Ulva *Lactuca var. umbilicalis**.

Forma ciliata.

Tafelbai. Juni.

26 b. Ulva *Lactuca var. simplex**.

Forma ciliata.

Tafelbai; Gordonsbai.

*Obs.* Utraque varietas fronde margine ciliata ab europaea planta differt.

27. Solenia *intestinalis var. compressa**.

Solen. int. var. fronde compressa ramosa; ramis basi attenuatis.

Bei der Batterie Amsterdam; Tafelbai. Auf Chordaria flagelliformis β. capensis, Conferva Ecklonii etc. parasitisch. Juni.

*Obs.* Forma est tenella, parum ramosa.

28. Codium *tomentosum* Ag.!

Cod. fronde dichotoma fastigiata cylindrica.

Van Camps-bai. Juli.

*Obs.* 1. Exemplaria minora crassioraque, quam quae in Adriatico Mediterraneoque maribus legi specimina, apicibus leviter curvatis. Apices clavati, uti in speciminibus e Capite bonae spei jam prius acceptis vidi, in objacentibus desunt; signum itaque nullius pretii.

*Obs.* 2. Specimen visum *Codii decumbentis* ill. de

Martius (Fl. Brasil. I. p. 19) vix ramis attenuatis differt; rami enim divaricati in aqua parum profunda ubique inveniuntur.

*Obs.* 3. Cod. toment. ex insula Stae Luciae etiam accepi.

29. Conferva *hospita* Mert.! mss.

Conf. fronde filiformi longissima rigidiuscula ramosissima; articulis diametro tri- ad sextuplo longioribus, exsiccatione alternatim compressis.

Conf. hospita Mert. et Cham.! in Verhand. der Ges. nat. Freude zu Berlin I. 3, p. 178, t. 5.

Conf. mirabilis Agardh! Icon. Algar. ined. I. t. 9.

Häufig; Tafelbai; Gordonsbai; Van Campsbai. Juni—Octbr.

Adnot. 1. Nomen antiquissimum, optimum revoco; cfr. adnot. in Sphaerococco confervicola.

Adnot. 2. In plurimis speciminibus adsunt hospites, e. g. Sphaerococcus confervicola, Gaillonia Lehmanni, Ulva purpurea, Asperocaulon collabens, Sertulariae aliique Organismi.

30. Conferva *Ecklonii** nov. spec.

Conf. fronde filiformi longissima ramosissima fasciculata; articulis diametro tri- ad sextuplo longioribus, siccitate hinc inde compressis.

Van Campsbai; Gordonsbai; Batterie Amsterdam. Juni.

*Obs.* Affinis C. hospitae; sed triplo tenuior.

31. Sporochnus *herbaceus* Ag.!

Spor. fronde obsolete costata plana bipinnata; pinnis pinnulisque oppositis obovato-ellipticis obtusis.

Van Campsbai; bei der Batterie Amsterdam. Juni. Julis

Adnot. Specimina aderant magna, certe perpulchra; sed extricatio fieri non poterat.

32. Halymenia *furcellata var. capensis* Ag.

Halym. furc. var. fronde cartilaginea rigida; ramulis fasciculato-fastigiatis.

Bei der Batterie Amsterdam. Juni.

33. CHORDARIA *flagelliformis var. capensis* Ag.

Chord. flag. var. fronde maxima; ramulis longissimis densissimis. Ag.

Tafelbai; Batterie Amsterdam; Gordonsbai. Juni, Aug. Varietas memorabilis; forsan propria est species.

---

## *LYCOPODIACEAE* ET *FILICES* AUCTORE *KAULFUSS.**)

---

### LYCOPODIACEAE.

#### LYCOPODIUM Linn. Sw.

1. LYCOPODIUM *pygmaeum* Kaulf. enum fil. 9. *L. pumilum* α *pygmaeum* Schldl. adumbr. 6, tab. 3, f. 1. 2.

An schattigen Stellen zwischen Gebüsch der 2. Höhe am Löwenrücken und an der östlichen Seite des Tafelberges bei Witteborn 2. Höhe. Septbr. — Im Novbr. mit reifen Kapseln.

2. LYCOPODIUM *bryoides* Kaulf. enum. fil. 10. *L. pumilum* β *bryoides* Schldl. adumbr. 6 (icone exclusa).

Grootvadersbosch. Octbr.

3. LYCOPODIUM *gnidioides* Linn. *Var. spicigera. L funiculosum* Enc. bot. *L. flagelliforme* Schrad. *L.! pinifolium* Kaulf.! enum. 7. Schldl. adumbr. 7, tab. 2.

Auf dem Tafelberge. Selten.

---

*) Mss. depositum Novembri mense 1830.

## OPHIOGLOSSACEAE.

### OPHIOGLOSSUM Linn.

OPHIOGLOSSUM *capense* Schldl.?

Uitenhagen. Septbr. Octbr.

## GLEICHENIACEAE.

### GLEICHENIA Smith.

GLEICHENIA *polypodioides* Sw. Schkuhr krypt. Gew. tab. 149.

An feuchten Stellen des Tafelberges 2., 3., 4. Höhe.

## OSMUNDACEAE.

### TODEA Willd.

TODEA *africana* Willd. *Acrostichum barbarum* Linn. *Osmunda barbara* Thbrg. *Osmunda totta* Sw. Schkuhr krypt. Gew. tab. 147.

In Schluchten auf der Platte des Tafelberges 3. Höhe.

## SCHIZAEACEAE.

### MOHRIA Sw.

MOHRIA *thurifraga* Sw. syn. fil. tab. 5. *Polypodium caffrorum* Linn. *Adiantum caffrorum* Linn. *Osmunda thurifraga* Sw. *Lonchitis caffrorum* Bernh.

Zwischen Gebüsch der 2. Höhe am Löwenrücken.

### SCHIZAEA Smith.

SCHIZAEA *pectinata* Smith. Sw. Schkuhr krypt. Gew. tab. 136. *Acrostichum pectinatum* Linn.

Am Fulse des Tafelberges 2. Höhe und auf dem Gipfel 5. Höhe.

# POLYPODIACEAE.

## ACROSTICHUM Linn.

1. Acrostichum *conforme* Sw. syn. fil. tab. 1, fig. 1.

Zwischen Felsenritzen gegen den Gipfel des Tafelberges 4. Höhe.

2. Acrostichum *angustatum* Schrad. Schldl. adumbr. tab. 5.

Zwellendammer Berg in und oberhalb Voormannsbosch.

## GYMNOGRAMME Derv.

1. Gymnogramme *capensis* Spr. in Zeyheri plant. capens. exsiccat.

In einer Felsenritze am Löwenberge 3. Höhe (Zeyher).

2. Gymnogramme *cordata* Schldl. *Grammitis cordata* Sw. *Ceterach crenata* Kaulf. *Acrostichum cordatum* Thbrg.

An schattigen Stellen zwischen Felsen des Tafelberges 3. und 4. Höhe.

3. Gymnogramme *totta* Schldl. adumbr. tab. 6. *G. Lowei* Hook. et Grev. ic. fil. fasc. 5. tab. 89. *Polypodium tottum* Willd. sp. pl.

An feuchten Stellen auf der östlichen Seite des Teufelsberges 3. und 4. Höhe.

## POLYPODIUM Linn.

1. Polypodium *ensiforme* Thbrg.

Grootvadersbosch und bei Gnadenthal.

2. Polypodium *Bergianum* Schldl. adumbr. tab. 9.?

Beim Wasserfalle auf der östlichen Seite des Teufelsberges.

## NOTHOCHLAENA R. Br.

NOTHOCHLAENA *Marantae* R. Br. *Acrostichum Marantae* Linn. Schkuhr. krypt. Gew. t. 4.

Nieuweveld. Beaufort.

## PLEOPELTIS Humb.

PLEOPELTIS *linearis* Kaulf. enum.

Zwellendammer Berg in und oberhalb Voormannsbosch, und an der östl. Wand des Kerstenboschs.

## ASPIDIUM Sw.

1. ASPIDIUM *Thelypteris* Sw. β *squamigerum* Schldl. adumbr. t. 11. *A. squamulosum* Kaulf.

An Bächen und feuchten Stellen zwischen Gebüsch am Teufelsberge 3. Höhe.

2. ASPIDIUM *coriaceum* Sw. *A. capense* Sw. *Polypodium capense* Thbrg. *Rumohra aspidioides* Raddi. Schk. krypt. Gew. t. 50.

Zwellendammer Berg in undo berhalb Voormannsbosch. Kleines Gehölz an dem Kleinriviersberge 2. Höhe.

3. ASPIDIUM *pungens* Kaulf! enum. 242. Schldl. adumbr. t. 20. *Polypodium aculeatum* Thbrg.

Auf der östl. Seite des Teufelsberges 4. Höhe.

## LOMARIA Willd.

1. LOMARIA *capensis* Willd. *Onoclea capensis* Thbrg. Schldl. adumbr. t. 18.

An feuchten Stellen der 3. Höhe des Tafelberges.

2. LOMARIA *cinnamomea* Kaulf. enum. 153. *Blechnum Boryanum* Schldl. adumbr. t. 19.

3. LOMARIA *auriculata* Desv.

In Felsenritzen und Klüften an schattigen Stellen des Tafelberges 3. und 4. Höhe.

4. Lomaria *heterophylla* Desv. — Ubi?

## BLECHNUM Linn.

Blechnum *australe* L., Schk. cr. Gew. t. 110 b.

Zwischen Felsenritzen gegen die Platte des Tafelberges 3. Höhe. Zwischen Gebüsch und Felsenstücken auf der östlichen Seite des Teufelsberges 2. und 3. Höhe.

## ASPLENIUM Linn. Sw.

1. Asplenium *monanthemum* Linn. Smith ic. ined. t. 73.

Zwischen Felsenstücken an der östlichen Seite des Teufelberges 3. und 4. Höhe. Grootvadersbosch.

2. Asplenium *erectum* Bory, Willd. Schldl. adumbr. t. 15. *A. mutilatum* Kaulf.! enum.

Gegen die Platte des Tafelberges in einer Kluft 4. Höhe.

3. Asplenium *furcatum* Thbrg. *A. canariense* Willd.

Zwischen Felsen auf dem Tafel- und Teufelsberge 3. Höhe. In schattigen feuchten Gegenden an der östlichen Seite des Teufelsberges 3. und 4. Höhe.

4. Asplenium *Adiantum nigrum* Linn. Schkuhr krypt. Gew. t. 80 a. *A. tabulare* Schrad. *A. argutum* Kaulf.

An Felsen auf dem Teufels- und Tafelberge.

## DAREA Juss.

1. Darea *rutaefolia* Willd. (Caenopteris Thbrg.)

Grootvadersbosch,

## PTERIS Linn.

1. Pteris *auriculata* Sw. Schldl. adumbr. t. 23. *Adiantum auriculatum* Thbrg.

An Felsen der 3. Höhe des Teufelsberges. An einem Bache zwischen dem Tafel- und Löwenberge.

2. Pteris *hastata* Sw.

Camtousrivier (Dr. Gill.)

3. Pteris *Calomelanos* Sw. Schlechtd. adumbr. t. 24.

Zwischen Felsen des Tafelberges 3. Höhe.

4. Pteris *capensis* Thbrg.

An Felsen des Tafelberges 4. Höhe und in steinigen Gegenden der 2. Höhe.

5. Pteris *arguta* Vahl. Plukenet almag. t. 290, f. 2.

Schattige Stellen auf der nördlichen Seite des Teufelsberges 3. Höhe.

## ADIANTUM Linn.

Adiantum *aethiopicum* Linn. Houttuyn Pfl. syst. 13, t, 100, f. 2.

An Felsen auf der östlichen Seite des Teufelsberges und am Tafelberge 2. Höhe.

## CHEILANTHES Sw.

1. Cheilanthes *multifida* Sw.

Zwischen Felsen am Tafelberge 3. und 4. Höhe.

2. Cheilanthes *praetexta* Kaulf. enum. 212.

Schattige Stellen auf der östlichen Seite des Tafelberges 2. Höhe bei Witteboom. Zwischen Felsen der 4. Höhe am Tafelberge.

3. Cheilanthes *pteroides* Sw. *Adiantum pteroides* L. Thbrg.

Zwischen Felsen am Tafelberge 2. und 3. Höhe.

4. Cheilanthes *hirta* Sw.

Gnadenthaler Berg. Am Tafelberge 3. Höhe. Am Fufse des Tafelberges 2. Höhe.

5. Cheilanthes *parviloba* Sw.

Hahmannskloof!

6. Cheilanthes *aspera* Kaulf. n. sp. frondibus tripinnatis, pinnulis lanceolatis pinnatifido-incisis, laciniis subdentatis, rachi aspera, soris ad basin laciniarum superiorem solitariis, indusiis squamiformi-subreniformibus.

Am Teufelsberge. Feuchte Stellen zwischen Gebüschen in einer Kluft an der östlichen Seite des Teufelsberges.

Differt *Ch. repens* Kaulf. enum. (Lonchitis repens L. Sw.) cui proxima, pinnulis obtusis apice dilatatis; rachibus aculeatis, indusiis minutioribus.

## CYATHEACEAE.

### HEMITELIA R. Br.

HEMITELIA *capensis* R. Br. *Cyathea riparia* Willd. *C. capensis* Smith.

Kerstenbosch.

### TRICHOMANES Linn.

?TRICHOMANES *cormophilum* Kaulf. enum. 266.

Oestliche Wand des Teufelsberges, Kerstenbosch, auf dem Wurzelstocke der Hemitelia capensis.

### HYMENOPHYLLUM Smith.

1. HYMENOPHYLLUM *tunbridgense* Smith. Sw. Thbrg. Schkuhr crypt. Gew. t. 135 d.

Am Tafelberge auf der östlichen Seite. Zwellendammer Berg in und oberhalb Voormannsbosch.

2. HYMENOPHYLLUM *flabellatum* Billard. Nov. Holland. t. 250, f. 1.

Zwischen Felsen nach Westen unter der Quelle auf der Platte des Tafelberges 5. Höhe und am Gipfel des Teufelsberges 4. Höhe.

# *BRUNIACEAE* AUCTORE DE *SCHLECHTENDAL.*)

## BRUNIACEAE R. Br.

### BERZELIA Brogn.

Ann. d. sc. nat. 8, p. 370.

1. BERZELIA *abrotanoides* Brogn. l. c. p. 371.

Brunia abrotanoides Auct., Burrm. afr. t. 100, f. 1.

Capsche Fläche unter den Weinbergen Oct., capsche Fläche unter dem Tiegerberge Aug., Elandskloof Nov.

2. BERZELIA *lanuginosa* Brongn. l. c. p. 372, t. 35, f. 1.

Brunia lanuginosa Auct.

Auf dem Gipfel des Tafelberges in Felsenritzen. Strauch von 8—10 F. Höhe Apr., feuchte sumpfige Stellen der 3. Höhe vordere Seite des Tafelberges Oct.; in der Kluft nach der Platte des Tafelberges 3. Höhe Mai, an einem Bache bei platten Klippen 3. Höhe des Tafelberges Sept.; in einer Kluft unter dem Tafelberge 2. Region Novbr.; trockene steinige Anhöhe unter dem Tafelberge Novbr.; Wiesengrund bei Sommerset (Hottentottsholland) Oct.; Ufer an Breederivier's Ueberfahrt, von Potberg aus $1\frac{1}{2}$ Stunde Oct.

3. BERZELIA *intermedia* Schldl.

B. ramosissima, ramulis ultimis subfastigiatis, subglabris, foliis lineari-trigonis patentibus reflexisve apice callosis subglabris, capitulis avellanae subaequalibus in apicibus ramulorum lateralium corymbum compositum quasi efformantibus, bracteis lanceolato-spathulatis pilosis apice callosis, calyce piloso, petalis suberectis oblongis obtusis basi attenuatis.

---

*) Mss. depositum mense Septembri a. 1829.

Duivelbosch bei Zwellendam Oct.

Inter B. lanuginosam et abrotanoidem media huic capitulorum magnitudine et indole similis, illi foliorum forma et dispositione proxima.

4. Berzelia *rubra* Schldl.

Brunia rubra Hb. Willd. n. 4823, Spr. Syst. 1. p. 782.

B. ramosa, ramis erectis, junioribus subvillosis, foliis lineari-lanceolatis, nervo medio utrinque incrassato versus apicem subtetragonis, incurvo-patentibus reflexisve, apice callosis junioribus subvillosis; capitulis piso majoribus terminalibus axillaribusve, solitariis aggregatisve, bracteis subrhomboideo-spathulatis pilosis apice callosis, petalis patentibus oblongis obtusis.

Kleinriviersberge Novbr.

Species c. Brunia squarrosa Thunbergii forsan eadem, ab omnibus recedens foliorum figura, quae decidentia petiolum latum relinquunt in ramis hinc asperatis (simili modo ut Pinorum rami foliorum vestigiis exasperantur).

5. Berzelia *cordifolia* Schldl.

B. ramosa, ramis erectis junioribus pubescentibus, foliis subcordato-ovatis obtusiusculis submarginatis planis patentibus reflexisve glabris apice callosis; capitulis avellanae subaequalibus, in apicibus ramulorum lateralium solitariis corymbum ramos terminantem efformantibus, bracteis subspathulatis pilosis apice callosis, petalis patentibus oblongo-ellipticis basi attenuatis atque leviter bicristatis.

Am Fufse des Potberges bei Laurens Oct.

Species capitulis B. abrotanoidi affinis sed foliis abunde ab omnibus recedens.

## BRUNIA Brongn. l. c. p. 372.

1. Brunia *nodiflora* L. Brongn. l. c. p. 373, t. 36. f. 1.

In einer Kluft am Fufse des Teufelsberges 3. Höhe

Mai; felsige Gegend der 3. Höhe unterm Kranze des Teufelsberges Mai; am Löwenrücken 2. Höhe Apr.; zwischen Gebüsch der 2. Höhe auf der nördlichen Seite des Tafelbergs Mai; steinige, felsige Gegenden unter dem Tafelberge der Stadt zu Dcbr.; Baviansberge bei Genadendaal; von Caledons Bad bis Bredekamps Platz Oct.; Caledon Zeyher.

2. Brunia *passerinoides* Schldl.

Br. dichotome ramosissima, ramis erectis gracilibus; foliis minutis obovato-ellipticis dense imbricatis cauli arcte adpressis apice callosis, extus concavis puberulis mox glabris nitidisque; capitulis minutis paucifloris terminalibus solitariis.

Caledon Febr. Zeyher.

Proxima huic sperici est Br. deusta Hb. Willd. no. 4821 (nec Thbrg. Fl. Cap.) a Jacquinio condonata, quae solummodo differt, quod robustior, omnibus sit partibus major, an varietas?

## BERARDIA Brongn. l. c. p. 380.

1. Berardia *paleacea* Brongn. l. c. p. 381, t. 37, f. 2.

Caledonsbad Febr. Zeyher; Berge am Rivier zonder end Novbr.

2. Berardia *fragarioides* Schldl.

Brunia fragarioides Hb. Willd. n. 4819, Spr. Syst. 1. p. 782.

Ohne Standort.

## STAAVIA Thbrg., Brongn. l. c. 378.

1. Staavia *radiata* L., Thbrg. Cap. p. 96, Breyn. Cont. t. 82.

In der capschen Fläche unter dem Tiegerberge; bei Lautenbach an der Rietvallei Maj.; zwischen Felsenstücken der 3. Höhe beim obersten Blockhause am Teufelsberge

Jan. Febr.; sandige, steinige Gegenden der 2. Höhe am Weinberge auf der östlichen Seite des Tafelberges Febr.; Kleinriviersberge Novbr.

2. Staavia *glutinosa* L., Thbrg. Cap. 95, Wendl. Coll. t. 22.

Zwischen Felsenstücken auf dem Gipfel des Tafelberges Oct.; an einem Abhange nahe bei der Thunbergquelle auf der Platte des Tafelberges 5. Höhe. Juli.

### LINCONIA Sw., Brongn. l. c. p. 382.

1. Linconia *cuspidata* Sw. Mag. d. Ges. nat. Fr. z. Berl. 1811. 5. p. 284, t. 7, f. 1.

Staavia pinifolia Hb. W. n. 4804.

Zwischen den Felsenmassen auf dem Gipfel des Tafelberges 5. Höhe Jan.; Caledon Febr. Zeyher; Zwarte Berg über Caledons Bad Novbr.

---

## *CELASTRINEAE* auct. de *SCHLECHTENDAL.*)

## CELASTRINEAE R. Br.

### CELASTRUS L., DC. prodr. 2., p. 5.

**inermes.*

1. Celastrus *laurinus* Thbrg. Fl. Cap. p. 217.

Celastrus oleoïdes Lam. illustr. n. 2696!

Cassine oleoides Lam. Enc. bot. 1, p. 652.

Zwischen Felsenstücken der 3. Höhe am Teufelsberge, der Stadt zu Novbr., in einer Kluft; der 4. Höhe nach dem Gipfel des Teufelsberges Jan.; in der Kluft nach der Flä-

---

*) Mss. depositum mense Septembri a. 1829.

che des Tafelberges 4. Höhe (Strauch von 7—9 F. Höhe); steinige Gegenden der 3. Höhe auf der westlichen Seite des Tafelberges März; in der Kluft zwischen dem Tafel- und Löwenberg 2. Höhe April; zwischen einem Felsenblock am Löwenkopf 3. Höhe März; steinige Gegenden der 2. Höhe am Löwenrücken.

2. Celastrus *pterocarpus* DC. prodr. 2, p. 5, Burrm. afr. t. 97, f. 1.

Incolis: Kerse-hout.

Sanddünen am Strande bei Cap Aguillas; Kalk, Sandstein und Dünenfeld zwischen Breede- uud Duivenhoeksrivier Oct.; Grootvadersbosch Oct.; Saldanhabai Aug.; Caledonsbad Febr.; zwischen Gebüsch der 2. Höhe bei Rondebosch Octbr.

3. Celastrus *acuminatus* Thbrg. Fl. Cap. p. 218. Cassine Colpoon Hb. W. n. 6047.

Caledonsbad Febr. Zeyher.

4. Celastrus *ilicinus* Burch.?, DC. prodr. 2, p. 7, n. 38.

Uitenhagen, Zeyher.

** *armati.*

5. Celastrus *pyracanthus* L., Thbrg. Fl. Cap. p. 220.

Capsche Fläche unter dem Tiegerberge bei Duikervallei Dcbr., sandige, feuchte Stellen an der Salzpfanne bei Rietvallei März.

6. Celastrus *buxifolius* L., Thbrg. Fl. Cap. 220.

Zwischen andereh Gesträuchen auf der nördl. Seite des Tafelberges 2. Höhe Novbr.; in einer Kluft am Teufelsberg, in einer Kluft auf der östl. Seite des Teufelsberges Jan.

7. Celastrus *multiflorus* Lam. Enc. 1, p. 661.

An einem Bache bei Elandskloof im District Caledon Novbr.; Nieuwevéld District Beaufort.

### CASSINE *L.*, DC. prodr. 2. p. 11.

1. Cassine *capensis* L., DC. prodr. 2. p. 12, Dill Elth t. 236, Burrm. afr. t. 86.

In der Kluft nach der Platte des Tafelberges 4. Höhe Apr.; bei witte Klipp und beim Wasserfall über witte Klipp am Tafelberge 3. Höhe; zwischen Gebüsch an den Felsenkränzen der 3. Höhe auf der östlichen Seite des Teufelsberges beim Wasserfalle Mai; Mündung des Duivenhoekrivier, längs dem Ufer $\frac{1}{2}$ Stunde aufwärts Oct.; Uitenhagen (Zeyher).

### HARTOGIA Thbrg., DC. prodr. 2. p. 12.

Hartogia *capensis* L. fil., DC. l. c.

Schrebera schinoides Thbrg. Fl. Cap. prodr. tab. 2. Incolis Kersebosches.

In einem Gebüsch in der Kluft am Baviansberge bei Genadendaal Novbr., Gehölz am Kleinriviersberg 2. Höhe, Karsrivier Distr. Caledon Novbr.

---

## *RHAMNEAE* auct. de *SCHLECHTENDAL.**)

---

### RHAMNEAE R. Br.

### RHAMNUS Lam., DC. prodr. 2, p. 23.

Rhamnus *prinoides* L'Hér. sert. 6, t. 9. Beaufort Juli (Zeyher).

### CEANOTHUS L., DC. prodr. 2, p. 29.

1. Ceanothus *capensis* DC. prodr. 2, p. 30; Rhamnus capensis Thbrg. Fl. Cap. p. 73.

Zwellendam Novbr.

---

*) Mss. depositum mense Septembri a. 1829.

2. Ceanothis *africanus* L., DC. prodr. 2, p. 32, Pluck. t. 126, f. 1.

In einem Zaun am Löwenrücken 2. Region. Strauch von 5 F. Höhe, Novbr.

## PHYLICA L.

1. Phylica *stipularis* L., DC. prodr. 2, p. 34. Wendl. Coll. t. 32.

Am Tafelberge: in der Kluft nach der Platte 4. Höhe, sandige, steinige Gegenden auf der nördlichen Seite und bei platte Klipp 3. Höhe, steinige Stellen am Fulse 2. Höhe; sandige Stellen der capschen Fläche unter dem Tiegerberge bei Duikervallei und bei Riedvallei Mai.

2. Phylica *parviflora* Berg. Cap. p. 48, DC. l. c.

Sandige mit Gesträuch bewachsene Gegenden an der Riedvallei 2. Höhe März, sandige Hügel in der Fläche unter dem Tiegerberge bei Duikervallei Mai; Fläche unter Constantia Decbr.

3. Phylica *ericoides* L., DC. l. c., Spreng. Berl. Mag. 8, t. 8, f. 1.

Sanddünen in der Nähe vom Cap Aguillas Novbr., Caledon Febr. Zeyher.

4. Phylica *eriophoros* Berg. Cap. p. 52, Pluck. tab. 445, f. 1.

Sandige Fläche unter dem Tiegerberge Juni; sandige mit Gesträuch bewachsene Gegenden an der Riedvallei 2. Höhe März, capsche Fläche Januar.

5. Phylica *secunda* Thbrg. Fl. Cap. p. 201, cum varietatibus pubescentibus.

Sandige Stellen der capschen Fläche unter den Weinbergen Febr.; Fläche unter Constantia Dcbr., sandige Stellen der Fläche unter dem Tiegerberge, am Fulse des Teufelsberges beim Blockhause Febr.; steinige Gegenden der 2. Höhe am Teufelsberge, zwischen Gebüsch der 2. Höhe

des Löwenbergs und am Löwenrücken; sandige, steinige Gegenden in der 2. Höhe am Fufse des Tafelberges, dem Löwenberge zu, 3. Höhe am Tafelberge bei witte Klipp; 2. Höhe hinter dem Tafelberge nach Vankampsbai; zwischen Beaufort und Gränzrivier Juli; Zeyher.

6. Phylica *villosa* Thbrg. Cap. p. 202.

Sandige Stellen unter dem Tiegerberge bei Duikervallei Mai.

7. Phylica *rosmarinifolia* Willd. En. 1.

Hottentottsholland und Uitenhagen Zeyher; Camtousrivier Dr. Gill.

8. Phylica *cordata* L., Sp. pl. ed. W. 1. p. 1111.

Zwischen den Felsenlagen auf der Platte des Tafelberges Januar, zwischen Gesträuch am Felsenabhang auf dem Gipfel des Tafelberges nach der südlichen Seite Novbr.

*Var. laevis*, foliis minoribus laevibus glabrisque, capitulis minus villosis.

Zwarteberg-kloof links vom Bade Septbr.

9. Phylica *strigosa* Thbrg. Fl. Cap. p. 200.

Auf der Platte des Tafelberges 3. Höhe; zwischen den Felsenlagen des Tafelberges 5. Höhe, Kluft nach Westen bei der Quelle auf der Platte des Tafelberges 5. Höhe April, Juni, Juli.

10. Phylica *pumila* Wendl. in Willd. En. 1, p. 252.

Steinige Gegenden der 2. Höhe am Fufse des Tafelberges, in der Kluft nach der Kamps-Bai Juni; sandige, steinige Gegenden der 2. Höhe am Löwenrücken Mai.

Forsan Ph. plumosae Varietas minor.

11. Phylica *capitata* Thbrg., Sp. pl. ed. W. 1, p. 1109.

Felsige Gegend am Teufelsberge 3. Höhe Juli; in einer Kluft am Teufelsberge über geele Klee Aug., sandige steinige Gegenden der 2. Höhe am Löwenberge Mai.

12. Phylica *buxifolia* L., Burrm. afr. t. 44, f. 1.

In einer Kluft am Teufelsberge über geele Klee 3.

Höhe Mai; in einer Kluft am Teufelsberge 2. Höhe, zwischen Felsenstücken Mai; in einer Kluft zwischen dem Tafel- und Teufelsberg 3. Höhe Mai; am Tafelberge 3. Höhe; zwischen den Klippen (Strauch von 10 F. Höhe) December; Kleinrivierberge Novbr.

## *RUTACEAE* AUCT. DE *SCHLECHTENDAL.**)

### ZYGOPHYLLEAE R. Br.

(Juss. Rutac. p. 67.)

### TRIBULUS L.

(Juss. l. c. p. 68.)

TRIBULUS *terrestris* L., Schk. Handb. 1, t. 115.

Angebaute Felder in der Kluft nach der Vankampsbai April 24; angebaute Orte, z. B. am Wege auf einem abgemähten Kornfelde nach der Vankampsbai Febr. 24; angebaute Felder in der Kluft zwischen dem Tafel- und Löwenberge Apr. 24; Kochmannskloof bis zum untern Bad Oct. 26 (Beil); Uitenhagen (Zeyher).

### ZYGOPHYLLUM L.

1. ZYGOPHYLLUM *Morgsana* L., Burrm. afr. p. 7, t. 3, f. 2. Aus Brehms Sammlung.

2. ZYGOPHYLLUM *sessilifolium* L., Burrm. afr. p. 4, t. 2, f. 1. Sandige Gegend der 1. Höhe bei Sonnenblum Juli 24. Am Löwenberge 2. Höhe, steinige Gegend Aug. 24; zwischen Steinen und Gebüsch der 2. Höhe am Löwenrücken Oct. 27.; sandige, steinige Gegenden der 1. Höhe am Fuſse des Teufelsberges Juli 24; Nordseite des Tafelberges 2. Höhe über den Gärten Aug. 26; in der capschen Flü-

*) Mss. depositum mense Septembri a. 1829.

che Aug. 28; capsche Fläche unter dem Tiegerberg bei Duikervallei Aug. 26; sandige Stellen der Fläche unter dem Tiegerberge bei Riedvallei Aug. 24; in der Fläche bei Laudenbach am Riedvallei Aug. 24. . .

3. ZYGOPHYLLUM *fulcrum* L.; Burrm. afr. p. 6, t. 3, f. 1. Hottentottshollandskloof, am Wege zwischen Felsenstücken der 3ten Höhe Oct. 24; bergige Gegend zwischen Hottentottshollandskloof und Houhoek Nov. 28; Zwartebergskloof, links vom Bade Sept. 26; Drakensteen Sept. 26.

4. ZYGOPHYLLUM *spinosum* L., Burrm. afr. p. 5, t. 2, f. 2. Sine loco natali.

## DIOSMEAE Adr. de Juss.

### CALODENDRON Thbrg.

CALODENDRON *capense* Thbrg. Fl. Cap. p. 197, Pallasia Houtt. Pfl. syst. übers. III. p. 317; tab. XXII.

Im Kafferlande, kultivirt in einem Garten bei der Capstadt.

### ADENANDRA Willd.

1. ADENANDRA *uniflora* Willd., B. et W. Beitr. 1, p. 77. Schr. et Wendl. Sert. han. 1, p. 16, t. 8.

α) *isophylla*; foliis omnibus lanceolato-linearibus oblongisve, caulis magis ramosi ramis abbreviatis magis depressis.

Diosma et Adenandra uniflora Auctor.

Felsige Gegenden der 3. Höhe in der Kluft nach der Vankampsbai Oct., sandige steinige Gegenden in der 2. Höhe ebendaselbst; sandige, steinige Gegenden am Fuse des Tafelberges 2. Höhe, der Vankampsbai zu Juli; steinige Gegenden der 3. Höhe auf der östlichen Seite des Teufelsberges Jan.

β) *heterophylla*, foliis inferioribus lanceolato-linearibus oblongisve, superioribus brevioribus ellipticis vel

oblonge-ellipticis, caulis minus ramosi ramis erectis elongatis gracilibus.

Adenandra coriacea Bartl. et Wendl. l. c. p. 73 excl. syn. Lichtensteinii. *)

Am Wege nach der Houtbai 2. Höhe Sept.; Zwartcberg 'Kloof,' links vom Bade Sept., in der Houtbai von Ludwig Sept.

Formam intermediam ramis elongatis foliis omnibus oblongis haud valde convolutis vidimus lectam: Am Fufse der Kleinriviersberge 2. Höhe Novbr.

Formam paululum aberrantem sed e specimine solitario haud certe definiendam vidimus e Zoutendaalsvallei im District Caledon a Miss H. Joubert Octobri lectam.

2. Adenandra, *amoena* B. et W. l. c. p. 80. Diosma amoenum Bot. Reg. n. 553.

Tulbagh Oct. 27.

3. Adenandra *umbellata* Willd., B. et W. l. c. p. 81.

α) *speciosa* B. et W. l. c., Wendl. coll. 1, t. 10. Diosma villosa Lchtst., B. et W. l. c. p. 85 exclus. syn. Bergii, Thunb. et Willd.

Steinige Gegenden der 2. und 3. Höhe am Tafelberge bei Plattklip, steinige Gegenden der 3. Höhe des Teufelsberges; sandige, steinige Stellen zwischen Gebüsch der 2. Höhe auf der nördlichen Seite des Tafelberges.

β) *glandulosa*, B. et W. l. c. p. 81. Wendl. Coll. 1, t. 33.

Zwischen Felsenabhängen auf dem Gipfel des Tafelberges Nov.; auf der Platte des Tafelberges 5. Höhe Oct.; feuchte, sumpfige Stellen der 5. Höhe auf dem Gipfel des Kasteelberges Oct.

---

*) Adenandra coriacea collectionis Lichtensteinianae longe distat a planta sub Diosmae coriaceae Lchtst. nomine ab Ottone cum Wendlandio communicata, quae certissime nil nisi Ad. uniflorae est forma, intermediis formis optime connexa.

4. ADENANDRA *brachyphylla* n. sp.

A. foliis parvis ovalibus obovatis subrotundisve, glaberrimis, basi adpressis apice patentibus margine revolutis, floribus pedunculatis, calycis glabri laciniis ovatis obtusis, petalis glabris.

Palmietrivier, Houhoek bis Potrivier Sept.; Bergrükken am schwarzen Berge beim Wege von Caledons Bad nach Gnadenthal Nov.

Species foliorum forma et natura insignis, insuper floribus evidenter pedunculatis a magis affinibus, umbellata aliisque, jam recedens.

5. ADENANDRA *marginata* R. et Sch. B. et W. l. c. p. 92.

Paerl Mad Pallas Octbr., Palmietrivier, Houhoek bis Potrivier Septbr.

## COLEONEMA Bartl. et Wendl.

COLEONEMA *album* Bartl. et Wendl. l. c. p. 56.

Zwischen Felsenstücken der 5. Höhe in einer Kluft auf dem Gipfel des Tafelberges nach Westen Nov.; feuchte Stellen an einem Bache auf der nördlichen Seite des Tafelberges 3. Höhe, zwischen Gesträuch Nov.; Nordseite des Tafelberges 3. Höhe, unterm Kranze, steinige Gegenden der 2. Region am Tafelberge der Stadt zu Dec.; Strauch von 4 Fufs Höhe, an steinigen Gegenden der 3. Höhe, oben unter den Felsenmassen des Tafelberges der Kampsbai zu; zwischen Felsenstücken der 4. Höhe an den Bergen bei Muisenburg April.

β) *virgatum* ramis ramulisque virgatis firmioribus, foliis erecto-patulis elongato-linearibus 1—1¾ poll. longis, ½ lin. latis, floribus majusculis axillaribus apices versus confertis.

Duivelsbosch bei Zwellendam Oct.

γ) *gracile*, ramis ramulisque virgatis gracilibus foliis patentibus subrecurvatisve elongato-lincaribus ½—1

poll. longis, ½ lin. latis, floribus minoribus axillaribus, rarius in apicibus confertis.

An schattigen Stellen des Baviansberges bei Genadendaal Octbr.

Primo intuitu valde inter se et a forma vulgari differunt varietates a nobis propositae, sed nullum verum characterem reperimus, folia in sylvis locisque umbrosis elongantur fiunt flaccida, magis magisque a caule ramove amoventur tandemque apicibus saltem deorsum curvantur, omnia reliqua omnino conveniunt; a laxiori habitu pendet et florum laxior distributio, quorum indoles vero nequaquam est diversa.

## DIOSMA Berg.

1. Diosma *succulenta* Berg., B. et W. Beitr. 1, p. 25, Wendl. coll. 1, p. 2, t. 1.

Diosma scabra Lam., B. et W. l. c. p. 29.

Gipfel des Tafelberges Nov.; sandige Stellen der Fläche zwischen den Weinbergen und den Stellenboschbergen Juli; sandige Fläche unter dem Tigerberge unweit Duikervallei Mai und Juni; sandige Stellen der capschen Fläche unter den Weinbergen Febr.; zwischen Gebüsch an den Bergen bei der Capstadt und in der capschen Fläche Novbr. und Decbr.; Caledon Febr. Zeyher; sandige, steinige Stellen der 2. Höhe auf der nördlichen Seite des Tafelberges Febr.; sandige, steinige Gegenden zwischen Gesträuch auf der östlichen Seite des Tafelberges 2. Höhe Febr.; capsche Fläche zwischen Seekuhvallei und Steenberg Decbr.; Berge bei Muisenburg April.

Numerosa quae comparavinus specimina docuere, D. scabram minime esse speciem a D. succulenta distinguendam ut jam suspicarunt Diosmearum felicissimi monographi.

2. Diosma *vulgaris* n.

D. foliis sparsis rariusve oppositis linearibus convexo-

carinatis, margine serrulato-scabris apice subulato-acuminatis, floribus subcorymbosis, calycis laciniis margine membranaceis ciliatisque, obtusis l. acutis l. acuminatis.

Diosma oppositifolia L., B. et W. l. c. p. 31.
Diosma rubra L., B. et W. l. c. p. 40.
Diosma longifolia Wendl., B. et W. l. c. p. 43.
Diosma ambigua B. et W. l. c. p. 42.
Diosma hirsuta L., B. et W. l. c. p. 38.

Copia speciminum a Bergio, Mundtio et Mairio, Lichtensteinio, Chamissone, Krebsio, Siebero, Ecklonio collectarum certiores sumus facti, differentias inter species supra conjunctas, quae ab auctoribus in forma laciniarum calycis, in capsularum cornubus, in majori minorive pilorum quantitate, in foliis longioribus brevioribusque ponuntur, in aliis quidem speciminibus strenue observari, in aliis autem aliter esse conjunctas, sic ut formae intermediae, ambiguae, dubiae justo frequentiores sejunctionem specierum solito jussoque more perficiendam impediunt et vetant. Lichtensteinii ipsissima exemplaria ad D. oppositifoliam laudata hujus characteres haud praebent sed aliam ad formam sunt vocanda. Mera D. oppositifolia hortorum videtur progenies, quum vix in omni reliqua turba similis calycis formatio obviam iret, sed plures breviter ostenderunt protractum acumen, plures nullo modo emergens s. lacinias obtusas. Pilorum copia major in paucis reperitur, plures vero apices ramorum hirsutiores praebuere. Cornuum directio ex magis minusve provecta maturitate variabilis; saepe et totius capsulae in eodem frutice forma ludit, hinc et facilior e cornubus petitus character fallax atque lusorius, quae obtusa, brevia recta aut extus patentia, elongata erecta aut apice uncinata deprehendimus. Sequentes formas, saepius inter specimina repetitas, verbis depingimus, haud nescii, formas connectentes frequentissimas esse et varietates hinc stabilitu difficiliores.

1) Rami erecti virgati stricti, folia breviora erecta subadpressa; calycis laciniae acutae obtusaeve, provenit ut omnes formae foliis hirsutis et glabratis.

2) Rami divergenti-patuli, apice breviter corymboso-ramulosi; folia brevia erecta subadpressa, calycis laciniae obtusae 1. acutiusculae.

3) Rami erecti virgati stricti, folia longiora patula erectave, calycis laciniae apice subulatae petala aequantes.

4) Rami erecti virgati flaccidi; folia longa flaccida patula; calycis laciniae acutae.

Ueberall sehr gemein in der capschen Fläche und am Tafel-, Teufels- und Löwenberge bis zur 4. Höhe, im District Caledon, auf den Sanddünen beim Cap Aguillas und am Brederivier u. s. w.

3) Diosma *glabrata* Meyer, B. et W. l. c. p. 34.

Differt a praecedente, cujus varietas potius videtur, glabritie calycis praesertim.

Aus Brehms Sammlung.

4. Diosma *ramosissima* B. et W. l. c. p. 48.

Rückenhöhe ungefähr eine Stunde von Bassons Platz, District Caledon Oct.

## ACMADENIA B. et W.

1. Acmadenia *juniperina* B. et W. l. c. p. 61.

Dünen von dem gestrandeten Schiffe Areigton (?) bis Schwarz, District Caledon Oct. 26.

2. Acmadenia *tetragona* B. et W. l. c. p. 65.

Zoetendaalsvallei; Miss Joubert.

## BAROSMA Willd.

1. Barosma *serratifolia* Willd., B. et W. l. c. p. 99. Wendl. coll. 1, t. 15 et 34.

α) foliis lineari-lanceolatis B. et W. l. c.

Duivelsbosch bei Zwellendam Octbr.?

β) foliis ovato-oblongis l. oblongis B. et W. l. c.

An den Hottentottshollandsbergen bei Palmietrivier Novbr.

2. Barosma *pulchella* B. et W. l. c. p. 107. Bot. Mag. t. 1357.

Auf dem Gipfel des Tafelberges zwischen Felsstücken und daselbst an einem kleinen Teich zwischen hohen Restioarten April und Novbr.

3. Barosma *ovata* B. et W. l. c. p. 109, excluso synonymo Diosma graveolens Lichtst. ap. R. Sch. (quod Bar. pulchella B. W.)

Zwartebergskloof, links vom Bade Sept.; am Gipfel des schwarzen Berges bei Caledons Bad Novbr.

4. Barosma *dioica* B. et W. l. c. p. 114. Barosma angustifolia B. et W. l. c. p. 116.

Folia multo magis variabilia, quam ab auctoribus describuntur, varietates duas proponimus e foliorum apice.

α) *linifolia*, foliis apice mucronatis

*a*) mucrone recto,

*b*) mucrone refracto,

β) *angustifolia* foliis apice obtusis emarginatisve

*a*) foliis ovalibus v. lanceolato-ovalibus,

*b*) foliis oblongis linearibusve.

Uitenhagen Zeyher; Camtousrivier Dr. Gill.

## AGATHOSMA Willd.

1. Agathosma *erecta* B. et W. l. c. p. 135. Bucco erecta Wendl. coll. l. p. 17, t. 3.

Var. β *brevifolia* B. et W. l. c. p. 136.

Zwischen Gebüsch in der capschen Fläche Dec.; zwischen Gebüsch am Fulse des Löwenkopfes über der Vaukampsbai Ndvbr.; Baviansberg bei Genadedaal 4. Höhe; Berge bei Hemel en Aarde; bei groene Kloof Septbr.

Var. δ *glaberrima* N. *), pedunculis glaberrimis, foliis glabris ciliatisve.

Capsche Fläche unter dem Tiegerberge bei Duikervallei Decbr., edendas. bei Dornhagen Novbr.

2. Agathosma *capitata* Willd., B. et W. Beitr. 1, p. 142.

Ohne Standort.

3. Agathosma *imbricata* Willd., B. et W. l. c. p. 144.

Capsche Fläche bei den Weinbergen Decbr.; Hottentottsholland; Gipfel des Tafelberges April; auf dem Teufelsberge 3. Höhe April.

4. Agathosma *Thunbergiana* B. et W. l. c. p. 150 (quoad synon. Diosma ciliata Thbg., fide speciminis hujus auctoris in Hb. Willd. no. 4768, fol. 1, quod ab Ecklonianis solummodo differt: foliis brevioribus minus longe acuminatis, acutis tamen. Descriptio Thunbergii satis bene convenit, nullo modo autem Bartlingii et Wendlandii pluribus recedens notis).

Hottentottsholland, auf einer Anhöhe bei Sommerset Octbr.; Löwenberg Octbr.; Elandskloof Novbr.; Uitenhagen Zeyher.

5. Agathosma *bifida* B. et W. l. c. p. 152.

Sanddünen zwischen Kleenrivier und Cap Aguillas Novbr., bei den Stalactitengrotten am Cap Aguillas Nov.; Rivier zonder end Novbr.

6. Agathosma *serpyllacea* Lichtst., B. et W. l. c. p. 153.

Capsche Fläche unter dem Tigerberge bei Duikervallei Aug., Hottentottsholland; Zoutendaalsvallei, District Zwellendam und District Caledon; Bergrücken bei Karsrivier zu Schwarz und A. Odendaal Octbr.

Var. *glabra*, pedunculis glabris, foliis subglabris.

---

*) Var. γ *pilosa* N., foliis margine carinaque longius ciliatis — in Herbario Regio Berolinensi exstat.

Sandünen bei Cap Aguillas.

Var. *latifolia*, foliis latioribus, crassius apice gibbosis, florum partibus magis pilosis.

Kalk, Sandstein und Dünenfeld von Breede bis Duivenhoekrivier Octbr.

7. Agathosma *ciliata* Link, B. et W. l. c. p. 155.

In der Kluft nach der Platte des Tafelberges 4. Höhe; awischen Felsenstücken bei platte Klip am Tafelberge 3. Höhe Mai; am Abhange der 5. Höhe an der westlichen Seite von der Platte des Tafelbergs Juli und Septbr.

8. Agathosma *villosa* Willd., B. et W. l. c. p. 163. Bucco villosa Wendl. Coll. 1, p. 14, t. 2.

Sandige Stellen der capschen Fläche unter dem Tigerberge bei Duikervallei Aug.

9. Agathosma *obtusa* B. et W. l. c. p. 169. Bucco obtusa Wendl. Coll. 1, p. 45, t. 13.

Am Tafelberge, und zwar zwischen Felsenstücken bei platte Klip 3. Höhe, zwischen Felsen in der 4. Höhe in der Kluft nach der Platte; an sandigen, steinigen Stellen der 2. Höhe, am Fufse auf der nördlichen Seite, ferner in sandigen Gegenden unweit Salzrivier Aug.

10. Agathosma *microphylla* Meyer, B. et W. p. 173.

?Var. petalorum unguibus brevioribus.

Sanddünen bei Cap Aguillas Novbr.

11. Agathosma *apiculata* Meyer, B. et W.l . c. p. 176.

Camtousrivier Dr. Gill.

12. Agathosma *linifolia* Lichtst., B. et W. l. c. p. 187.

Zwellendammer Berg in und oberhalb Voormanns bosch Octbr.

## *Species novae.*

13. Agathosma *thymifolia* Schldl.

A. glaberrima; foliis ovalibus suborbicularibusve planis patentissimis subtus glanduloso-punctatis; floribus sub-

umbellatis; filamentis sterilibus dimidia petala aequantibus filiformibus, inferne leviter pubescentibus.

Saldanhabay Aug. 19—25. V. Hr. Ludwig.

14. Agathosma *pilifera* Schldl.

A. ramis pubescentibus; foliis ellipticis acutis, inflexo longe cuspidatis, glanduloso-crenatis, epunctatis, glabris; floribus subumbellatis; filamentis sterilibus calyce brevioribus valde pubescentibus, apice incurvo glabro.

Uitenhagen, Zeyher.

15. Agathosma *minuta* Schldl.

A. ramulis puberulis, foliis minutis oblongo-ellipticis ovalibusve, subtus subcarinatis et parce glanduloso-punctatis, glabris, floribus subumbellatis, filamentis sterilibus tertia parte petalis brevioribus, crassiusculis, patentim pubescentibus, apice attenuato glabris.

Karsrivier von de Bruin bis Potberg 3—9. Oct. 1826.

16. Agathosma *gnidioides* Schldl.

A. ramulis puberulis; foliis linearibus utrinque acutis subpungenti-mucronatis tenuissime puberulis, margine glanduloso-subcrenatis, subtus punctis glandulosis bilinearibus; floribus subumbellatis; filamentis sterilibus dimidia petala aequantibus linearibus pubescentibus, apice glabris, intus appendiculatis.

Zwischen Beaufort und Graafreynet Juli, Aug.; Uitenhagen Zeyher.

17. Agathosma *ericoides* Schldl.

A. ramulis pubescentibus; foliis lineari-subtrigonis obtusiusculis erectis undique pilosis; floribus umbellatis, filamentis sterilibus ungues petalorum subaequantibus linearibus patentim pilosis, medio paululum dilatatis, apice longe attenuato glabro.

Uitenhagen Novbr. 1825 Zeyher.

18. Agathosma *sedifolia* Schldl.

A. ramis glabris; foliis subtrigonis obtusis, margine

carinaque ciliatis dein tuberculato-scabris, ceterum glabris; floribus subumbellatis; filamentis sterilibus calyce paulo longioribus lincaribus inferne patentim pilosis superne angustatis glabris apice extus curvatis.

Zoetendaalsvalley Octbr. Miss Joubert.

19. Agathosma *Joubertiana* Schldl.

A. ramulis hirtellis; foliis lanceolato-trigonis acutis, margine carinaque ciliatis dein scabris, ceterum glabris; floribus subumbellatis; filamentis sterilibus petalis dimidio brevioribus, inferne linearibus parce ciliatis, superne angustatis glabris rectis.

Zoetendaalsvallei District Zwellendam October Miss H. Joubert.

Var. foliis minoribus magis glabris ex eodem loco.

20. Agathosma *montana* Schldl.

A. ramulis subglabris; foliis lineari-trigonis acutis, margine carinaque longe ciliatis, dein glabris, irregulariter impresso-punctatis; floribus subumbellatis; filamentis sterilibus petaliformibus, inferne pilosis, apicali glandula terminatis.

Swarteberg bei Caledons Bad Novbr. 1825; Baviansberg bei Genadendaal Novbr. 1825.

21. Agathosma *Ecklouiana* Schldl.

A. ramulis puberulis, foliis linearibus acutiusculis, margine revolutis, nervo medio subtus prominulo, utrinque hirtellis; floribus subumbellatis; filamentis sterilibus petalorum ungues aequantibus, linearibus, basi latioribus ciliatisque, superne glabris; fertilibus longe exsertis.

Griets-gat.

## MACROSTYLIS B. et W.

Macrostylis *lanceolata* B. et W. l. c. p. 194.

Sandige Gegenden der 1. Höhe der capschen Fläche beim Weinberge Juli, Aug.; Berge bei Muisenburg 2. und

3. Höhe April, unweit dem Weinberge; sandige Fläche unter dem Tigerberge bei Duikervallei Juni.

## EMPLEURUM Sol.

Empleurum *serrulatum* Ait., B. et W. l. c. p. 200.

Lange Kloof Novbr.; aus der Gegend von Kneisna December.

(Continuatio in sequenti fasciculo.)

# DE PLANTIS IN EXPEDITIONE SPECULATORIA ROMANZOFFIANA OBSERVATIS DISSERERE PERGUNT AD. DE CHAMISSO ET D. DE SCHLECHTENDAL.

# SYNANTHEREAE Rich.

AUCTORE

CHR. FR. LESSING.

(*Continuatio.*)

## Subtrib. 5. *Artemisicae.*

Capitula nunquam dioica; flores marginales filiformes, 1-s. pluriseriales, ♀ aut neutri. Rhachis ebracteolata. Pappus aut nullus aut coroniformis. Antherae ecaudatae.

### ARTEMISIA L.

Capitulum aut homogamum aut heterogamum floribus ♀ 1-serialibus in ambitu, reliquis ☿. Corolla teres. Achaenium calvum. *)

*) *Lapeyrousia* Thbrg. differt tantummodo cor. obcompressa, 2-alata.

## Subgen. 1. *Matricarioides.*

Rhachis nuda, conica. Capitula homogama, solitaria.

1. Artemisia *matricarioides** (*Tanacetum pauciflorum* Richards. in Br. verm. Schrft. I. p. 505).

Cel. de Chamisso in Unalaschca et Redowski in Kamtschatca.

Planta tota glaberrima, facie *Cotulae aureae* vel *Tanaceti sibirici.* Radix fibrosa, verisimiliter annua. Caulis erectus s. adscendens, ubique aequaliter foliatus, nisi folia inferiora jam delapsa sunt, flexuosus, inanis, striatus, ramosus, ramis alternis, 3-pollicaris — pedalis et ultra. Folia vaga, adproximata, bi- s. tripinnatisecta, obovata, basi dilatata et subcordata sessilia (fere Umbelliferarum more), segmentis linearibus acuminatis, vix ultra $\frac{1}{2}$''' latis. Capitula solitaria, terminalia, quam in *Cotula aurea* majora, homogama, ∞-flora. Involucrum pauci-seriale, rhachide nuda demum conica brevius, foliolis obsusissimis ellipticis, subaequalibus, lineam circiter longis, planis, margine late scariosis et albis, caeterum pallide viridibus. Corollae luteae, 4-dentatae, glabrae, 4-gono-cylindraceae.

## Subgen. 2. *Tanacetoides.*

Rhachis nuda. Capitula homogama, corymboso-paniculata.

2. Artemisia *tanacetoides** (*Cotula tanacetifolia* W. sp. pl. III. p. 2168 (excl. omnibus synonymis). Ej. hrb. n. 16296. *Tanacetum multiflorum* Thbrg. fl. cap. p. 642! *Tanacetum suffruticosum* Berg. obs. 1. p. 242).

Cel. de Chamisso retulit e Promontorio bonae spei.

Differt a *Tanaceto suffruticoso* L. foliorum sessilium segmentis linearibus, acuminatis, infimis cauli adproximatis; involucris globosis conniventibus floresque fere (rhachinque) superantibus nec campanulatis iisque brevior-

bus, foliolis extimis rotundo-ellipticis nec semilanceolatis; corollis cylindraceis nec limbo subcampanulato; denique capitulis plurifloris. — Capitula rhachisque parva.

*Obs.* Cui subgeneri adscribenda quoque sunt: *Tanacetum grandiflorum* Thbrg. (idem ac *Cotula tripinnata* ej.); *T. suffruticosum* L. Berg. etc.

Subgen. 3. *Artemisia* Cass. (Abrotanum Besser). *)

Rhachis nuda. Capitula heterogama, haud corymboso-paniculata.

3. Artemisia *borealis* (Pall. itin. III. app. no. 129. t. H. h. f. 1. W. hrb. n. 5351. fol. 3. *A. spithamea* Pursh fl. II. p. 522 Meyer pl. labr. p. 60. *A. violacea* Ledeb. in Mem. Acad. Petersb. V. p. 567! *A. groenlandica* Wormskiold in fl. dan. t. 1585. *A. gelida* Ledeb. l. c. p. 565?).

Cel. de Chamisso in Kamtschatka et ad sinum St. Laurentii; Wormskiold in Groenlandia.

Rhizoma multiceps, crassum, superne petiolorum basibus latis, squamaeformibus, deinde nigricantibus, densissime imbricatis tectum, perpendiculare fibras crebras, simpliciusculas crassas protrudit. Caules steriles multi abbreviati densissimeque foliati; florigeri erecti s. adscendentes, 2—15″ alti, teretes, praecipue inferne purpurascentes, magis minusve sericeo-villosi, simplices, rarissime ramosi, ramis brevibus, inferne sparse foliatis, superne racemigeris. Folia membranacea, magis minusve sericeovillosa, rarius glabriuscula, petiolata, segmentis linearibus, brevibus — elongatis, planis, circiter $\frac{1}{4}$‴ latis, acutis, ex simpliciter s. bipinnati-sectis, segmentis primariis ere-

*) In Bull. soc. imp. natur. Moscou 1829 n. 8. Subgeneri *Scriphidae* Bess. l. c. s. *Abrotanellae* Cass. inseratur *Artemisia seriphium* Wallr. cui sunt capitula 4—6 flora fl. omnibus ♀, quod neglexerunt auctores et ipse cel. Wallroth l. c.

cto-patentibus, oppositis, paucis, adproximatis (idcoque fere subpalmatisectis), quam petioli plani basique valde dilatata semiamplexicaules multo brevioribus, iisque additis $\frac{1}{2}$—3‴ longis in pinnatisecta, petiolis longiora, rariora multoque minora. Capitula multiflora, erecta, demum cernua, sessilia aut brevissime pedicellata, singula singulis foliis linearibus integerrimis basi suffulta iisque aequalia s. pl. breviora, diametro circiter 2‴ longo, disposita in spicas s. racemos subsecundos, erecto-patentes, 2—6-pollicares, simplices s. compositos, racemulis magis minusve adproximatis quam folia sua modo longioribus modo brevioribus. Corollae ☿: turbinato-infundibuliformes, 1‴ longae, apice magis minusve pilosae, dentibus purpurascentibus; ♀: circiter 12, $\frac{1}{2}$‴ longae, glabrae, styli parte integra breviores. Rhachis plana, glabra. Involucrum campanulatum foliolis planis, rotundo-ellipticis, obtusis, margine latissime scariosis et albidis, in mediis viridibus, interioribus circiter 1‴ longis, glabris s. pilosis, non ciliatis, exterioribus parum minoribus, villosis s. pilosis, sparse ciliatis.

4. Artemisia *glomerata* (Ledeb. l. c. p. 564!).

Ad Sinum St. Laurentii cel. de Chamisso.

Herba cespitosa. Rhizoma multiceps fibris crassis. Caules steriles plurimi, abbreviati, densissime foliati cespitem sistunt; nonnulli florigeri, erecti, $1\frac{1}{2}$—3-pollicares, simplices, praecipue apice albo-lanato-villosi, basi dense, caeterum remote foliati terminantur capitulis heterogamis, aeque magnis ac in *A. glaciali*, multifloris, glomeratim rarius corymbosim dispositis, foliis integerrimis s. 1-dentatis lanato-villosis interjectis. Involucrum campanulatum, subbiseriale, foliolis planis, siccis, margine late scariosis et purpurascentibus, medio pallide viridibus, inaequaliter denticulatis, 1-nerviis, $1\frac{1}{2}$‴ longis, subaequalibus, longe ciliatis extusque pilosis; exterioribus ellipticis,

obtusis; interioribus obovatis, acutiusculis. Folia sericeo-villosa, ex petiolatis, confertissimis, ternatim s. biternatim sectis, segmentis integerrimis s. 2-fidis laciniisque cuneato-linearibus, acuminatis, quam petioli basi dilatati, plani, circiter 3‴ longi brevioribus in remota, oblongo-obovata, sessilia, 4‴ longa, vix $1\frac{1}{2}$‴ lata, basi integerrima, superne dentato-pinnatifida, laciniis interdum acutis, pl. acuminatis. Rhachis convexa, nuda. Corollae luteae, pilosae, ♀ filiformes, paucae, apice irregulariter pauci-dentatae, stylo param breviores; ☿ numerosae, vix $\frac{2}{3}$‴ longae, limbo late campanulato tubum aequante. — Similis *A. glaciali* sed diversa: foliis infimis laciniis acuminatis nec acutis; superioribus superne pinnatifidis nec apice palmato-multifidis; rhachide nuda; corollis ☿ limbo campanulato tubum aequante ab eoque distincto nec turbinatis (v. sp. s. plura).

5. Artemisia *arctica* n. sp.

Cel. de Chamisso in Unalaschca, ad sinum St. Laurentii, ad Cap Espenberg, in insula St. Laurentii; Redowski in Kamtschatka.

Rhizoma repens? crassum, divisum, fibris longis, crassis, simplicibus. Folia membranacea, glabra s. pilosa, laciniis dentibusque longe plerisque acuminatis, ex petiolatis, confertis, petiolis planis, basi dilatatis, glabris s. pilosis additis $1\frac{1}{2}$—3‴ longis, $\frac{3}{4}$—$\frac{5}{4}$‴ latis, pinnatisectis, segmentis obovatis, oppositis, profunde pinnatifidis, laciniis integerrimis s. dente uno alterove magis minusve profundo instructis, oblongo-obovatis in sessilia, magis remota, simpliciter s. bipinnatifida, obovata, multo minora. Caulis erectus, teres, striatus, pilosus s. superne villosus, simplex, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$‴ altus. Racemus terminalis, 3—6-pollicaris, in speciminibus suppetentibus simplex, secundus, capitulis globosis, pro ratione plantae magnis, diametro 3 s. 4‴ longo, nutantibus, longe pedicellatis, pedicellis magis minusve

pilosis folia sua pinnatifida, superne sensim integerrima superantibus. Involucrum late campanulatum floribus aequale, 2-seriale, foliolis ellipticis, obtusis, margine latissime scariosis et atropurpureis, subundulato-irregulariter dentatis, medio pallide viridibus, glabris, planis, eciliatis, interioribus $1\frac{1}{2}'''$ longis, exterioribus paullulum minoribus. Rhachis nuda. Corollae luteae, lineam longae, inferne pilosae, ☿: numerosissimae limbo subcampanulato tubum aequante; ♀: paucae. Achaenia angulata. — Similis *norvegicae* *) et *tanacetifoliae*; ab illa differt: foliis tenuioribus, glabrioribus, pinnatisectis nec subpalmatisectis, segmentis acuminatis; capitulis minoribus et frequentioribus; foliolis multo latius scariosis, minoribus; haec **) abhorret: capitulis breviter pedicellatis; pedicellis basi nudis s. foliis parvis integerrimis stipatis; foliorum majorum segmentis multo frequentioribus, longius acuminatis; corollis glabris, ☿ turbinatis. *A. latifolia* (Ledeb. l. c. p. 569. Gmel. t. 48) est certissime var. *A. laciniatae* (v. sp. s. plura).

6. Artemisia *Tilesii* (Ledeb. l. c. p. 568!).

Cel. de Chamisso in Chamissonis insula; Unalaschca, ad sinum Schissmareffii et St. Laurentii, Promontorium Espenberg.

Rhizoma multicaule, repens? fibris crassis, elongatis, simpliciusculis, glabris. Caules adscendentes, teretes, striati,

---

*) *A. rupestris* W. hrb. n. 15350 fol. 3. Ad *rupestrem* veram pertinet quoque *A. dentata* W. sp. p. 1826, ej. hrb. n. 15343 fol. 2, dum fol. 1. recedit quamquam caeterum simillima, rhachide conica majori pilis rarissimis et fere nullis.

**) W. hrb. no. 15340, eadem ac *laciniata* W. sp. p. 1843, ej. hrb. n. 15360, quacum prorsus conjungatur quoque *A. Mertensiana* Wallr.! sed fortasse diversa a Linnaeana cui folia sunt sec. L. sp. pl. p. 1188 subtus tomentosa et sec. All. ped. I. p. 166 superficie cinerea, hirsuto-tomentosa.

4—18-pollicares, magis minusve arachnoideo-tomentosi, inferne interdum subglabri, ubique aequaliter foliati. Folia tenera, alterna, subtus albo-tomentosa, supra obsolete et arachnoideo-tomentosa — glabrata, sessilia, basi longe angusteque cuneata, laciniis lineari-semilanceolatis, 1 rarius 2‴ latis, longe acuminatis, terminali semper, lateralibus pl. elongatis, ex bipinnatifidis, circiter 1—3″ longis, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$″ latis, in minora, pinnatifida. Racemus simplex s. compositus, erectus, secundus, terminalis, verus, 1—3 et ultra pollicaris, oblongo-ellipticus, obtusus, pedunculo communi haud elongato. Capitula heterogama, erecta — cernua s. nutantia, subsessilia s. breviter pedicellata, pedicellis albo-tomentosis, quam folia sua integerrima s. subintegerrima, superiora descrescentia semper brevioribus. Involucrum campanulatum, floribus parum longius, foliolis siccis, ellipticis s. oblongo-ellipticis, obtusis, margine latissime scariosis et atropurpurascentibus s. fuscescentibus, medio pallide viridibus, lacero-dentatis, circiter 2‴ longis, inferne ciliatis, exterioribus subarachnoideo-pilosis parumque minoribus. Rhachis conica nuda. Corollae luteae, apice magis minusve purpurascentes et pilosae, ♀: circiter 12 s. ultra, styli parte integra breviores; ☿: 30—40 et ultra, lineam longae, limbo campanulato tubum aequante. — Specimina Unalaschcensia in insulaque Chamissonis lecta multo vegetiora. — *A. vulgaris*, cui simillima, a qua *Art. coarctata* W. hrb. n. 15367. Sprg. syst. III. p. 490 nonnisi capitulis minoribus, fl. ♀ 7 s. 8 ☿ 5—7 differt, recedit: caule pl. ramoso fortiori, altiori, glabriori, erecto; capitulis multo frequentioribus, minoribus, fl. ♀ 6—8 (nec 12 etultra) ☿ 12—21 (nec 30—40); corollis glabris: foliorum majorum laciniis acutis infimis cauli adproximatis; pedunculis pl. terminalibus elongatis ita ut inflorescentia tota magis elongata et acuminata evadat (v. sp. s. ∞).

7. Artemisia *chinensis* (L. sp. 1190. W. sp. pl. p. 1848. A. foliis radicalibus a caulinis diversis Gmel. sib. II. p. 127, t. 61, f. 1. 2! Absinthium maritimum sinarum lavendulae folio etc. Pluk. almath. III. t. 353, f. 5).

In China Lagerstroem; in rupibus ad fontes Bannoi rivi, decem stadia a monimento Bargusinensi ut et in rupibus ad Bielam Junam, Judonam et Vracum fluvios, Jul. (Gmel.); inter plantas Redowskianas.

Radix ampla crassa lignosa, multicaulis Gmel. l. c. Caules cubitales et altiores, striati, teretes, piloso-canescentes, inferne lignosi. Folia membranacea, alterna, adproximata, ad bases ramorum et in ramis sterilibus conferta, subtus albo-tomentosa, supra pilosiuscula, laevia, plana, sessilia, oblongo-obovata, $\frac{3}{4}$—$\frac{5}{4}$‴ longa, $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$‴ lata, basin versus longissime et anguste cuneata, aut integerrima et uninervia aut praecipue inferiora apice ipso 3-rarius 2-loba et superne 3-nervia nervis tenuissimis, simplicibus lobique integerrimi minusve profundi obtusi s. apiculati. Capitula heterogama, satis remota, laeque magna ac in *A. Absinthio*, erecta s. cernua, in racemum simplicem s. compositum disposita, pedunculis filiformibus et oligocephalis, pedicellis quam folia sua integerrima brevioribus. Involucrum campanulatum, floribus aequale, sub 3-seriale, foliolis planis, siccis, 1-nerviis, ellipticis, obtusis, margine latissime scariosis et fuscescentibus, irregulariter sublacero-dentatis, intimis haud aut basi ciliatis, 2‴ longis, exterioribus parum minoribus et extus obsolete tomentosis. Rhachis plana, si flores omnes perficiuntur, glabra; si intermedii aboriuntur, lana involucrum ipsud excedente et in siccis flavida instructa. Corollae luteae, praecipue apice pilosae, 1‴ longae, ☿-turbinatae; ♀: filiformes, stylo vix breviores (v. sp. s. ∞).

## Subgen 4. *Absinthium.**)

Rhachis villosa. Capitula heterogama.

8. Artemisia *canariensis* *(*A. argentea* Buch et Smith. fl. ins. Canar. *Absinthium canariense* Besser in Bull. soc. imp. Mosc. 1829 n. S. p. 229).

Cel. de Buch prope Orotava, Martio.

*A. argentea* differt: parte caulis foliata circiter pedali nec 4-pollicari; foliis longe plerisque dissectis eorumque segmentis longioribus; capitulis cernuis, pedicellis crassioribus suis saepissime brevioribus, diametro 2‴ longo; foliolis subaequalibus, extus tolis fere albo-tomentosis, oblongo-ellipticis, acutis; *A. arborescens*, quae folia, capitula et inflorescentiam praecedentis habet, foliolis omnibus obtusis, extus pilosis, margine latissime scariosis, subaequalibus, linea parum majoribus, exterioribus ellipticis, interioribus obovatis. — Frutex ramis alternis, teretibus, inferne et adultis subglabris et aphyllis, junioribus apiceque tomentosis et foliatis. Folia alterna, membranacea, petiolata, petiolis longiora, utrinque incano-tomentosa, in partibus junioribus confertissima, ex rotundo-ovatis, bipinnatisectis, laciniis obovato-linearibus, acutis, uninerviis, in speciminibus suppetentibus 3‴ haud excedentibus in obovato-linearia, integerrima, acuta, 1-nervia, circiter 3—4‴ longa, 1‴ magis minusve lata. Racemi terminales, simplices et $\frac{3}{4}$″ longi s. compositi et majores, pedicellis quam folia sua exigua, integerrima, brevioribus capitulaque haud — parum excedentibus, interdum folio uno alterove instructis. Capitula erecta, permultiflora, fl. ♀ crebris; ☿ creberrimis. Involucrum campanulatum, imbricatum, subtriseriale, foliolis obtusis, planis, non ciliatis,

---

*) *Absinthium* quasi genus haud distinguendum esse docet analogia, docent *Artemisia dentata* et *chinensis* (cf. supra).

ex rotundis, valde exiguis, margine haud scariosis, extus totis albo-tomentosis in elliptica, majora, eroso-dentata, margine latissime scariosa; circiter $\frac{1}{2}'''$ longa, extus pilosa. Rhachis convexa, villosa. Corollae luteae, glabrae, ☿ circiter $\frac{3}{4}'''$ longae, ♀ parum styli parte integra breviores eoque apice ampliores. Achaenia glaberrima, obovata.

*Obs. Artemisiae japonicae* Thbrg. fl. jap. p. 310! synonymum addas *Chrysanthemum japonicum* Thbrg. ib. p. 321! cujus specimen in ej. hrb. est tantum ramulus folia nec flores gerens.

## HIPPIA L.

Capitulum heterogamum fl. ♀ paucis in ambitu, reliquis ♂. Achaenium calvum, obcompressum.

Hippia *gracilis* * (*Tanacetum pilosum* Berg. cap. p. 244! Cotula fimbriata Sprg. S. III. p. 498.?? *Tanacetum cotuloides* L. mant. 282. W. sp. p. 1811).

In Promontorio bonae spei.

## TANACETUM L.

Capitulum aut homogamum aut heterogamum floribus ♀ 1-serialibus in ambitu. Corolla teres. Pappus coroniformis, brevis.

Tanacetum *vulgare* L.

Inter plantas Redowskianas.

## COTULA Cass.

Capitulum heterogamum, floribus neutris, 1-serialibus in ambitu. Cor. teres. Pappus ○.

Cotula *coronopifolia* L.

In Promontorio bonae spei cel. de Chamisso.

## MYRIOGYNE n. g.

(*Cotulae* et *Grangeae* sp. auct.)

Capitulum heterogamum, floribus ♀ pluriserialibus in ambitu, reliquis ☿. Achaenium calvum.

*Obs. Grangea* differt stylo et pappo.

1. Myriogyne *minuta* (*Cotula minuta* Forst. prodr. n. 301! W. sp. pl. III. p. 2169! *Grangea minuta* Poir. enc. X. p. 825. *Cotula cuneifolia* W. sp. pl. III. p. 2169. *Grangea cuneifolia* Poir. Enc. l. c. Lam. Ill. t. 699. f. 2. *Artemisia minima* Thbrg. fl. jap. p. 311! nec L.).

In Luçonia cel. de Chamisso; in Nova Caledonia Forster; Novae Hollandiae ad Port Jackson Gaudichaud, in montibus coeruleis Lesson (hrb. Kth.); in Japonia Thbrg.; China.

Achaenia 4 angulata, 4-costata, gracilia, angusta, obpyramidata, costis tenuibus, pilosis; callo basilari magno.

2. Myriogyne *clatinoides* n. sp.

In paludosis ad Talcaguanho cel. de Chamisso, ad Conception Dombey (hrb. Kth.); in montibus coeruleis Novae Hollandiae Lesson (hrb. Kth.).

Herba glaberrima, fortasse perennis. Caulis prostratus, ramosissimus, teres, striatus, ubique dense foliatus, 2—4-pollicaris, pro magnitudine plantae satis crassus, basi radicans. Folia crassiuscula, alterna, conferta, sessilia, subuninervia, avenia, impresse punctata, plana, obovato-linearia, acuta rarius obtusa, antice serrulata, basi longe cuneata, 3—4‴ longa, 1‴ circiter lata, glaberrima. Capitula exigua, sed quam in praecedente paullulum majora, globosa, solitaria, primum terminalia demum lateralia, oppositifolia, sessilia s. subsessilia folioque longo basi pl. suffulta; permultiflora, floribus ☿ paucissimis in centro. Corollae luteae glabrae et genitalia prorsus praecedentis. Rhachis convexa, nuda, alveolata, diametro $\frac{1}{2}$‴

longo. Involucrum quoque praecedentis sed folia $\frac{1}{2}$''' longa. Achaenia eadem sed breviora, latiora costisque latissimis, — Recedit a *minuta:* glabritie perfecta, caule crassiori et breviori; foliis confertioribus, minoribus, inferne minus angustatis basique latiori sessilibus, firmioribus, excavato-punctatis, superne aequaliter serrulatis; costis achaeniorum crassiorum breviorumque validissimis et eo, quod verisimiliter est perennis (v. sp. s. ∞).

## CROSSOSTEPHIUM n. g.*)

Capitulum heterogamum, floribus ♀ pluriserialibus in ambitu, reliquis ☿. Pappus coroniformis lacerus.

*Obs. Tanacetum* differt fl. ♀ 1-nec pluriserialibus; praecedens achaeniis calvis.

CROSSOSTEPHIUM *artemisioides* n. sp. (*Artemisia chinensis* Vahl. hrb. nec. L.)

Ill. de Chamisso pr. Manillam in Luçonia cultam legit; e Cantonia Chinensium ab Eckeberg in hrb. Bergiano.

Caulis inferne fruticosus et aphyllus, ramis fertilibus dense, sterilibus abbreviatis densissime foliatis, sulcato-striatis, teretibus, albo-tomentosis. Racemus terminalis, simplex s. compositus, racemulis oligocephalis. Folia firmo-membranacea, obtusa, avenia, nervis nullibi prominulis, basi longe cuneata utrinque albo denseque tomentosa, plana, alterna, aut integerrima, lingulata et uninervia aut praecipue inferiora oblongo-obovata et apice 3-loba, inferiora petiolata, petiolis brevibus, utrinque albo-tomentosis et unicostatis, superiora sessilia, $\frac{3}{4}$ — $\frac{5}{4}$''' longa, 2 — $4\frac{1}{2}$''' lata. — Facies *Artemisiae* chinensis s. *argenteae.* Capitula erecta, globosa, $1\frac{1}{2}$''' alta, plurimiflora, aeque magna ac in *Artemisia Abrotano*, pedicellata, pedicellis basi fo-

*) Ob pappum coroniformem lacerum.

liis quam ipsi longioribus suffultis; capitula autem superantibus, angulatis, monocephalis. Rhachis conica, nuda. Involucrum campanulatum, pluriseriale *Artemisiae canariensis*, floribus aequale, foliolis subaequalibus, membranaceis, oblongo-ellipticis, obtusis s. acutiusculis, adpressis, planis, lineam longis, integerrimis, exterioribus subfoliaceis, extus albo-tomentosis, interioribus glabrioribus, margine scariosis. Corollae luteae, glabrae, parvae, fl. ☿: 5-dentatae, amplae, cylindraceae, 5-nerviae, dentibus erectis; ♀: filiformes, denticulatae, basin versus ampliatae. Antherae inclusae alis rotundis, obtusis, latis (v. sp. s. 2.).

## Subtrib. 6. *Gnaphalicae.*

Capitula saepius uniflora, rarissime radiata. Pappus floribus staminigeris multiradiatus et perfectus aut rarissime si capitulum uniflorum nullus.

### *I. Rhachis ebracteolata.*

### ANTENNARIA R. Br.

Capitula dioica, altera ♂, altera ♀. Pappus setaceus, 1-serialis.

1. Antennaria *alpina* (R. Br. verm. Schrft. I. p. 400. *Gnaphalium alpinum* L. Wahlbrg. lapp. p. 202, ej. helv. sept. p. 149, ej. carpath. p. 258 in adn.).

In Unalaschca et ad Sinum St. Laurentii cel. de Chamisso (♂ et ♀ intermixta); in insula Melville Parry; in desertis inter Point Lake usque ad mare arcticum Richardson; in Groenlandia Scoresby; in alpibus editis Lapponiae cel. Wahlenberg; et in locis glareosis alpium paullo altiorum Helvetiae septentrionalis idem; loca caetera quam maxime dubia, nam tantummodo miserunt cel. Funck et Hoppe, *Gn. carpathicum*.

Capitula solitaria, in ♀ parum majora. Involucrum

campanulatum, basi tomentosum, superne atrofuscens, foliolis marium obtusis, apice denticulatis, saepe emarginatis; foeminarum acuminatis. Pappus ♂: clavatus, cor. aequalis; ♀ demum cor. sua longior, haud clavatus. Ovaria laevia. Quo patet, differentiam utriusque sexus eandem esse ac in *A. dioica* si negligis hujus involucrum ♀ cylindraceum; a qua distinguitur: colore involucri; foliolis marium interioribus apice haud concavis; foliis superioribus appendiculo scarioso terminatis; capitulis saepe solitariis (v. sp. s. ∞).

2. ANTENNARIA *magaritacea* (R. Br. l. c. II. p. 541. *Gnaphalium margaritaceum* L.).

In Unalaschca et Kamtschatka cel. de Chamisso.

Differentia sexus jam minor quam in praecedente. Stylus masculus quoque 2-fidus, ramis brevibus truncatis extus superne puberulis, pilis summis frequentioribus longioribusque.

## HELICHRYSUM W.

*Leucostemma, Astelma, Aphelexis, Euchloris, Helichrysum*, et ?*Metalasia* Don in Mem. Wern. soc. V.*)

Capitulum aut homogamum, fl. ☿ aut heterogamum floribus ♀ 1-serialibus filiformibus in ambitu, reliquis ☿. Pappus setaceus, conformis, 1-serialis.

*Obs. Richea* Lab. (quo diversa a *Cassinia?*) recedit rhachide bracteolata et *Podolepis* floribus ♀ lingulatis.

### Subgen. 1. *Helichrysum.* (Don. l. c.)

Pappus scaber. Rhachis nuda. Foliola intima acuta s. truncata. Folia plana. Capitula adgregata.

1. HELICHRYSUM *fruticans* * (*Gnaphalium fruticans* L.

*) Rhachin bracteolatam cum fimbrillifera compegit cel. auctor.

Mant. p. 282. Thbrg. fl. cap. p. 659! Bot. mag. t. 1802. *Gn. grandiflorum* W. sp. p. 1851 nec L. *Gn. petiolatum* Thbrg. fl. cap. p. 660 excl. synonymis).

In monte tabulari Octbr. Hesse; in m. Casteelberg Novbr. Mundt et Maire.

2. Helichrysum *grandiflorum* * (*Gnaphalium grandiflorum* L. sp. p. 1191. Berg. cap. p. 245. *Gn. fruticans* W. sp. p. 1851, ej. hrb. n. 15519 nec L.).

E Promontorio bonae spei retulit cel. de Chamisso.

3. Helichrysum *paniculatum* * (*Gnaphalium paniculatum* Berg. pl. cap. p. 256! *Gn. expansum et notatum* Thbrg. fl. cap. p. 651 et 693! sed Burm. ic. t. 80. f. 3. p. 227 certissime designat aliam plantam (*Gn. helianthifolium* L. nec. Thbrg.).

Una cum praecedente reportavit cel. de Chamisso.

4. Helichrysum *foetidum* * (*Gnaphalium foetidum* L. sp. pl. 1197. W. sp. pl. p. 1875. Thbrg. fl. cap. p. 653!)

Cum praecedentibus cel. de Chamisso.

*H. fulgidum* W. proximum differt: capitulis folitariis, majoribus; foliis concoloribus, obtusis, oblongo-ellipticis, erectis, mucronulatis; foliolis interioribus minus obtusis.

*Obs. Gn. odoratum* Thbrg! est *rutilans* L., cujus var. est *Gn. bracteatum* Lam.! — Ad *Gn. candidissimum* Lam. excl. synon. pertinet *Gn. maculatum* et *dealbatum* Thbrg.! — *Gn. serpyllifolium* Berg. Lam. est *orbiculare* Thbrg.! etc. etc. etc.

## Subgen. 2. *Metalasia.* (R. Br., Don.)

Pappus scaber. Rhachis nuda. Frutices foliis coriaceis, laevibus, involutis s. concavis, patentibus saepe spiraliter tortis, intus tomentosis. Ovaria stipitata, rostrata.

5. Helichrysum *divergens* * (*Metalasia divergens.* Don l. c. p. 27. *Gn. divergens* Thbrg. fl. cap. p. 645 ex parte,

ej. hrb. fol. 2 et 3. *Gn. muricatum capitatum* Berg. cap. p. 264!).

E Promontorio bonae spei retulit cel. de Chamisso.

*Obs.* Huc locandae sunt: *Staehelina imbricata* L. Berg.! Thbrg.! quae fortasse eadem est ac *Metalasia uniflora* Don l. c. p. 27 et *Stoebe gnaphaloides* Berg.! Thbrg.! excl. synonymis.

## Subgen. 3. *Plocamophyllum.*

Rhachis obiter alveolata. Pappus scaber. Herba scandens, foliis apice in modum cirrhi subspiraliter flexis.

6. Helichrysum *mutisiaefolium* n. sp. (*Gnaphalium circinnatum* Hilsenb. et Bojer mss.)

Scandit arbores in sylvis provinciae Emerinae Madagascarensium, ubi legerunt Bojer et Hilsenberg.

Stirps speciosissima. Caulis herbaceus, scandens, debilis, alatus, niveo-tomentosus, ala integerrima. Folia *Mutisiae inflexae* Cav. membranacea, decurrentia, alterna, 1-nervia, linearia, elongata, supra nitida, nervoque inferne vix parum tomentoso, subtus niveo-tomentosa nervoque parum prominulo, margine revoluta, divergentia s. reflexa, apice in cirrhi incipientis modum subspiraliter- re- et inflexa, 2—3-pollicaria, linea magis minusve latiora. Spicae laterales simplices, parvae foliaque sua non excedentes atque terminales elongatae compositaeque spiculis ∞-cephalis, divergentibus, quam folia sua brevioribus, inferioribus breviter pedunculatis, superioribus sensim sessilibus et decrescentibus. Capitula 2‴ longa, 13-flora, homogama, sessilia aut subsessilia, permulta foliis longioribus basi stipata, saepe bina s. terna conglomerata, quo fit ut spicae laterales subcompositae et terminales subdecompositae evadant. Involucrum imbricatum, polyphyllum, multiseriale, nitens, stramineum, scariosum, cylindraceum, saltem in specimine suppetente connivens floribusque longius,

gius, subsquarrosum, foliolis enerviis, concavis, diaphanis, eciliatis, subintegerrimis, curvilineo-acuminatis, interioribus longius acuminatis, $2\frac{1}{2}'''$ longis, ellipticis, extimis subrotundis extusque obsoletissime tomentosis. Rhachis parva, convexa, glabra obiter alveolata. Corollae glabrae, $1\frac{1}{2}'''$ longae, 5-dentatae limbo haud distincto. Antherae inclusae, alis latis triangularibus, acutis, caudis basi divisis. Pappus capillaris, scaber, corollae aequalis. Ovaria glabra (v. sp. 1 in hrb. Horn.).

### Subgen. 4. *Anaxeton.*

(Gaertn. fr. II. p. 406, t. 166, f. 10 part.)

Pappus scaber. Rhachis paleaceo-fimbrillifera. Frutices s. suffrutices ramosi foliis membranaceis.

7. Helichrysum *cymosum** (*Gnaphalium cymosum* Berg. cap. p. 258! excl. fortasse syn. Linn. Thbrg. fl. cap. p. 679). E Promontorio bonae spei cel. de Chamisso.

Capitula homogama, circiter 12-flora. Rachidis fimbrillae paleaceae aureae ovaria superant.

Proximum *Helichryso capitellato* (*Gnaphalio* Thbrg.) et *H. cernuo* (Gn. Thbrg.!) sed hoc differt: capitulis 5-floris, in alabastro acuminatis; illud involucris squarrosis, capitulis minoribus.

## GNAPHALIUM R. Br.

Capitulum heterogamum, fl. ♀ pluriserialibus in ambitu, reliquis ☿.*) Pappus setaceus, conformis, 1-serialis. Rhachis ebracteolata.

### *I. Rhachis nuda.*

1. Gnaphalium *polycephalum* (Mx. Pursh fl. am. bor.

*) Quos pro masculis male habuit cel. Don l. c.

II. p. 524. *Gn. obtusifolium* W. sp. p. 1880, ej. hrb. n. 15483 nec L.).

In Chile cel. de Chamisso.

2. Gnaphalium *purpureum* (W. p. 1884! nec L. cujus „folia nuda", magis *spathulato* Lam. conveniunt. *Gn. cespitosum* W. hrb. n. 15495. *Gn. americanum* W. En. p. 867 nec Sw.).

In Brasilia legit cel. de Chamisso.

Involucrum cylindraceum, multiseriale foliolis exterioribus ovatis acuminatis, intimis linearibus acutis. Rhachis nuda. Foliorum paginae inferiori insidet tomentum niveum persistens. Achaenia scabra. — A quo differt *Gn. spicatum* Lam. involucri pauci-serialis foliolis intimis obtusis; et *spathulatum* Lam. tomento paginae inferioris tenuissimo et secedente.

3. Gnaphalium *spicatum* (Lam. enc. II. p. 748 (1785)! *Gn. americanum* Sw. prdr. (1788) ej. fl. ind. occ. p. 1336! nec W. *Gn. coarctatum* W. sp. p. 1886 (1800) Kth. syn. II. p. 308).

Ad fretum St. Catharinae Brasiliensium et ad Talcaguanho Chilensium cel. de Chamisso.

4. Gnaphalium *spathulatum* (Lam. enc. II. p. 758 (1786)! *Gn. pensylvanicum* W. en. II. p. 867 (1809). *Gn. purpureum* L. sp. p. 1200 (1763)?)

E Brasilia retulit ill. de Chamisso specimen nimis mancum.

Involucri cylindracei pauciserialis folioła exteriora acuta, intima linearia, obtusa. Rhachis nuda. Achaenia scabra, elliptica. — Differt a praecedentibus: foliorum tomento paginae inferioris tenuissimo.

5. Gnaphalium *japonicum* (Thbrg. jap. p. 311! W. sp. p. 1869. *Gn. cephaloidcum* W. en. II. p. 868. Sprg. syst III. p. 479. W. hrb. n. 15498).

E Japonia Thbrg.

Differt ab *involucrato* (Forst.!) W. hrb. n. 15508. — *Gn. sphaerico* W. en. II. p. 867, ej. hrb. n. 15497, floribus ♀ circiter 9 nec 1; foliolis latioribus, brevioribus, omnibus obtusis nec exterioribus acuminatis. Utrumque ludit foliis obovato-linearibus, acuminatis, undulatis, vix 1‴ latis — oblongo-obovatis, obtusis, planis, 6‴ latis atque glomerulo terminali globoso modo solitario, modo uno alterove accessorio laterali magis minusve adproximato folioque suo longe superato.

6. Gnaphalium *luteo-album* (L. sp. 1196. W. sp. p. 1871).

E Promontorio bonae spei cel. de Chamisso.

Flores ♀ 5 in centro.

7. Gnaphalium *indicum* (L. sp. 1200. *Gn. multicaule* W. sp. p. 1888, ej. hrb. n. 15500 nec Lam. *G. policaulon* Pers. ench. II. p. 421).

In Chile cel. de Chamisso.

Proximum *Gn. luteo-alba* ab eoque diversum tantummodo: capitulis corollis foliolisque paucioribus multo minoribus, caule prostrato ubique subaequaliter foliato; foliis basi magis augustatis. Achaenia scabra. Rhachis nuda. Flores ♀ pauci in centro. Foliola obtusa pallide flavescentia.

8. Gnaphalium *Piravira* Molin. *chilense* Sprg. syst. III. p. 480 excl. syn.

In Chile legerunt cel. de Chamisso, Bertero et Poeppig (Coll. II. n. 21. Ad Concon).

Radix fibrosa, annua. Caulis circiter bipedalis, erectus, laxe lanato-tomentosus, ramosus s. simplex, ubique subaequaliter foliatus. Folia membranacea, unincrvia, breviter decurrentia, integerrima, adproximata, alterna, saepius undulata, ex oblongo-obovatis, acutis, mucronulatis, circiter 2‴ longis, 2‴ latis, inferne longe augustatis in linearia, non rariora, parum minora, acuminata et pl. ap-

pendiculo scarioso angustissime lineari terminata. Panicula terminata, terminalis, dichotoma, ramis laxe lanato-tomentosis, folia sua excedentibus; superioribus valde decrescentibus. Capitula multiflora, circiter aeque magna ac in *Gn. luteo-albo*, in apicibus pedicellorum brevium glomerata, fl. ♀ haud paucis (circiter 12—14) in centro. Involucrum campanulatum, subradians, imbricatum, basi ima tomentosum, multiseriale foliolis pallide flavescentibus adpressis, planis, eciliatis, glabris ex ovatis, acutis, totis scariosis; in oblongo-elliptica, obtusa, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{4}$''' longa, superne latissime scariosa, inferne virescentia. Pappus capillaris, scaber, basi cohaerens, corollis aequalis. Achaenia fusca, scabra. Rhachis nuda, plana. — Differt a *luteo-albo*, cui proximum simillimumque: caule altiori, ubique subaequaliter foliato; foliis longioribus, superioribus breviter decurrentibus nec basi dilatata subcordatis appendiculoque scarioso nullo s. angustissimo; fl. ♀ in centro 12 s. 14 nec 5. — Specimen Poeppigianum foliis valde undulatis summisque exappendiculatis insigne (v. sp. s. 3).

9. Gnaphalium *stachydifolium* (Lam. enc. II. p. 757).

In Chile legerunt cel. de Chamisso, Bertero (hrb. Klh.) et Poepp. (coll. 2. n. 67. Diar. 449. T.); in Monte Video Commerson.

Rhizoma lignosum, divisum in caules multos basi lignosos niveo-tomentosos, teretes, graciles, pl. ramosos, erectos s. adscendentes; fertiles $\frac{1}{4}$—1-pedales et ultra, praecipue superne minus foliatos, steriles breviores dense foliatos. Folia oblongo-obovata, uninervia, tota integerrima, sessilia, atro-mucronulata, alterna; tomento paginae inferioris niveo, denso et persistenti, superioris tenuiori demumque secedente, circiter $\frac{1}{2}$—1''' longa, $1\frac{1}{2}$—5''' lata. Spica terminalis, terminata, cylindracea, 2—3-pollicaris, constans e glomerulis sessilibus, basi folio suffultis, superioribus adproximatis, polycephalis foliumque

suum circiter aequantibus, inferioribus meiocephalis, remotioribus folioque suo longius breviusve superatis. Capitula aeque magna ac in *uliginoso*, fl. ♀ 2 s. 3 s. 5 in centro. Involucrum sequentis sed eradians basique minus tomentosum, foliolis pallide s. saturate fuscescentibus acutis, exterioribus ellipticis, interioribus $1\frac{1}{2}'''$ longis, oblongo-ellipticis. Pappus, rhachis et ovaria sequentis. — Differt a *lucilioïde* foliis discoloribus, inflorescentia, involucri foliolorumque forma. — Specimen Lamarckianum Montevidense differt a chilensibus fl. ♀ 5. involucrisque saturate fuscis; Berterianum (in hrb. Ktl.) a Poeppigianis et Chamissonianis foliis latioribus, supra magis tomentosis caulèque altiori.

10. GNAPHALIUM *falcatum* (Lam. enc. III p. 758!).

Cel. de Chamisso in Chile; Commerson in Monte Pideo.

Rhizoma lignosum, divisum in caules multos niveo-tomentosos, teretes, graciles, saepe ramosos, steriles abbreviatos totosque dense foliatos, fertiles, $\frac{1}{2}$—1-pedales, erectos s. adscendentes minusque foliatos. Folia utrinque niveo-tomentosa, tomento persistenti, lingulata, integerrima, sessilia, atro-apiculata, inferne longissime angustata, $\frac{1}{2}$—$1''$ longa, lineam magis minusve lata, obtusiuscula s. acuta, apice recurva, erecto-patentia s. divergentia. Spica terminata, simplex (semper?), 1—2-pollicaris, capitulis pluri (30)-floris, singulis singulo folio stipatis eoque superatis, summis valde adproximatis, inferioribus remotioribus. Flores ♀ tres in centro. Involucrum cylindraceum, imbricatum, multiseriale, brevissime radians, fere usque ad medium extus tomentosum, foliolis planis, fuscescentibus, adpressis, ex ovatis, longe acuminatis, totis scariosis in linearia, acuta, $2\frac{1}{2}'''$ longa, apice longissime margineque late scariosa. Stylus typicus! Corollae glabrae, apice atropurpurcae, ♀ limbo a tubo haud distincto. Pappus capilla-

ris, scaber, corolla parum longior, basi cohaerens. — α) *Brasiliense* caulibus ramosis foliis obtusiusculis, divergentibus; β) *chilense* caulibus fertilibus simplicibus, foliis acutis, superioribus erecto-patentibus (v. sp. s. ∞).

*II. Rhachis paleaceo-fimbrilliferа.*

11. Gnaphalium *saturejoides*: (Lam. enc. II. p. 747. Kth. syn. II. p. 393. *Gn. flaccidum* Weinm. in Flora 1820 p. 610. *Gn. rufum* W. hrb. n. 15469).

In Brasilia del. de Chamisso.

Folia obovato-lanceolata s. linearia. Involucrum *Elephantopi* cylindraceum, pauciseriale, rufescens, floribus aequale, foliolis acutis, glabris, inferne punctatis. Rhachis parva, breviter paleaceo-fimbrillifera. Capitula 5-flora, flore ♀ unico. Pappus capillaris, scaber, cor. aequalis, saltem in ♀ haud clavatus. Achaenia atra, minutissime scabra.

## SERIPHIUM L.

Capitulum uniflorum. Pappus 1-serialis.

1. Seriphium *cinereum.*

E Promontorio bonae spei retulit quoque ill. de Chamisso.

α) *cinereum* (L. sp. p. 1316. *Stoebe cinerea* Thbrg.). Foliis glabriusculis, longiusculis, spiraliter tortis, plerisque in axillis sterilibus.

β) *plumosum* (L. l. c. *Stoebe plumosa* W. sp. p. 2407) foliis minutissimis, tomentosis, plerisque gemmuliferis.

Utrumque distinxit Linnaeus, distinxerunt omnes sed persuasissimum habeo formas esse ejusdem speciei. — Nec *Stoebe virgata* Thbrg. specie differt sed forma est ramis junioribus brevioribus creberrimis foliisque parum majoribus minusque tomentosis quam in *plumoso*.

2. Seriphium *fuscum* (L. sp. p. 1317.): *Stoebe fusca* Thbrg. W. sp. p. 2407).

Una cum praecedente legit cel. de Chamisso.

Folia *Metalasiae* eadem ac in toto genere *Seriphii* et *Stoebes.*

*Obs.* Genera *Seriphium* et *Stoebe* male conjunxerunt vel distinxerunt auctores. *Seriphio* addatur quoque *virgatum et prostratum* Lam. I. p. 271 et 273 tertium novum.

## STOEBE L.

Capitulum uniflorum. Pappus 2-serialis, ser. ext. brevi coroniformi.

1. Stoebe *incana* (Thbrg. cap. p. 728).

E Promontorio b. sp. retulit cel. de Chamisso.

*Obs.* Congeneres sunt: *gomphrenoides* Berg.; *phylicoides* Thbrg.; *aethiopica* L.; *Seriphium alopecuroides* Lam. nec non aliae novae.

*Stoebe gomphrenoides* Berg. Tab. II. H. fig. 1. stylus. — 2. Stamen. — 3. Corolla. — 4. Achaenium. — 5. Ej. sectio transversa. — 6. Involucrum.

## PEROTRICHE Cass. *)

Capitulum uniflorum. Pappus O.

Perotriche *tortilis* (Cass. l. c.).

In Promontorio bonae spei legit cel. de Chamisso.

Facies *Disparaginis ericoidis.*

## TRICHOGYNE n. g. **).

Capitulum pauciflorum, heteroganum, flore ♀ uno al-

*) Bull. sc. Mai 1818 p. 75. Dict. XXIX. p. 525. — Cui proxima sunt: *Disparago* Gaertn. (Capitulum 2-florum, flore altero neutro lingulato, altero ♀. Pappus 1-serialis.)

**) *Humea* Sm. quam antheras caudatas negligens cel. Cassini Artemisieis adscripsit, differt capitulo pluriflore.

terove. Rhachis bracteolae tot quot fl. ♀. Pappus ♂: 1-serialis, capillaris; ♀: nullus.

1. Trichogyne *laricifolia* * (*Seriphium laricifolium* Lam. enc. I. p. 271).

E Promontorio bonae spei retulit cel. de Chamisso.

Differt a *seriphioide* * (*Stoebe disticha* L. suppl. Thbrg. fl. cap. p. 727. Ej. hrb. fol. 1. nec 2. : *Gnaphalio seriphioide* Berg. cap. p. 646! syn. fortasse excluso. *Seriphio disticho* Lam. enc. I. p. 271!) capitulis undique confertis, 5- nec 7-floris; foliolis exterioribus foliaceis longioribus et squarrosis nec adpressis extimisque minimis; caule humiliori, ramis distortis, multo crassioribus. *Stoebe fasciculata* Thbrg. p. 727 differt a *St. disticha* ej. tantummodo: spicis vagis, confertissimis, elongatis, obtusis, apice cernuis.

*Obs.* Genus *Trichogyne*, cui etiam inserantur: *Gnaphalium decumbens* Thbrg. fl. cap. p. 646 et *G. verticillatum* L.; Thbrg.! proxime accedit ad *Filaginem* s. *Gifolam* Cass. ab eaque differt tantum floribus ♀ paucissimis nec 2-serialibus. — Quibus omnibus remotis supersunt etiam *Helichrysi* species: *Stoebe gnaphalioides* Thbrg. (excl. syn.) subgeneri *Metalasiae* adscribenda; *Stoebe aspera* Thbrg. cap. p. 728! eadem ac *Gnaphalium ericoides* L., Thbrg. pag. 647! et ad *Ozothamnum* referenda; *Stoebe rhinocerotis* L.; Thbrg. l. c. a qua nihilo differt *cernua* Thbrg. l. c. nisi ramis longioribus, laxioribus et paucioribus ramulisque cernuis, et *St. nivea* Thbrg. l. c. p. 729 praecedenti similis atque affinis, tamen subgenus proprium propter pappum scabrum sistens.

## Subtrib. 7. *Relhanieae.*

Antherae caudatae. Pappus aut nullus aut abbreviatus, coroniformis s. multi-paleaceus, nunquam 2-serialis.

## CARPESIUM L. *)

Flores ♀ in ambitu pluriseriales, reliqui ☿. Achaenium rostratum calvum. Rhachis ebracteolata.

1. CARPESIUM *tracheliifolium* n. sp.

In Nepaulia cel. Wallich.

Radix fibrosa. Caulis erectus, teres, striatus; hirto-pilosus, pilis albidis in parte inferiori reflexis, superne flexuosus, simplex, circiter bipedalis, basi pennae columbinae crassitudine. Folia *Campanulae Trachelii* alterna, tenero-membranacea, penninervia, hirto-pilosa, laevia, petiolata, petiolis planis pilisque reflexis, ex ovatis, cordatis, longe petiolatis, profunde duplicato-serratis, 3″ longis, 2″ latis in oblongo-ovata, minora, basi obtusissima, postice crenato-serrata. Racemus compositus, oligo cephalus, terminalis, pedunculis patenti-divergentibus. Capitula remota, nutantia, circiter 2‴ longa, foliis suis lanceolatis, serrulatis breviora, longe — breviter pedicellata. Involucrum cylindraceum, floribus aequale, ex spathulatis, foliaceis, inaequalibus, capitulum ipsud saepe excedentibus, patentibus, pilosis, punctatis per elliptica, recurvo-mucronata, mucrone foliaceo in linearia acuta, utrinque angustata, 2‴ longa, circiter $\frac{1}{4}$‴ lata, scariosa, flavida, integerrima, glabra, plana, erecta. Achaenium elongatum, rostratum, apice et basi punctatum, glabrum. Corollae luteae, glabrae, superne punctatae, ♀: subfiliformes; ☿: majores, tubulosae, 5-dentatae, limbo cylindraceo a tubo brevi distincto eumque longe excedente. Stamina inclusa, longe caudata, caudis integris, alis ellipticis, obtusis, latis. Rami styli in ☿: obtusissimi *Senecionis*, inclusi; in ♀: exserti (v. sp. 1. in hrb. Horn.).

*) A col. Cassini male prope *Inulam* collocatum.

2. Carpesium *nepalense* n. sp.
Nepaul. Cel. Wallich.

Caulis erectus, herbaceus, striatus, bipedalis, vix pennam anserinam crassus, ramosus, magis minusve hirsuto-villosus, ramis alternis, flexuosis, patentibus, simplicibus, capitulo singulo, erecto aeque magno ac in *cernuo* terminatis, inferioribus etiam pl. unum alterumve laterale, serius evolutum, folio suo longissime superatum, sessile gerentibus, superioribus decrescentibus pyramidemque sistentibus. Folia alterna, membranacea, penninervia, venosa, nervis subtus prominulis, elliptico-lanceolata, pilosa, pilis paginae inferioris pallidioris longioribus et crebrioribus, punctata, petiolata; petiolis villosis, circiter 2—12''' longis, basi conduplicatis, integerrima, $1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$'' longa, 5—18''' lata. Involucrum *Bidentis tripartitae*, campanulatum, imbricatum, floribus aequale, foliolis ex foliaceis, lanceolatis, capitulum ipsud longissime excedentibus, penninerviis, inaequalibus, divergentibus, subvillosis in sicco membranacea, flavida, erecta, oblongo-elliptica, acuta, fere 3''' longa, plurinervia. Flores ♀ pluriseriales! Achaenia et genitalia prorsus ut in praecedente.

## STEPHANOPAPPUS n. g.

Capitulum heterogamum, fl. ♀ 1-serialibus, lingulatis in ambitu. Pappus corniformis. Rhachis ebracteolata.

Stephanopappus *reflexus* * (*Relhania reflexa* Thbrg. p. 640!).

Ab *Relhania*, cui inseruntur: *Relhania squarrosa* Thbrg.! *santolinoides* et *paleacea* Herit., differt rhachide ebracteolata.

*Obs.* Genus diversum rhachide ebracteolata ab *Relhania* Gaertn. et Cass. Dict. XLV. 29, cujus subgenus sistat *Ammobium* Gaudch., dum *R. genistaefolia*, 5-*nervis*, *pungens* etc. typi *Eclopis* sint.

## Subtrib. 8. *Senecioneae.*

**Capitula nunquam dioica; si heterogama, fl. marginalibus ♀ saepissime lingulatis, reliquis ☿. Rhachis ebracteolata. Pappus setaceus, multiradiatus, longus. Antherae ecaudatae.**

### ARNICA Cass.

(Cass. Dict. LI. p. 439. Arnicae sp. L.)

**Pappus uniserialis. *) Styli rami; superne extus pubescentes, pilis summis s. basin coni, si adest, cingentibus omnium longissimis.**

1. Arnica *alpina* L. lapp. n. 305. Wahlb. fl. suec. II. p. 530. *A. angustifolia* (Vahl fl. dan. t. 1524. *A. montana* β. L. W. sp. pl. III. p. 2106. Wahl. fl. lapp. p. 210. R. Br. verm. bot. Schrft. I. p. 398 et 556).

Cel. de Chamisso legit in sinu Eschscholtzii et St. Laurentii.

Rhizoma horizontale s. oblique descendens, 1—∞-caule, superne squamis laxis, foliorum delapsorum vestigiis dense obtectum, atrofuscum, ne pennae corvinae quidem crassitudine, fibris crassiusculis, simplicibus. Caulis flexuoso-erectus, pl. jam infra medium aphyllus, magis minusve hirsuto-villosus, simplicissimus, gracilis, teres, striatus, 3—6-pollicaris, pilis albidis, longis, uniformibus. Folia membranacea, decussata, magis minusve hirsuta, scabriuscula et ciliata, ex confertis, oblongo-obovatis s. subspathulatis, acutis, petiolos planos basi dilatatos superantibus, triplinerviis, remote serratis, petiolis adjectis $1\frac{1}{2}$—2‴ longis, 5—8‴ latis in semiamplexicaulia, anguste linearia, pl. acuminata, valde remota, integerrima, $\frac{1}{2}$—1‴ longa, 1—2‴ lata.

---

*) Pluriserialis Cass. l. c.

Capitula terminalia, solitaria, pallidiora et multo minora quam in *A. montana*, saepe nutantia, radio discum duplum haud superante. Involucrum disco aequale, biseriale, in siccis turbinatum, foliolis planis, aequalibus, s. exterioribus totis foliaceis magis pilosis, majoribus, linearibus, longe acuminatis, nonnunquam acutis, integerrimis, circiter $4^{'''}$ longis, margine pl. purpurascentibus. Rhachis villoso-fimbrillifera. Pappus longus, argenteus, breviter plumosus, inaequalis. Corollae luteae, tubo piloso; disci: 5-nerviae, circiter $4^{'''}$ longae, dentibus apice pilosis limbo a tubo distincto eumque superante; disci: circiter $7^{'''}$ longae lingula oblongo-elliptica, emarginata, undulata, glabra, 7 s. 9 pl. 8-nervia, tubum triplum aequante. Antherae in disco: exsertae alis oblongo-ovatis, obtusis, latiusculis; in radio: ne vestigia quidem. Stylus basi attenuatus, disci: ramis apicem versus crassioribus, truncatis, superne extus pubescentibus, pilis summis omnium longissimis et maxime confertis. Achaenia erostria, teretiuscula, striata, atra, scabra, 2—$2\frac{1}{2}^{'''}$ longa, pl. glaberrima, nectario alveolari, disco epigyno magno, areola terminali, callo basilari. — Differt ab *A. montana:* caule flexuoso, humiliori, semper simplicissimo, superne longius aphyllo, pilis capitatis nullis; foliis minoribus et praesertim brevioribus; capitulis multo minoribus et pallidioribus, radio breviori; involucris turbinatis nec campanulatis et in siccis divergentibus, pappo subplumoso (v. sp, s. ∞).

2. Arnica *obtusifolia* n. sp.

Ex Unalaschca retulit cel. de Chamisso.

Rhizoma horizontale, fibris sursum spectantibus, foliorum delapsorum vestigiis dense obtectum, atrofuscum, pennam corvinam crassum, 1—∞-caule. Caulis simplicissimus, erectus s. adscendens, superne longius brevisve aphyllus, magis minusve hirsutus, 5—11-pollicaris, pilis conformibus. Folia membranacea, decussata, magis mi

nusve scabra et hirsutiuscula, ex confertis, petiolatis, quintuplinerviis, subspathulatis, obtusis, antice obsolete serratis, $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{2}$''' longis, 4—8''' latis, petiolos plano-dilatatos, basi ampliatos longe superantibus per oblongo-obovata, circiter 2''' longa, $\frac{3}{4}$''' lata, in semiamplexicaulia, oblongo-ovata s. elliptica, obtusiuscula aut obtusa, haud cordata, remota, tri—5-plinervia, integerrima; $\frac{5}{4}$—$\frac{6}{4}$''' longa, 4—6''' lata, nonnunquam alterna s. terna. Capitula fere aeque magna ac in *A. montana*, terminalia, solitaria, erecta, radio ∞-floro, disco duplo breviori, sulphureo. Involucrum late campanulatum, disco longius, in siccis divergens, 2-seriale, foliolis planis, circiter 12, viridibus, hirsutis, ciliatis, integerrimis, oblongo-ellipticis, obtusis aut acutis, plurinerviis, 5''' longis, linea latioribus, aequalibus aut interioribus minoribus. Pappus disci corollae aequalis, achaenio parum longior. Corollae glaberrimae, radii: lingula sulphurea, oblongo-elliptica, circiter 8-nervia, nervis obscure fuscis, apice 3-fida tubum quadruplum, lineam longum aequante; disci 2''' longo, limbo campanulato tubum excedente. Antherae nigricantes, in radio ne vestigia quidem. Achaenia duabus lineis parum breviora, oblonga, sulcata, basin versus angustata. — Recedit ab *A. montana* caule humiliori pilis uniformibus, semper simplicissimo; involucro discum superante; radio breviori, sulphureo, apice 3-fido; corollis glabris, disci: 2 nec 5''' longis, limbo campanulato nec cylindraceo; — ab *A. alpina* capitulis majoribus; involucro discum superante, campanulato; corollis glabris, lingulis radii et limbo disci; foliis latioribus, multo obtusioribus; ab *A. fulgente* Pursh bor. am. II. p. 527. Nutt. gen. North. am. pl. II. p. 164 differre videtur praecipue corollis glabris et eo quod cel. Nuttall aeque ac *plantagineam* varietatem *A. montanae* esse censet (v. spi. s. ∞).

3. Arnica *unalaschcensis* n. sp.

Cel. de Chamisso in Unalaschca.

Rhizoma atro-fuscum, superne fibris tectum, pennam corvinam crassum. Caulis simplicissimus, flexuoso-adscendens, semipedalis, apice aphyllus et hirsuto-villosus, pilis longis, articulatis, flexuosis, uniformibus. Folia membranacea, decussata, hirsuta, scaberrima, pilis longis articulatis, flexuosis, ex confertis, petiolatis, quintuplinerviis, subspathulatis, obtusis, antice serratis, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴ longis, circiter 4—5‴ latis, petiolos plano-dilatatos, basi ampliatos superantibus per oblongo-obovata, circiter $1\frac{1}{2}$—2‴ longa et 6—7‴ lata in semiamplexicaulia, oblongo-ovata, acutiuscula, neque cordata, neque connata, remota, 3—5-plinervia, integerrima, minora, nonnunquam alterna s. terna. Capitula aeque magna ac in *A. obtusifolia*. Involucrum late campanulatum, disco longius, in siccis divergens, 2-seriale, foliolis numerosissimis, linearibus, acuminatis, basi angustatis, aequalibus, linea pl. angustioribus, semipollicaribus, integerrimis, hirsutis, planis, ciliatis, viridibus. Corollae, ovaria, antherae prorsus ut in *A. obtusifolia* sed lingulae saturatiores, nervis minus perspicuis. — Similis *A. glaciali* sed foliis infimis spathulatis, superioribus non cordatis primo intuitu facillime distinguenda; ab *A. obtusifolia*: pube multo longiori et crebriori; foliolis linearilanceolatis, multo frequentioribus, angustioribus et longioribus nec oblongo-ellipticis, acutis aut obtusis; radio saturatiori; foliis scaberrimis, brevius petiolatis, minus obtusis (v. sp. s. 4).

4. Arnica *Chamissonis* n. sp.

Cel. de Chamisso in Unalaschca.

Rhizoma tenue, obliquum fibris longis, simplicibus, crassiusculis. Caulis herbaceus, erectus, teres, striatus, inferne atro-purpurascens, pedalis et fortasse ultra altus, simplex, superne parum minus foliatus et magis minusve

hirsutus; apice in corymbum terminatum, simplicem, 3—5-cephalum divisus, pedunculis gracilibus, flexuosis, perfectis folia sua capitulaque excedentibus. Folia membranacea, decussata, magis minusve hirsutiuscula, ex ima caulis parte oriunda sub anthesin jam emarcida, reliqua semiamplexicaulia, decussata, ex oblongo-obovatis, acutis, serratis, 4—5‴ longis, $\frac{1}{2}$‴ latis in oblongo-ovata, acuminata, integerrima, $1\frac{1}{2}$ — 2 pollicaria, $\frac{1}{2}$‴ lata. Capitula aeque magna ac in *A. montana*. Involucrum disco aequale, late campanulatum; in siccis divergens, 2-seriale, foliolis numerosis, planis, foliaceis, acuminatis, hirsutis, subaequalibus, integerrimis, 4—5‴ longis. Pappus longus, uniserialis, corollis disci aequalis, plumoso-serratus. Corollae luteae, tubo piloso; disci 4‴ longae, limbo turbinato quam tubus longus, gracilis longiori, dentibus praecipue ante anthesin barbatis; radii disco duplo brevioris lingulis oblongo-ellipticis, 8-nerviis, 6‴ longis, apice 3-dentatis, tubo lineam longo. Achaenia angulata, atra, striata, pilosiuscula. —. *A. montanae* proxima sed satis superque diversa: caule subaequaliter foliato pilisque capitatis nullis; foliis tenerioribus, longioribus, magis hirsutis, inferioribus serratis, superioribus acuminatis; radio breviori; pappo subplumoso; achaeniis magis pilosis. — Differentiae reliquarum a descriptione satis apparent (v. sp. s. 4).

## SENECIO L.

Pappus pluriserialis. Cor. ♀ si adest, 1-serialis, lingulata. Styli rami truncati, apice penicillati.

1. Senecio *frigidus* * (*Cineraria frigida* Richards. in Flora der Polar-Länder in R. Br. verm. bot. Schrft. I. p. 507. *C. atropurpurea* Ledeb. in Mém. Acad. Petersb. V. p. 574!).

Ill. de Chamisso in insula St. Laurentii.

Radix repens, ∞-caulis fibras tenerrimas, longas ubique protrudit. Caules 1—5″ alti et ultra (Rich.), simplicissimi, teretes, striati, erecti s. adscendentes, ante apicem longius breviusve aphylli, glabri — obsolete floccoso-tomentosi, apice magis minusve pilis atropurpureis saepe quam longissimis et magnopere intertextis obsessi. Folia membranacea, margine saepe revoluta, ex petiolatis, 1-s. obsoletissime penninerviis, ellipticis, s. oblongo-ellipticis, obtusis s. obtusissimis, saepe apiculatis, pl. glabris s. rarius supra pilis *) obscuris, articulatis, hirsutis, pl. integerrimis s. rarius denticulatis, 2—12‴ longis, 2—4‴ latis, quam petioli plani, glabri, flaccidi basique dilatati brevioribus, per obovata in trinervia, subsemiamplexicaulia, linearia s. elliptica, acuta rarius acuminata, saepe denticulata, pl. subtus obsolete albo-tomentosa, supra glabra, rarius utrinque glabra s. supra quoque tomento arachnoideo induta, circiter 4‴—¾″ longa et 1—2‴ lata. Capitula erecta, solitaria, aeque magna ac in *Anthemide arvensi*. Involucrum hemisphaerium, 2-seriale, ∞-phyllum, foliolis aequalibus, foliaceis, linearibus, acuminatis, non sphacelatis, pilis articulatis, purpureis, saepe quam longissimis et magnopere intertextis obtectis, 2—3‴ longis. Pappus corollis valde brevior, in disco tubo aequalis. Corollae glabrae, disci: 2 lineis parum longiores limbo campanulato tubum aequante; radii: numerosae, 4—6‴ longae, lingulis oblongo-ellipticis, ∞-nerviis, apice 3-dentatis, tubum brevem longissime superantibus, pallide luteis, nervis atropurpureis (Ledeb.). Ovaria glaberrima (v. sp. s. ∞).

2. Senecio *Pseudo-Arnica* * (*Arnica maritima* L. sp. pl. pag. 1246. Pursh fl. bor. am. II. pag. 529. Mertens in Lin-

*) Pili glandulis, quas vidisse Ledeb. et Richards. autumant, destituuntur.

Linnaea V. p. 61. Cham. in ej. Bemerk. u. Ansicht. Reis. p. 168. *Aster* s. potius *Helenium* maritimum etc. Gmel. fl. sib. II. p. 175 pluribus autem incongruis).

Cel. de Chamisso in glareosis maritimis Kamtschatkae, insulae Chamissonis, sinus Eschscholtziani, Unalaschcae; planta maxime familiaris in litoribus Oceani orientalis tam Ochotii quam in Kamtschatka, insula Beringiana et America septentrionali (Gmel. l. c.).

Rhizoma horizontale, praemorsum fibras plurimas, longissimas, simplices, albidas emittit. Caulis erectus, 2‴—1′ altus et ultra, crassitudine non minus varia; saepius flexuosus, teres, sulcatus, inanis, saepe purpurascens, glaber s. obsoletissime tomentosus, usque ad apicem subaequaliter foliatus, vix folio summo s. duobus summis quam reliqua minoribus. Folia membranacea, penninervia, nervis utrinque planis, primariis basi valde dilatatis striatisque; venis vix manifestis, laevia, glabra, ex ima caulis parte oriunda emarcida, reliqua sessilia, ex spathulatis, obtusis, integerrimis margineque revolutis s. grosse et inaequaliter serratis, $1\frac{1}{2}$—6‴ longis in linearia, acuta s. acuminata; $\frac{1}{4}$—1‴ lata, 1—4‴ longa. Involucrum semiglobosum, ∞-phyllum, pauciseriale, disco aequale, foliolis subaequalibus anguste linearibus, longe acuminatis, integerrimis, glabris s. obsolete arachnoideo-tomentosis, circiter semipollicaribus, planis. Rhachis plana, nuda. Pappus achaeniis teretiusculis, sulcatis, nitidis, 3‴ longis parum brevior, setaceus, pluriserialis, inaequalis, albidus, cor. disci aequalis. Capitula aeque magna ac in *Arnica glaciali*; aut caulem simplicissimum terminantia aut in corymbum terminatum, 2—∞ cephalum disposita, pedunculis apice incrassatis, quam folia sua brevioribus, simplicibus s. 2 fidis, saepe folia angustissime linearia, flexuosa gerentibus. Corollae luteae, disci circiter 4‴ longae, limbo cylindraceo tubum parum superante ab eoque valde

distincta; radii circiter 8 — 9‴ longae, lingulis plurimi-nerviis, apice 3-denticulatis, oblongo-ellipticis, tubum longe superantibus. — Specimina, in insula Chamissonis lecta, sunt pumila, monocephala, integerrimifolia, omnium minima, dum Unalaschcensia maxima atque corymbigera (v. sp. 8. ∞).

3. Senecio *cannabifolius* * (*Solidago* foliis palmatis Gmel. sib. II. p. 170. t. 75. *Jacobaea* cannabis folio Stell. descr.

Tam in Kamtschatka quam in insula Beeringii sub medium Jul. et initium Aug. floret et fluviorum vicinam amat. Kamtschadali radicem primo vere crudam comedunt pariter ac turiones, folia vero siccata et in pulverem trita cibis addunt (Gmel. l. c.). E Tigil, littore Kamtschatkae occidentali retulit ab auctoribus recentioribus omnino neglectam cel. peregrinator Ad. Erman.

*Senecioni Othonnae* Bieb. similis. Radix unciam crassa, intus alba, extus fusca, carnosa et succulenta fibris copiosis longissimis et albis (Gmel. l. c.). Caulis solitarius, teretiusculus, striatus, herbaceus, erectus, 3—6-pedalis, simplex? Folia alterna, adproximata, membranacea, penninervia, venosa, nervis tantum subtus prominentibus, glabra, subtus pallidiora, petiolata, petiolis brevissimis utrinque appendiculo solitario, lineari, obsoleto auctis, obovata, inferne longe cuneata et integerrima, superne incisa in ternas — septenas lacinias profundas, semilanceolatas, longe acuminatas, adproximatas, argute serratas, $\frac{1}{2}$ — 3″ longas, 2 — 9‴ latas, erecto-patentes, aequales s. inaequales; summa decrescentia nec rariora. Panicula terminata, fastigiata s. suprafastigiata, terminalis, dichotoma, ∞-cephala, ramosissima, ramis inferioribus longioribus folia sua imperfecta, superantibus, superioribus squamis flaccidis, subsetaceis basi stipatis iisque hinc inde instructis. Capitula circiter 20 — 24-

flora, heterogama, breviter radiata, aeque magna ac in *S. sarracenico* radio circiter 3-floro, patente. Involucrum subcampanulatum, 10—12-phyllum, floribus multo brevius, 2-seriale, vix squama una alterave setacea auctum, foliolis planis, aequalibus, acuminatis, ellipticis, ∞-nerviis, glabris, apice obsolete barbato-ciliatis, esphacelatis, circiter 2‴ longis, interioribus latioribus margineque scariosis. Rhachis nuda, plana. Pappus flavescens, 2-serialis, longus, cor. disci aequalis. Corollae luteae, glabrae, disci circiter 3‴ longae limbo cylindraceo tubo parum breviori s. eum subaequante; radii lingulatae, lingulis oblongo-ellipticis 4-nerviis, tubo multo-longioribus. Achaenia oblonga, prismatica, sulcata, laevissima (v. sp. s. 2).

4. Senecio *resedifolius* * (*Cineraria lyrata* Ledeb. in Mem. Acad. Petersb. V. p. 676! Reichb. iconogr. bot. t. 101; injusto caule apice pubescente).

In sinu St. Laurentii, cel. de Chamisso.

Rhizoma repens, ∞-caule, radiculis gracilibus, longis. Caules erecti s. adscendentes, 2—3-pollicares, basi dense foliati, caeterum folia nonnisi parva atque rara gerentes; simplicissimi, 1-cephali, glaberrimi ut tota planta. Folia glaberrima, membranacea, ex petiolatis, obtusissimis, confertis, orbicularibus repandoque crenatis — oblongo-obovatis et lyratis, lobo terminali lobato-crenato; quam petioli basi valde dilatati brevioribus, 3—6‴ longis totque latis in sessilia, rara, linearia, integerrima, acuminata, multo minora. Capitula vix parum majora quam in *Cineraria minuta*, disco 3‴ alto, erecta, longe radiata, ∞-flora. Involucrum campanulatum, ∞-phyllum, 1-seriale, vix squama una alterave auctum, foliolis contiguis, anguste linearibus, acuminatis, totis foliaceis, integerrimis, esphacelatis, superne purpurascentibus, circiter 3‴ longis, ⅓‴ latis. Rhachis convexa, nuda. Pappus albus, capillaris, cor. disci fere aequalis. Corollae luteae, glabrae, disci:

limbo cylindraceo tubum gracilem aequante, basi inflato; radii: lingulis oblongo-ellipticis, ∞-nerviis, apice 3-dentatis, tubum longe superantibus. Ovaria glaberrima, oblonga. — Simillima *Cinerariae minutae*, a qua autem abhorret rhizomate perenni, repente nec radice annua, glabritie omnium partium perfecta, foliolis crebrioribus, angustioribus, linearibus, acuminatis nec obovato-rhomboideis, obtusiusculis, margine diaphanis, corollis disci multo majoribus; proxima *Senecioni alpino* sed diversa praeter modum crescendi et magnitudinem foliorum: forma et limbo disci cylindraceo tubum brevem excedente (v. sp. s. ∞).

5. Senecio *pappōsus*.* (*Cineraria papposa* Rchbch. icon. II. p. 13. t. 124. *C. longifolia* Bess. prim. fl. gal. II. p. 198).

Cel. de Chamisso legit in sinu bonae spei Asiae arcticae; Besser inter Krzywczyce et Kamienpol; nec non Bohemiae indigena (hrb. berol.). Glaberrima. Folia ima basi sensim angustata. Foliola acuminata, superne colorata.

6. Senecio *Kalmii* (Nutt. gen. North Am. pl. II. p. *Cineraria canadensis* L. sp. pl. n. 1244).

Cel de Chamisso in sinu Eschscholtziano et Schismareffiano.

Radix fibrosa ut in *Cineraria palustri*, quam annuam s. biennem dicit cel. de Schldl. in fl. ber. Caulis simplex — ramosus, 4-pollicaris — pluripedalis ramique teretes, striati pilis longissimis, articulatis, flexuosis, ut in tota planta sordidis magis minusve villoso-hirsuti. Folia semiamplexicaulia, 3 s. 4-mera, angustius latiusve linearia, denticulata — pinnatifido-laciniata, laciniis sursum spectantibus, anguste semilanceolatis, irregularibus, acuminata, pilis obscuris, articulatis, longis, flexuosis magis minusve obsessa, membranacea, penninervia, basi angustata, nervis utrinque planis, infima sub anthesin emarcida, 2—

5‴ longa, 9‴—2‴ lata, superiora parum decrescentia et rarescentia. Capitula breviter radiata aeque magna ac in *Cineraria palustri*. Paniculae terminatae, corymbosae, terminales, abbreviatae, pedicellis filiformibus, lanato-villosis. Involucri campanulati foliola numerosa, 1-serialia, contigua, disco aequalia, anguste linearia, longe acuminata, saepe sphacelata, plurinervia, subaequalia, extus pilosa, circiter $2\frac{1}{2}$‴ longa. Rhachis nuda. Pappus capillaris, albus, disci cor. subaequalis. Corollae luteae, glabrae, disci: *limbo brevi, campanulato quam tubus longus gracilis* circiter triplo breviori, $2\frac{1}{2}$‴ longae; radii: 3‴ longae lingula integerrima s. retusa, elliptica, tubo breviori. Ovaria glaberrima. — Forma integrifolia, pumila, (circ. 4-pollicaris) in sinu Schismareffiano lecta faciem *Pulmonariae mollis* bene refert. — Proxima *Cinerariae palustri* sed diversa: pube copiosiori, foliis pl. laciniatis, capitulis minoribus, pappo cor. disci aequante, lingulis tubo parum brevioribus nec longioribus (v. sp. s. 3).

7. Senecio *oligophyllus* n. sp.

In Napaulia cel. Wallich.

Rhizoma obliquum, perenne, lignosum, fibris longissimis, crebris, lignescentibus. Caulis erectus, teres, gracilis, obsoletissime arachnoideo-tomentosus, tantum basi foliatus, in specimine suppetente sesquipedalis, simplex, apice divisus in paniculam subfascicularem, ramis primariis folia sua perangustissima superantibus, reliquis magnopere abbreviatis. Folia e caulis parte ima prodeuntia, petiolata, ovata, acuminata, profunde cordata, grosse irregulariter dentata, supra scabra et hirsutiuscula, subtus pallidiora et molliter pubescentia, 4‴ longa, 3‴ lata. Petioli 3‴ longi. Capitula 5-flora, discoidea, erecta, subsessilia, 3‴ longa, angusta. Involucrum cylindraceum, 1-seriale, foliolis esphacelatis, 2‴ longis, planis, membranaceis, siccis, pallide viridibus, integerrimis, oblongo-ellipticis, plurinerviis, glabris, apice breviter lin-

briatis, duobus breviter acuminatis, tribus alternis obtusis. Corollae luteae, glabrae, pappo breviores, 3‴ longae; limbo cylindraceo tubum brevem filiformem longe superante. Ovaria linearia, glaberrima (v. sp. 1. in hrb. Horn.).

8. Senecio *fistulosus* (Poepp. mss. syn. pl. Am. austr. Diar. 163. Ej. coll. pl. Chil. 1. N. 230. S. Ualtata Bertero mss.).

In paludosis ad „Lagunas de Quintero" Aug. Poeppig; pr. Talcaguano cel. de Chamisso. — Indigenis audit Ualtata.

Herba praealta, erecta, parum ramosa. Caules ramique alterni inanes, teretes, striati, glabri s. obsoletissime albo-tomentosi. Folia membranacea, penninervia, nervis vix subtus prominulis, primario praecipue inferne dilatato et striato, secundariis divergentibus et parallelis, glabra — obsoletissime arachnoideo-tomentosa, ex petiolatis, maximis, elliptico-triangularibus, obtusis, basi inaequali truncatis, petiolus suos planos demum glabratos longe superantibus, inaequaliter dentatis, pedalibus, $\frac{1}{2}$' latis per lanceolato-linearia, utrinque angustata in oblongo-ovata, semiamplexicaulia, cordata, longe curvilineo-acuminata, irregulariter denticulata, multo minores et fortasse quoque rariora. Panicula dichotoma, terminalis, terminata, myriocephala, sub- s. suprafastigiata, ramis inferioribus elongatis, remotis foliaque parva basi gerentibus, ulterioribus adproximatis, decrescentibus et subcymosis; squamaque angustissima basi suffultis. Capitula brevissime radiata, pedicellis suis filiformi-squamatis longiora, erecta, circiter aeque magna ac in *S. sarracenico*. Involucrum campanulatum, basi squamis paucis, laxis et angustis auctum, 1-seriale, disco brevius, foliolis oblongo-ellipticis, planis, 2‴ longis, plurinerviis, demum subglabratis, contiguis, pl. sphacelatis, latioribus margine scariosis et acutis, angustioribus acuminatis, pl. alternantibus. Rhachis planius-

cula, nuda, diametro circiter 1‴ longo. Pappus capillaris, albus, cor. disci aequalis. Corollae luteae, glabrae, disci: circiter 2½—3‴ longae, limbo cylindraceo tubum superante ab eoque distincto; radii: numerosae lingulis ellipticis, 5-nerviis, apice 3-dentatis, tubum excedentibus, 3‴ longis. Achaenia cylindracea, nitida, circiter 2‴ longa (v. sp. plura).

9. Senecio *chamaedryfolius* n. sp.

Chile; pr. Talcaguano cel. de Chamisso. (Poepp. coll. chil. II. N. 56. diar. 407.)

Herba ramosa, procumbens? glabra. Caulis striatus, atropurpureus, pede verisimiliter altior, ramis alternis, florigeris apice minus foliatis. Folia membranacea, conferta, semiamplexicaulia, obsoletissime multiplinervia, cordata, elliptica — oblongo-obovata, grosse crenata, crenis irregularibus, pl. crenula minori una pluribusve instructis, basi ipsa integerrima, glabra, glauca? (in siccis coeruleo-atra) obtusa, saepissime 1‴ longa, ½‴ lata. Capitula radiata, aeque magna ac in *S. elegante*, terminate, ramose pl. simpliciter corymbosa, nonunquam abortu solitaria, capitulis reliquis imperfectis adstantibus; pedicellis vix squama una alterave instructis saepissime brevissima. Involucrum campanulatum, 1-seriale, disco brevius, co-phyllum demum reflexum, foliolis aequalibus, glabris, linearibus, acuminatis, siccis, integerrimis, apice barbato-ciliatis, 3‴ longis, pl. alternis latioribus margineque scariosis. Rhachis nuda, plana, diametro 2½‴ longo. Corollae glabrae, luteae, disci: 3‴ longae, limbo cylindraceo a tubo distincto eumque longe superante; radii: lingulatae, semipollicares, lingulis 4-nerviis, oblongo-ellipticis, apice 3-denticulatis, tubum parum superantibus. Pappus capillaris, longus, cor. disci aequalis. Achaenia teretia, sulcata, linearia, 2‴ longa, dense papulosa, papulis viscum: pl. 3-serialem explodentibus. — *S. amplexicaulis* Kth. syn. II. p. 454 videtur

affinis, sed diversus: involucro multipartito, achaeniis glabris (v. sp. s. ∞).

10. Senecio *chilensis* n. sp.

Chile; pr. Talcaguano ill. de Chamisso; in eadem terra lectam misit quoque cel. Bertero.

Fruticulus adscendens, ramosissimus. Rami obsolete albo-tomentosi, alterni, teretes, striati, dense foliati, florigeri longe ante apicem subaphylli. Folia membranacea, uninervia, sparsa, sessilia, basi haud dilatata, angustissime linearia, integerrima, obtusiuscula, obsolete tomentosa, subtus 2-sulca, 4—12‴ longa. Capitula terminalia, solitaria, erecta, radiata, radio patente, disco 5‴ alto breviori. Involucrum 1-seriale, campanulatum, squamis angustissime linearibus, acuminatis, esphacelatis, obsoletissime tomentosis, numerosis, margine angustissime scariosis, 4‴ longis, apice barbatis. Rhachis ignota. Pappus capillaris, argenteus, cor. disci aequalis. Corollae luteae, glabrae, disci: 4‴ longae, limbo a tubo basin versus incrassato distincto, cylindraceo eumque aequante; radii: lingulatae, circiter 6‴ longae, lingulis 4-nerviis, oblongo-ellipticis, apice 3-denticulatis, tubum longe superantibus. Ovaria linearia, hirsuto-canescentia, demum subglabrata. — Differt a *Cineraria montevidensi*, cui simillimus, foliis brevioribus, semper integerrimis, multo angustioribus; ramis florigeris nonnisi basi foliatis; corollis disci longioribus earumque limbo quam tubo breviori; capitulis solitariis; foliolis frequentioribus, angustioribus (v. sp. s. 3).

11. Senecio *glaber* n. sp.

1144. Ocotea *globosa*. *Laurus globosa* Aubl. Lam. Enc. 3, p. 450. — Huic simillima differre dicitur fructu oblongo *O. turbacensis* HBK. sub nomine *Lauri lancifoliae* in WH. no. 7790. — — Floribus albis. Papantlae. Dec. florifera atque frutifera.

1145. Ocotea *mollis* HBK. 2, p. 130. *Laurus villosa* HW. n. 7796. — — Flores odoratissimi, perianthio albo. In sylvis Misantlae. Feb. sub anthesi.

1146. Laurinea arborea macrophylla, fructu *Ocoteae*. Specimen unicum mancum — Cuesta grande de Chiconquiaco reg. temp. Mart.

## LITSAEA Lam., Juss.

1147. Litsaea *glaucescens* HBK. 2, p. 133. *Laurus glaucescens* HW. n. 7771. (Humb. Acapulco.) — — In sylvis prope Jalacingo. Reg. temp. Nov. Specimen unicum florens.

## MISANTECA n. g.

Genus novum ENDIANDRAE R. Br. proximum, staminibus discretis diversae, vel hujus extima forma, mediante *Lauro triandro* Sw., staminibus subcohaerentibus, cum *Endiandra glauca* R. Br. connexum. Nec haec, nec illa ex autopsia nobis nota. *Char. gen.* Calyx carnosus, 6 dentatus. Stamina exteriora 6 abortiva; interiora tria in corpus monadelphum concreta, antheris bilocularibus extrorsis. Pistillum inclusum. Fructus *Ocoteae.* — — Arbor alternifolia; foliis exstipulatis integerrimis venosis; pedunculis terminalibus, demum axillaribus, floribus sessilibus capitatim congestis; capitulo composito (panicula contracta) bracteis caducis parvis-involucrato.

114S. MISANTECA *capitata* n. sp. *Palo misantecco* Misantlensibus et Papantlensibus. Folia breviter petiolata, subcoriacea, penninervia, integerrima, elliptica et elliptico-lanceolata, magna, 9 poll. longa, $3\frac{1}{2}$ poll. lata, basi acuta, apice acuminata, nervo, venis utrinsecus sub-12-nis venulisque reticulatis subtus prominentibus; supra glabra nitida, subtus opaca et brevissima pube tenuiter obducta. Pedunculi pseudo-terminales, duo pluresve, angulati compressique, pubescentes, longitudine sub anthesi circiter pollicis; fructiferi elongati 2 — 7 pollicares. Capitulum compositum, subternatum, multiflorum, compactum, ceraso minus, subfurfuraceo-pubescens. Bracteae subrotundae, acutae, nervo medio pubescentes, margineque ciliatae, ramos capituli suffulciunt, jam sub anthesi reflexae et evanidae. Flores parvi, sesquilineam circiter metientes, dense congesti, plures abortientes. Calyx elliptico-ovoideus, carnosus, crassus, subfurfuraceo-pubescens, sexdentatus, dentibus brevibus acutis, alternis externis latioribus, limbo sub grossificatione deciduo. Corpus monadelphum, integrum, crassum, e staminibus tribus concretis constans;

calyce majori ex parte arcte inclusum; vertice a parte styli perforatum; inclusa basilari parte pilosum; exerta parte loculos antherarum exhibens sex, foraminibus ovalibus, valvis superioribus; fossulae totidem effoetae inferiores inclusae loculis superioribus apertis exacte sunt suppositae. Rudimenta staminum sterilium sex squamiformia, cuneata, truncata, subciliata, his fossulis opposita. Germen stylusque simplex intra corpus androicum arcte inclusa latentiaque, nec stigma ex illius apicali foramine emergens. Fructus in pedunculo elongato lignescente pauci, 2—4, sessiles glandiformes, axi circiter 9 lineari. Calyx incrassatus, lignescens, limbo obliterato truncatus, drupam olivaeformem, laevem, basi styli apiculatam, ultra medium includens. — — In sylvis Misantlae Mart. cum flore et fructu. — Papantlae. Feb. spec. sterilia.

## POLYGONEAE Juss.

## POLYGONUM L.

1149. Polygonum affine *acri*. Specimina vix sufficientia. — — Ad ripam fluminis Tecolutensis prope Estero. Jan.

## COCCOLOBA L.

1150. Coccoloba *uvifera* L., HBK. 2, p. 140. Jacq. Am. t. 73. *Uva* Tecolutensium. Ad littora maris prope Tecolutam integras sylvas formans. Fructus edulis. Jan.

1151. Coccoloba *barbadensis* L., HBK. 2, p. 140. Jacq. obs. t. 8. *Uvera* Papantlensium. Papantlae Jan. — Inter Mesachica et Mapilque. Dec.

## CHENOPODEAE Juss.

## CHENOPODIUM L.

1152. Chenopodium *ambrosioides* L.? — Jalacingo. Nov. Spec. unicum.

1153.

1163. Chenopodium c viliori grege *Ch. viridis.* In cul. tis prope Jalacingo. Dec. Spec. unicum.

## AMARANTHACEAE Juss.

1154—57. Amaranthacearum species 4. Speciminibus unicis vel paucis, vix sufficientibus, reponuntur.

## PRIMULACEAE Vent. Juss.

### SAMOLUS L.

1158. Samolus *Valerandi* L. — — Prope Tecolutam. Inter Estero et Papantlam. Jan.

## LENTIBULARIAE Rich., R. Br.

### PINGUICULA.

1159. Pinguicula *lilacina* Linn. 6, p. 94? Haec flore tertia circiter parte minori, caeteris partibus paribus, imo scapo elatiori, et foliis paululum glabrioribus, vix autem aliis notis differt. — — Corolla albido-lilacina. Ad latera montium humida in graminosis Misantlae. Mart.

## ACANTHACEAE Juss.

### JUSTICIA Kunth.

*Loculis antherae alternis.*

1160. Justicia *fulvicoma* n. sp. Suffruticosa, caule ramosissimo obtuse tetragono retrorsum pubescente et canescente; foliis ovato-lanceolatis subacuminatis obtusis, basi in petiolum attenuatis, integerrimis, utrinque puberulis, nervo venisque utrinsecus 5—8 subtus prominentibus et canescenti-pubescentibus; spicis terminalibus solitariis tetragono-cylindraceis; bracteis foliaceis ovatis obtusis coloratis puberulis; corollis rectis pubescentibus. — — Folia internodiis breviora, tripollicaria, latitudine 15 lin., petiolo 6—9 lin. Spicae crassitie circiter digiti, circiter bipolli-

cares. Bracteae fulvae. Corollae sesquipollicem fere longae, flavescenti-fuscae. — — In dumetis Papantlae. Jan.

*Loculis antherae oppositis approximatis.*

1161. Justicia *callistachya* n. sp. Suffruticosa, ramis tetragonis obtusangulis glabrescentibus, foliis ellipticis utrinque acuminatis acutis integerrimis glabrescentibus, nervo venisque sublus prominentibus pubescentibus, anthuro terminali brachiato elongato praeter corollas glabras pube ferruginea adpressa pubescente, pseudo-verticillis distantibus e cymis oppositis multifloris, bractea subulata pedicellis breviore suffultis, dentibus calycinis subulatis brevibus, corolla recta, staminibus brevibus inclusis. — — Folia 8-pollicaria, latitudine 3-pollicari, petiolo semipollice breviore. Anthuro spithamaeo pedalique, ramis inferioribus oppositis binis ad summum semipedalibus bracteis parvis suffultis. Cymae 7—11-florae, pedicellis maxime elongatis semipollice brevioribus. Corollae purpureae, pollicem fere longae, calyce sesquilineam longo. — — In sylvis Misantlae. Mart.

1162. Justicia *callistachya* varietas? habitu diversa, vix characteribus ullius momenti: glabrior, foliis tenuioribus majoribus, anthuro breviori depauperato, ut in umbrosioribus educta. — — Flore pupureo, in sylvis Papantlae. Dec. Jan. Febr.

## RUELLIA R. Br.

1163. Ruellia *paniculata* L., HBK. 2, p. 194, HW. no. 11638, fol. 1 et 2. — Fol. 3 est *R. viscosa* HBK. varietas viscosior nec specie diversa. — — Corolla flava. Odor foetidus. In sylvaticis inter la Laguna verde et Actopan reg. calidissimae. Mart.

1164. Ruellia *jussieuoides* n. sp. a *R. strepente* patissimum majori ramositate diversa. Pedunculi nempe in

illa breves, in nostra elongati cymas trifloras ad altitudinem circiter caulis extollunt. Folia etiam angustius lanceolata, longius acuminata et acutiora. Similis inflorescentia *R. macrophyllae* et *ventricosae* HBK. at forma et colore florum diversa. — Cymae foliis duobus involucratae. Calyx semipollicaris, profunde 5-fidus, laciniis lineari-filiformibus. Corolla infundibuliformis, sesquipollicaris, pubescens, limbo regulari 5-lobo, lobis ellipticis. — — Herbacea, flore lilacino. Ad ripas fluminis Misantlensis prope Misantlam. Mart.

## VERBENACEAE Juss.

### AEGIPHILA Jacq.

1165. Aegiphila *brachiata* n. sp. Pube molli densa cancscente e pilis simplicibus constante calyces ramos foliaque subtus vestiente ab *A. macrophylla* HBK. (*A. latifolia* HW. n. 2831) diversa, foliisque basi angulo obtuso cuneatis nec omnino rotundatis. Rami brachiati, diffusi, obsolete tetragoni. Folia ovata, basi subcuneata obtusiuscula, antice paululum attenuata, apice in acumen angustum breve acutum contracta et producta; supra plana et laevia, nervo venisque puberulis; subtus molliter pubescentia, nervo venis venulisque reticulatis prominentibus; semipedalia longioraque, 3—3½ poll. lata, petiolo 4—4-lineari. Paniculae terminales et axillares e cymis trichotomis oppositis decussatis foliis suffultis constantes, amplissimam sistentes paniculam. Calyx obtuse quadrilobus, lobis submucronulatis. Corolla calyce dein multo longior, 5 lin. longa, glabra, tubo gracili sensim ampliato in limbum 4-partitum, laciniis ellipticis obtusis. Stamina dein longe exserta, glabra, antheris late ellipticis. Stylus apice bifidus tubum corollae fere aequans. Fructus desideratur. — — Frutex floribus albis ramis diffusis prope Estero. Jan.

## CALLICARPA L., Juss.

1166. Callicarpa *subintegerrima* HBK. 2, p. 204. *C. mollis* HW. no. 2856. — Flore albo, bacca nigra. Papantla. Dec.

## LIPPIA L., K.

132. Lippia *nodiflora* Rich.? Omnibus partibus major, luxurians caulibus adscendentibus, vix radicantibus; foliis bipollicaribus ovatis, antice argutius serratis; capitulis ovoideis, axi 5-lineari. Habitu a speciminibus humifusis microphyllis no. 132 abhorrens, vix characteribus specificis. — — Floribus albidis, ad ripam fluminis Tecolutensis prope Estero. Jan.

133. Lippia *myriocephala* n. sp. Adde: Arbor floribus albidis in sylvis Papantlae. Dec. Jan. — — Speciminibus Jalapensibus paulo magis pubescens, foliis capitulisque paulo minoribus, caeterum haud diversa.

## VERBENA Juss.

1167. Verbena *officinalis* L. An *V. spuria* L.? quae Nuttallio (Gen. of north amer. pl. 2, p. 40) mera varietas videtur. —

1168. Verbena *rugosa* L., HW. n. 11129. — In graminosis prope Jalapam. Aug. — Papantla. Jan.

1169. Verbena? species. — Specimen insufficiens. Papantla. Jan.

## STACHYTARPHETA Vahl.

1170—71. Stachytarphetae species duae commixtae. — Flore caeruleo. Papantlae. Jan.

## TAMONEA Aubl.

138. Tamonea *scabra* n. sp. fruticosa, caulibus inferne

lignescentibus. Loco natali adde: Inter Mesachica et Mapilque. Dec.

138. Tamonea *scabra* varietas *minor*, minoribus donata foliis qualuor circiter lineas longis, fructu paulo majori, brevius spinoso, altius ad spinarum basin usque calyce majori vestito; caeteris ad amussim convenientibus, novum proponere speciem nequimus. — — Fruticulosa, floribus magnis, pallide rubellis, fundo atropurpureis. Ad littora maris arenosa prope Laguna salada reg. calid. Mart.

## PETREA L.

1172. Petrea *volubilis* L. — — Frutex elegans, scandens, calyce caeruleo, corolla saturiore. Actopan. Mart.

## LABIATAE Juss., Benth.

## TEUCRIUM L.

1173. Teucrium *cubense* L. Benth! — — 24 Flore albo. In propago Papantlae frequens. Dec.

## CUNILA L.

1174. Cunila *leucantha* Kunth mss.? monente Benth. — —„Corolla infra tubulosa, supra ventricosa, extus villosa; limbo quinquelido, lacinia infima emarginata. Filamenta 4, duo inferiora fertilia exserta distantia, superiora brevia castrata." Stylus rectiusculus longitudine filamentorum longiorum. Stigma lineari-bifidum. Calyx fructifer ciliis clausus. Frutex scandens, ramis quadrangularibus, corolla alba. Odor *Menthae* ... Crescit in monte Maculteper prope Jalapam; floret Nov.

## SCUTELLARIA L.

1175. Scutellaria *purpurascens* Sw.?, HW. n. 1109? vel proxima species. Specimina manca corollis delapsis. — — Papantlae. Jan.

## PERILOMIA Kunth.

1176. Perilomia *cordifolia* n. sp. patentim pubescens; foliis ovato- et subrotundo-cordatis, e sinu in petiolum cuneatis, breviter acuminatis acutis; crenato-dentatis, longe petiolatis; racemo ebracteato terminali. Folia malvacea, in alio specimine magis ovata, 5-pollicaria, latitudine 4-pollicari, petiolo 3 — 4 pollicari; in alio latiora, 4 poll. longa et lata, petiolo bipollicari. Flores breviter pedunculati, ebracteati. Corolla coccinea, pollicem latum longa. — — 24. In sylvis umbrosis Misantlae. Mart.

## SALVIA L.

1177. Salvia *pseudo-coccineae* Jacq., HBK., HW. n. 522. (Spec. Humb. Cumana Cocolar.) — — Corolla coccinea. In dumetis Papantlae. Jan.

*Locis natal. adde:* No. 139. *S. occidentalis* Sw. Papantlae. Jan.

## HYPTIS L.

1178. Hyptis *tomentosa* HBK., *H. incana* HW. no. 10844 (sp. Humb.). — Suffrutex corollis caeruleis prope Actopan, reg. calidissimae. Mart.

1179. Hyptis *verticillata* Jacq., Poit. mém. d. mus. 9, p. 475; HW. no. 10838 (sp. Jacq.). *Yerba de negro* Papantlensium. — Stirps minime glabra. — Suffrutex florc albido ad vias prope Papantlae. Jan.

1180. Hyptis *acuta* Benth.! Pl. Chamiss. Linn. 5, p. 82. — Corolla alba. In pratis prope Mesachica reg. calid. Dec.

1181. Hyptis sp. Specimina vix sufficientia. — ⊙ Corolla coerulea. Papantlae. Jan.

## SCROPHULARINEAE R. Br.

*Locis nat. adde:* No. 163. LAMOUROUXIA *multifida* HBK. Fruticulus laxus, floribus coccineis. Inter San Miguel del Soldado et la Joya reg. subfrigidae. Nov. — — No. 168. BUDDLEA *decurrens* n. sp. Arborescens, flore flavescenti circa Papantlam. Dec. (Tomento minus floccoso adpressiori nonnihil differre videntur haec specimina a prioribus.) — — No. 170. CAPRARIA *saxifragaefolia* n. sp. Papantla, Feb. — — No. 174. HERPESTES *Monnieria* HBK. Corolla caerulea et alba. Ad ripam fluminis Tecolutensis prope urbem. Jan. — — No. 175. HERPESTES *tomentosa* n. sp. Ad littora maris arenosa propè Tecolutam. Jan. Flos caeruleus. — — No. 182. ANGELONIA *salicariaefolia* HBK. In pratis circa Mesachica. Dec.

### 1. *Rhinantheae* K.

### VERONICA L.

1182. VERONICA *peregrina* L., Linn. 2, p. 559. Specimen insufficiens. — — Prope Barriles ad ripam fluminis Tecolutensis. Jun.

### 2. *Scrophularinae* Juss., K.

### SCOPARIA L.

1183. SCOPARIA *annua* n. sp. calycibus quinquefidis. Annua, foliis lanceolatis in petiolum attenuatis inciso-dentatis lobatisve, pedunculis glabris, calycibus acutis, margine pellucidis, corolla calycem paulo superante pilis brevissimis raris ima basi coronata. — — Specimina nostra digitalia et spithamaea speciminibus uberioribus *Sc. flavae* admodum similia, diversa: caulo e radice fibrosa unico, floribus minoribus, corolla minori, corona depauperata pi-

lorum breviorum, seminibus minoribus in capsula haud minori, foliis profundius incisis sublobatis. — Calyces nonnulli inter quinquefidos observantur quadrifidi. — *Sc. flava* diagnoscenda erit: radice perenni, corollae lacinlis tertia parte calycem superantibus, pilis coronae copiosis dimidias aequantibus lacinias. — — Ad ripam fluminis Tecolutensis prope Barriles. Jan.

## STEMODIA L.

1184. Stemodia *parviflora* Ait. Linn. 3, p. 6. — — Ad ripam fluminis Tecolutensis prope Barriles. Jan.

## RUSSELIA Jacq.

1185. Russelia *multiflora* Curt. bot. mag. no. 1528. Folia nostris speciminibus utplurimum verticillata terna, sic ut saepius plantae cultae. Foliis subcordatis brevioribus latioribus *R. floribunda* HBK.; foliis ovato-lanceolatis longioribus angustioribus *R. multiflora* Curt. paulum differre videntur. — — Vix suffruticosa, floribus coccineis, prope Papantlam. Dec.

1186. Russelia *syringaefolia* n. sp. fruticosa, scandens, glabrescens, ramis tetragonis acutangulis, foliis oppositis breviter petiolatis cordatis ovatis acuminatis acutis mucronulatis, laciniis calycinis ovatis acuminatis acutis brevibus, capsula ovata acuta calyce basi amplexa. — — Folia adulta $2\frac{1}{2}$—3 poll. longa, $1\frac{1}{2}$—2 lata, pergamenta. eca; firmia, supra nitentia et glaberrima, nervo venisque primariis utrinsecus subquinis impressis, iisdem subtus prominentibus; levitor reticulato-venosa, margine reflexa. Puncta impressa inferioris paginae in *R. floribunda* et *multiflora* insignia, in hac specie minus in conspectum veniunt. Petiolus sesqui- el trilinearis, crassus, pubescens, linea stipulari pubescente cum opposito connexus, pube in costam et venas folii vix adscendente. Cymae

terminales et axillares multiflorae, more generis breviter pedunculatae, dimidiumque folium subaequantes, ramis pedicellisque pubescentibus, calycibus glabrescentibus. Corolla 8 lineas longa, coccinea, fauce et infra faucem uberius barbata. Capsula cum basi calycis fere semipollicaris, acuta, septicide dehiscens, valvis serius bifidis. Semina quam in caeteris inspectis speciebus paulo majora, pili autem placentae paulo breviores, qui pili genericum immerito neglectum characterem praebent, firmiorem quam barba corollae in *R. equisetiforme* certe congenere deficiente. — — Frutex scandens, corolla coccinea. Papantla. Dec.

1187. Russelia *equisetiformis* n. sp. suffruticosa, ramosissima, virgata, subaphylla, glabra; ramis verticillatis senis-ternis et sursum oppositis, saepius geminatis, angulatis, angulis prominentibus; floribus in apicibus ramulorum oppositis, terminali abortivo, pedunculatis; laciniis calycinis triangularibus acutis; corolla fauce imberbi; capsula globosa calyce ipsa augustiori suffulta. — — Specimina nostra tripedalia, supera caulis pars crassitie pennae corvinae, vix anserinae. Caulis junior simplex, 12—8-angulatus, foliis verticillatis senis quaternisve ornatus. Folia illi petiolata, elliptica, acuta, grosse rariter serrata, quatuor circiter lineas longa. Serius evolvuntur rami axillares caduntque folia, petiolis squamiformibus superstitibus. In apicibus adultae plantae folia hinc inde observantur minora, angusliora, magis lanceolata. Pedunculi semipollicares. Calyx sub anthesi parvus. Corolla 6 lineas longa, coccinea, genitalibus (staminibus longioribus et stylo) corollam aequantibus, Capsula diametro transverso trilineari, calyce paulo aucto at ipsa angustiori suffulta, parte styli apiculata, bilocularis, septicide et fere simul loculicide dehiscens stylo quadrifisso, placenta centrali demum libera. Semina minuta, ovalia, verruculosa,

dilute brunnea, inter pilos albidos, longos, e spermophoro ortos, loculamenta capsulae farcientes, nidulantia. — — Suffruticosa, corolla coccinea, formâ Equiseti. In apricioribus Papantlae. Dec.

### 3. *Orobancheae.*

## OROBANCHE L.

1188. Orobanche *americana* L. HV. n. 1160ł. *Conopholis americana* Wallr. 78. — — In sylvis umbrosis Jalapae. Mart.

## SOLANEAE Juss.

*Locis natal. adde:* No. 187. Nicotiana *plumbaginifolia* Viv. Ad ripam fluminis Tecolutensis prope San Pablo. Jan. — 200. Solanum *obtusifolium* Dun. fruticosum, corolla azurea, prope Colipam. Mart. — 204. Cestrum sp. San Pablo. Jan. (*C. dumetorum* n. sp. nunc dicta.)

## PHYSALIS L.

1189—91. Physalis sp. tres. Fruticosa una, calyce fructifero nigro. Papantla. Jan. — Annuae duae, altera: corolla obscure purpurea, prope Papantlam. Dec. — Altera: bacca coccinea eduli. Papantlae. Dec. Jan.

## SOLANUM L.

1192. Solanum sp. e contubernio *S. tomentosi* L. et *hybridi* Jacq. ħ. Flore lilacino, prope Papantlam. Jan.

1193. Solanum *lanceaefolium* Herb. Willd. no. 4407 (specimen Bredemeyeri e Martinicae saltubus floriferum) an Jacq.? — Specimina nostra fructifera, fructu aurantiaco cerasum minorem aequante. Aculei in caule, petiolis et in costa media subtus frequentes, uncinati, aculeis Ruborum similes. — In sylvis Papantlae. Dec.

## CAPSICUM L., Gaert.

1194. Capsicum spec. frutescens *Chiltepin* *) Papantlensium. An *C. frutescens* L. Pedunculis solitariis fructiferis erectis, fructu ovoideo obtuso (axi 5 circiter lineas longa), ramis hirto-subvillosis scabridis. — Spontaneum Papantlae. Jan.

## CESTRUM L.

1195. Cestrum glabrum, racemis axillaribus folio ex ovato-lanceolato paulo brevioribus. Specimina fructifera vix sufficientia. — — Prope Jalapam. Aug.

## BORAGINEAE Juss., Cham. Linn. 4, p. 435.

*Locis nat. adde:* No. 211. Heliotropium *inundatum* Sw. floribus albidis ad ripam fluminis Tecolutentis prope San Pablo. Jan. (Specimina vegetiora, foliis majoribus.) — 213. Cordia *dentata* Vahl. Actopan. Mart.

## TOURNEFORTIA L.

1196. Tournefortia *hirsutissima* Sw., HW. n. 3426, HBK. 3, p. 63. — *Ehretia cymosa* HW. n. 4529 et *Cordia pellita* HW. n. 4580 (sub utroque nomine spec. Humb. Cumana). — Species drupa tetrapyrena, pyrenis monospermis. — Fruticosa, scandens, flore albo odoratissimo. In dumetis Papantlae. Jan.

## BEURRERIA Jacq., Gaert. fil.

1197. Beurreria *exsucca* Jacq. am. p. 45, t. 173, f.

---

*) Herandez loquens de *Chilli* s. Pipere Indico siliquoso haec profert p. 135: Secundum genus *Chiltecpin*, a culicibus, quos parvitate et colore videntur imitari, ab aliis vocatur *Totoquitlatl*, quod est passerinum stercus ob parvitatem et colorem, ab Haitinis vero (ut audio) *Huaraluae* etc.

17, HBK. 3, p. 52, HW. n. 4531 (spec. Humb.). — Corolla alba. In ipso pago Actopan unicam stirpem observavit Schiede Mart.

## CORDIA L.

1198. Cordia *macrocephiala* HBK. 3, p. 61, HW. n. 4542. (*Varroniae* L. species inflorescentia capitata globosa.) — Capitula florum speciminibus nostris minora quam specimini laudato et quam describuntur, ceraso vix majora; caetera conveniunt. — Prope Actopan reg. calid. Mart.

## CONVOLVULACEAE Juss.

*Locis natal. addc*: No. 221. Convolvulus *apocynoides* n. sp. Papantla. Jan. — 223. *C. arenarius* Vahl. Ad littora maris arenosa prope Tecolutam, flore albo. Jan.

## CONVOLVULUS L.

1199. Convolvulus *sagittifer* HBK. 3, p. 79. (*C. havanensis* Hb. W. n. 3658 specim. Humb. c. sched. autogr. Humb. „Caraccas", hinc *C. caracasanus* Schldl. pat. in Hb. W, l. c.) Planta mexicana recedit ab antillana: foliorum lobis sinus basalis minus productis, sinuque ipso paulo minus dilatato, nervo venisque fere omnibus cum petiolo puberulis (nec rete vasculoso fere glabro, petioloque ad insertionem folii inprimis densius pubescente). — C. fruticosus flore aureo Papantla. Jan. 29.

1200. Convolvulus *multiflorus* HBK. 3, p. 78. (*C. proliferus* Hb. W. n. 3698 — fol. 1. planta Humboldtiana in adjecta schedula autographa „Convolvulus, Caracas" — fol. 2. schedula a beato possessore scripta „Convolvulus lignosus scandens, cult. in Teneriffa.") Planta mexicana scandens „fruticosa flore albo" omni nota cum utroque Willdenowii specimine exacte convenit. Kunthius plantae Humboldtianae insulam Cuba prope Havanam patriam

tribuit, *C. sidaefolium* vero valde affinem ex Bonplandii auctoritate cultum in hortis Novae Andalusiae pr. Cumanam et insulae Teneriffae prope Oratavam nuntiat, atque ex Mari pacifico in hortos Anglorum prius migratum dein a Bonplandio in hortos Cumanenses egressum declarat. In herbario Willdenowiano ubi sub nomine *C. laevicaulis* (no. 3705) prostat, adjecta est schedula autographa Bonplandii: „Brum. An. 9. Cumana no. 1226. pl. de la mer du Sud." Ne confusio oriatur, sedulo in patriam harum specierum erit inquirendum quae tantopere affines sunt, ut *C. sidaefolius* praeter pubescentiam, foliis rotundioribus profundius et angustiori sinu cordatis robustiorique habitu vix possit discerni. — C. fruticosus flore albo. Papantla Dec. 28.

1201. Convolvulus? species foliis cordatis integerrimis. Specimina haud florentia Papantlae Febr. 29 lecta hoc modo signantur „Convolvulacea cujus succus lac *Castilloae elasticae* coagulare dicitur." Specimen florens mancum, quod ex foliis cum illis conjungendum foret, signatum „Convolvulus flore albo. Papantla Dec. 28", insigne flore plus quam semipedali.

1202. Convolvulus? sp. foliis septemfidis, specimen nimis mancum, omni fructificationis parte orbum. — C. fruticosus fructu magno. In dumetis Papantlae Jan. 29.

## IPOMOEA Auct.

228. Ipomoea *funis* (Linn. 5, p. 118)? — Haec nova a nobis proposita species medium tenet inter *Ip. coccineam* et *hederaefoliam*. Ab *Ip. coccinea* magis diversa: statura robustiore, corollis calycibus corollisque majoribus, foliisque interdum trilobis quamplurimum integris. Specimina, quae nunc recensemus, ab illis *Ip. funis* ad fundendam speciem adhibitis in eo differunt, quod folia profunde sint triloba (iis *Ip. hederaefoliae* similia), cymae

longissime pedunculatae (pedunculo pedali), octies usque bifidae s. dichotomae (altero ramo, ut mos est, saepe non evoluto, deficiente); calyces capsulaeque minora (corollas non habemus). Quorum speciminum hinc major cum *Ip. hederaefolia* affinitas, quacum fors melius una cum *Ip. funi* esset inter varietates enumeranda, nam neque in pubescentia neque in foliorum forma nec in sepalis ulla potest quaeri differentia. Attamen dubium servamus, quum haec specimina fruticosa nominentur, corolla ringente fuscescente, et *Ip. hederaefolia* sit planta annua, corollis coccineis. — Ipomoea cor. ringente fuscescente. ħ. pr. Colipam Mart. 29.

## HYDROLEACEAE R. Br.

*Locis natal. adde:* No. 235. Hydrolea *spinosa* prope Mesachica. Dec.

## WIGANDIA Kunth.

1203. Wigandia *macrophylla* n. sp. Herba more generis urens, caule biorgyali paniculato, spicis scorpioideis geminatis ex toto ebracteatis, floribus coeruleis sessilibus, subalari breviter pedunculato. Caules, rami, petioli, inflorescentia, calyces pilis urentibus erecto-patulis niveis canescunt; alabastra (corollae extus) inferaque foliorum pagina tomento sublanuginoso brevi molli nivescunt; supera foliorum pagina viridis, calloso-scabridohispidula, pilis brevibus rigidis. Folia elliptico-ovata, basi cordata, grosse duplicato- vel triplicato-dentata, dentibus breviter acuminatis, pennivervia, reticulato-venosa; venis primariis patulis utrinsecus 7—9 nervoque supra impressis et juniori saltem aetate canescentibus, subtus prominulis calvescentibus; inferiora 15-pollicaria, latitudine pedali, petiolo crasso, supra canaliculato quadripollicari; superiora minora, pedalia semipedalia; unum

alterumve infra inflorescentiam nudam sesquipollicare pollicareve subsessile spicas abortivas in axilla fovet. Calyx quinquepartitus, laciniis anguste linearibus acuminatis acutis $4\frac{1}{2}$ lineas longis. Corolla infundibuliformis, subrotata, laciniis ovatis obtusis, expansa diametro pollicari, interiori tubo a parte filamentorum hispida, extus subsericeo-canescens. Filamenta infra faucem inserta retro-hispida, subulata, laciniis corollae breviora. Antherae generis sesquicirciter lineas longae. Styli calycem staminaque superantes inferne cum germine hispidi, sursum incrassati glabri, tenuiter clavati. Germen sub incipiente grossificatione dissectum uniloculare; dissepimentum medio interruptum in lamellas placentiferas divisum. Fructus maturus desideratur. — *W. caracassana* HBK. (*Hydrolea mollis* HW. n. 5460) laciniis calycinis dimidio fere brevioribus minusque acutis, corollis paulo minoribus et nitore aeneo pilorum lutescentium differt. — *W. urens* HBK. (*Hydrolea urens* HW. n. 5459) ingenti hirsutie horrida, corollis gaudet duplo fere majoribus longius tubulosis. — *W. crispae* HBK. tribuuntur spicae solitariae, filamenta glabra et caet. — — Prope Sepillo ad flumen Tecolutense. Febr.

## BIGNONIACEAE Juss.

### BIGNONIA Juss.

1204—5. Bignoniae? duae, fructu deficiente quo ad genus recognoscendae. *Altera* foliis ternatis binatisve cum cirrho terminali integerrimis glabris, inflorescentia racemosa, calycibus sulcatis pubescentibus. — Scandens, flore purpureo. Inter Laguna verde et Actopan regionis calidissimae. Mart. — — *Altera* foliis quinatis, foliolis grosse crenatis stellato-pulverulentis, corymbo terminali, calycibus ferruginco-tomentosis. Mart.

## TECOMA Juss.

1206. Tecoma *stans* Juss. HBK. 3, p. 112. — *Bignonia stans* L. HW. n. 11470. — — Arborescens Papantlae. Jan.

## CRESCENTIA L.

1207. Crescentia *aculeata* HBK.? 3, p. 123. — *Quauhxilotl* Hernandez p. 90. *Guajiloto* Mexicanorum. *Chote* Papantlensium. Rami nunc aculeati nunc inermes. Calyx infra nec supra fissus. Corolla virescens. Fructus oblongus costatus. Flores in ramulis terminales nec non e trunco erumpentes. Papantlae. Febr.

Quae supersunt in sequenti fasciculo.

# PLANTARUM MEXICANARUM

A CEL. VIRIS

# SCHIEDE ET DEPPE COLLECTARUM

RECENSIO BREVIS.

AUCTORIBUS

D. DE SCHLECHTENDAL ET AD. DE CHAMISSO.

---

ADDENDA.

---

## POLEMONIACEAE Juss.

### HOITZIA Juss.

1208. HOITZIA *aristata* HBK. 3, p. 128. Specimina nostra foliis carent; bracteis solummodo ornata flores fructusque involucrantibus. — Inter Laguna salada et Actopan regionis calidae. Mart.

1209. HOITZIA *nepetaefolia* n. sp. Herba erecta tri- et quadripedalis, habitu Labiatae cujusdam gracilioris et elegantioris. Radix exigua, ramosa et fibrillosa, ramis horizontalibus palmaribus vix dodrantalibus. Caulis strictus, tenuis, firmus, teres, ad nodos paululum compressus; inferne simplex, denudatus et glabrescens; sursum ramis e quovis nodo pseudo-oppositis instructus, patulis, iterum ramuliferis. Caulis sursum, rami, bracteaeque exteriores puberula. Internodia sesqui- et bipollicaria. Folia cau-

lina e cuneata integerrima in petiolum attenuata basi ovata, acuta, serrata, serraturis acuminatis acutis, vix manifeste cuspidatis; membranacea, discolora, subtus pallidiora, nervo venisque utrinque leviter prominulis; glabrescentia petiolari parte pube caulis ciliata, quae pubes et in costam mediam excurrit. Majora cum petiolo pollicem sunt longa, vix semipollicem lata; summitates versus minora fiunt in lanceolatam transeuntes formam, serraturis rarescentibus subintegerrima. Flores purpurei, in siccis etiam laete caeruleo-purpurascentes, magnitudine et specie florum *Lythri Hyssopifoliae* apices ornant ramorum ramulorumque abbreviatorum, axillares, alterni, breviter pedunculati et subsessiles solitarii, aproximati, laxe congesti, bracteis quisque 4—5 involucratus. — Pedicelli et pro ramis tertii ordinis possunt haberi floresque pro terminalibus. Foliolum florem suffulciens bracteis vix majus. Bracteae lanceolatae, integerrimae et apicem versus pauciden-tatae, apice dentibusque cuspidatis; interiores inferne lateribus hyalinae, dorso et apice virides, calycem quem stipantur paululum superantes. Calyx tubulosus, duas lineas longus, quinquefidus, hyalinus; laciniae lanceolatae, acuminatae, acutae, nervo excurrente cuspidatae, saepe nervis accessoriis tenuioribus eodem modo utrinsecus unidentatae; nervi et apices virescentes. Corolla quinque lineas circiter metiens, tubo calycem superans, limbo patente, laciniis ellipticis integerrimis glabris. Genitalia glabra, subaequalia, exserta, longitudine circiter laciniarum corollae; stigma trifidum, laciniis paululum incrassatis patulis. Capsula ellipsoidea, mutica, calycem implens, hyalina, ex toto loculicide trivalvis, spermophoro centrali demum libero, semina in quovis loculo pauca (1—3), brunnea, mucilagine quasi alata. — — In pratis inter Misantlam et Colipam. Febr.

## GENTIANEAE Juss.

*Locis natal. adde:* No. 250. Spigelia *Humboldtiana.* Flore albo in sylvis Papantlae. Dec. Inque sylvis umbrosis inter Cuapa et Mesachica. Dec.

## LEIPHAIMOS n. g.

Flos pentamerus. Calyx parvus, ad medium partitus, laciniis lanceolatis acutis. Corolla tubulosa, infundibuliformis, marcescens, laciniis limbi brevibus ovato-triangularibus acutissimis. Antherae biloculares, sagittatae, in fauce corollae brevissimis insidentes filamentis. Ovarium lanceolatum in stylum attenuatum simplicem, stigmate subpeltato subbilabiato terminatum. Capsula lanceolato-ellipsoidea, tubo corollae brevior, unilocularis, bivalvis; valvulae intus ad margines pilosae (spermophora?), basi et vertice tenaciter cohaerentes, medio dehiscentes marginibus revolutis; hinc capsula seminibus dispersis annularis. Semina scobiformia, tenuissima, minutissima, numerosissima, straminea, in capsula dehiscente congeriem pilorum simulantia. — — Herba parasitica, aphylla (foliorum loco squamulae triangulares, acutae, erectae, adpressae, tenuiter membranaceae, pellucidae), colore *Hypopityos*, habitu et inflorescentia *Erythraeae*. Genus dehiscentia capsulae et seminibus insigne.

1210. Leiphaimos *parasitica* n. sp. unica sui generis species. Specimina florentia pauciflora, subtriflora, bi- et tripollicaria; fructifera sexpollicaria, caule simplicissimo, inflorescentia cymosa terminato, internodiis circiter octo, inferioribus minoribus. Cyma maxime evoluti cum floribus alaribus bis bifida, ramis erectis abortu alterius ramuli simplicibus quadrifloris. Caulis gracilis, obsolete tetragonus, lineis elevatis quatuor obsoletis notatus, in aliis teretiusculus laevisque videtur. Flores subsessiles, pedicello

obconico brevissimo. Corolla tres lineas longa; capsula axi bilineari, post dehiscentiam annularis diametro sesquilineari. Planta ex toto glabra. — — Perpauca specimina in arbore putrido sylvae Papantlensis. Dec.

## LISIANTHUS L.

1211. Lisianthus *exaltatus* Lam. Varietas *albiflora*. Vix propria species, genuino *L. exaltato* vegetior, herba minus glauca, flos albus, magis expansus. — — Ad rivulos Papantlae. Jan.

1212. Lisianthus *nigrescens* n. sp. Herba annua biennisve, vegeta, ramosa, glabra. Caulis et rami teretes, laeves. Folia (ramorum sterilium) semiamplexicaulia, ex ovata auriculis rotundatis amplectente basi lanceolata, acuminata, acutissima, supra laete viridia, plana; subtus pallidiora, nervo venisque utrinsecus binis arcuatis prominulis; extimo margine diaphana, an carnosula?, internodiis longiora, sexpollicaria, latitudine fere bipollicari. Panicula ampla, laxiflora, cujus rami 3—4-pollicares, internodiis aequales, foliis minoribus sessilibus margine angusto connatis nec amplectentibus suffulti, cymas gerunt trifloras, bisbilidas imo magis evolutas; ramus alter extimorum bifurcationum saepe abortit; folia vel bracteae eas suffulcientia setacea, minima, obsoleta. Flores longiuscule pedunculati, pedunculo semipollicari et (floris alaris) pollicari. Calycis profunde 5-partiti laciniae anguste-lanceolatae, acuminatae, acutissimae, nervosae; margine hyalinae, quinque lineas circiter longae. Corolla nigrescens! marcescens, infundibuliformis, fere sesquipollicaris, laciniis limbi ellipticis acuminatis acutissimis vix tres lineas longis. Filamenta inferne quartae circiter parti altitudinis corollae inserta, filiformia, laciniis corollae paulo breviora nec omnia exacte aequalia, stylus simplex, filamentis similis, iisdem longior, corollam superans, stigmate capitato subpeltato termina-

tum. Capsula ellipsoidea longitudine calycis. — — In sylvis Papantlae. Dec.

1213. Lisianthus *saponarioides* n. sp. herbacea. Caulis ramosus, inferne teretiusculus, obsolete tetragonus, leviter scabridus; sursum lineis quatuor elevatis magis minusve scabridis obsolete notatus, quae lineae in cymiferis et ipsius inflorescentiae ramis optime conspiciuntur. Folia subsessilia, ovato-lanceolata, acuminata, acuta; margine paulum scabrido (in siccis) reflexo; infera pagina pallidiori, costa media prominula notata, venis utrinsecus binis immersis; basi in petiolum brevem angustata; petiolis linea elevata recta connexis, intra quam vaginula intrafoliacea truncata, membranacea, albida caulem vel ramum cingit. Folia caulium sterilium maxima, internodiis longiora, lanceolata magis et basi longius attenuata, quinque-pollicaria, 14 lineas lata; caulium fertilium minora, internodia subaequantia, ovata magis basique rotundata, $2\frac{1}{2}$ pollices longa, 11 lineas lata. Inflorescentia: cymae compositae, subdensiflorae, convexae, subfastigiatae, diametro pollicari et fere tripollicari; terminalis et axillares pedunculatae patulae e superioribus nodis. Earum rami primarii ter circiter dichotomi cum floribus alaribus, foliis ipsos superantibus suffulciuntur; rami ramulique calycibus breviores; flores subsessiles; foliola calycis subaequantia minoraque bifurcationes subtendunt; flores extimi laterales bracteolis pusillis squamiformibus acutis binis ornantur. Calycis quinquepartiti laciniae lanceolatae, acuminatae, acutae, dorso carinato virides, lateribus hyalinae, tres circiter lineas longae. Corolla marcescens alba, hypocrateriformis, tubo tertia circiter parte calycem superans; laciniis limbi patentibus ovatis acuminatis acutissimis duas circiter lineas longis. Genitalia glabra, exserta, aequalia, laciniis corollae paulo breviora; filamenta interiori fauci apice calycis altius inserta; stylus filiformis, stigmate peltato terminatus;

capsula ellipsoidea ovoideave calycem paulo superans, nervis setaceis fibrosis rigidis stramineis tubi corollae marcescentis quasi vestita. — — Ad margines sylvarum Papantlae. Jan.

## APOCYNEAE Juss.

*Locis natal. adde:* No. 257. Oxypetalum *riparium* HBK. fruticosum, scandens, flore flavescente. Misantla. Feb. — 259. Cynanchum *lanceolatum* HBK. (sterilis) fruticosum, scandens. Papantla. Dec. —

### *II. Verae.*

### CERBERA L.

1214. Cerbera *Thevetia* L., HW. n. 5116. — — Arborescens, flore aureo, Papantla. Jan. — Inter Vera Cruz et Puente del Rey. Jul. — Hacienda de la Laguna fructus.

### TABERNAEMONTANA L.

1215. Tabernaemontana *laurifolia* L., Sw.! in HW. no. 5191.

### RAUWOLFIA L.

1216. Rauwolfia *nitida* Jacq.? HW. n. 5094, *R. psychotrioides* HBK. 3, p. 181, *R. viridis* HW. f. 1 et 2. Specimina laudata nervis foliorum magis minusve ciliatis imo nudis, et inflorescentiis pubescentibus et glabrescentibus ludunt, nec concordant hoc respectu dicta auctorum. — Ludunt et nostra specimina, uberiori saepius pube ornata. Folia illis semper minora, tripollicaria, pollicem lata, elliptico-lanceolata, acuminata; inflorescentiae brevius pedunculatae inferiores ornant verticillos, gemmis terminalibus citius evolutis. Habitus omnino *R. ternifoliae* HBK. l. c.

(*R. ligustrinae* HW. no. 5097) quae absoluta glabritie et foliis minoribus differre videtur. Folia aut quaterna aut terna vix characterem praebent specialem. A nostra differt *R. heterophylla* HW. n. 5098 (frustula tantum) foliis subtus pubescentibus. — — Flore luteo, fructu nigro. Papantlae. Jan.

## JASMINEAE Juss.

### FRAXINUS L.

1217. Fraxinus *Schiedeana* n. sp. — *Fagara dubia* HW. n. 3043 (spec. sterile Humb. ex hort Mexic.) R. S. mant. 3, p. 288. — — Arbor glabra. Folia cum impari trijuga; foliola sessilia, lanceolata, obtusiuscula, integerrima aut antica parte denticulis antrorsis paucis obsolete serrata, margine reflexo; impar paulo longius, basique longius attenuatum; omnia chartacea, supra nitida, subtus pallidiora opaca et nervo prominente notata, venis irregularibus utrinsecus subternis tenuibus; rachis cum petiolo supra canaliculata, marginata, subulata, marginibus apicem folii versus magis conspicuis, ad pinnarum insertionem quasi articulata et flexuosa. Folium cum petiolo pollicari foliolo terminali maxime evolutum vix quatuor pollicibus longius, foliolis pollicaribus sesquipollicaribusque dimidio pollice angustioribus, terminali ad summum bipollicari. Rami tetraquetri, gemma apicali nuda. Samara sublinearis, ala antice vix dilatata, apice elliptica obtusa, mucronulata, mucrone saepe obliquo; monosperma; 8 lin. longa, vix sesquilineam lata. Semen generis pendulum, albuminosum, embryone axili, caeterum immaturum partibus haud discernendis. — Willdenowius loco citato verosimiliter e Schedulis Bomplandianis: „Calyx profunde quadripartitus, minimus, persistens. Cor. — Stam. — Germen ovatum acutum, compressum; stylus unicus longitudine germinis. Stigmata duo incrassata. Arbor 1 — 2-orgyalis. Comae

lanceolata. Folia opposita imparipinnata, 4-juga. Flores minuti. Floruit prima vice in horto mexicano." — — Prope Hacienda de la Laguna in calidioribus. Oct. fructifera.

## SAPOTAE Juss.

### BUMELIA Sw.

1218. Bumelia *ferox* n. sp. Frutex omnibus partibus glaberrimus, ferox, ramis validis flexuosis, ramulis alternis patentibus spinescentibus, epidermide laevi fusco-cinerascente. Folia coriacea, glaucescentia, breviter petiolata, cuneata, obtusa; forma ludentia spathulata, lanceolato-elliptica et obovata, longitudine 14 lineari sesqui- et bipollicari, latitudine semipollicari et pollicari, petiolo duas circiter lineas longo; costa media folii subtus prominula, venae immersae vix conspicuae. Flores in axillis foliorum glomerati, pedunculati, pedunculis unifloris 1 — 3 lineas longis. Flos glaber, duas circiter lineas metiens; laciniae calycis ovatae, obtusae, margine membranaceae, inaequales; laciniae corollinae calycem paulo superantes erosocrenulatae. Squamae geminae ad basin laciniarum, lanceolatae, acutissimae, subdentatae. Stamina corollam aequantia, squamis interjectis spathulato-lanceolatis, margine dentato-lacero. Stylus exsertus. Germen quinque-loculare, loculis uniovulatis. Fructus? — — Floribus albidis prope Tecolutam. Jan.

### ACHRAS Juss.

1219. Achras *Sapota* L. *Chicozapote* Papantlensium. In sylvis Papantlae.

Sapoteārum? arborearum plurium specimina exstant sterilia. Incertas enumeramus nominibus incolarum nobis traditis:

1220. *Zapote Mammey* Papantlensium. — (An *Lucu-*

*ma Bonplandii* HBK. 3, p. 188. *Achras mammosa* HW. n. 6900?) — Papantla. Jan.

1221. *Zapote Cabello* Misantlensium et Papantlensium. — Misantlae. Feb. flore et fructu ignotis.

1222. *Zapote blanco* Papantlensium, non Jalapensium. — Papantlae. Jan. *)

1223. *Mante* Papantlensium. An diversa a *Zapote blanco?* — Papantlae. Jan.

1224. *Altera quinta* species schedula caret.

1225. *Zapote domingo* Colipensium. Arbor habitu *Magnoliae grandiflorae.* (An *Mammea americana* L.? e *Guttiferarum* ordine.) — Prope Colipam. Mart.

## MYRSINEAE R. Br.

### ARDISIA Sw.

1226. Ardisia *escallonioides n. sp.* Frutex glaber. Panicula terminalis e racemis erectis subdensiflоris constans, pyramidata; speciem prae se fert *Escalloniae.* Folia vix petiolata, cuneato-obovata, acumine obtuso brevi subconfluente terminata, integerrima, discolora, subtus pallidiora, caeterum substantia, venarum decursu, consistentiaque papyracea foliis specierum affinium simillima. Maxima cum petiolo 4-pollicaria, latitudine sesquipollicari. Flores pentameri, diametro quatuor circiter linearum, pedunculo sesqui- et trilineari, intervallum florum circiter aequante. Bacca globosa, nigra, diametro sesquilineari, suffulta calyce fere aequilato, cujus laciniae ellipticae, obtusae, membranaceo-pallide marginatae. — — Flore albo in sylvis Papantlae. Dec. florifera et fructifera.

1227 — 28. Ardisiae species duae. Specimina pauca

*) Non est *Casimiroa* Llavé et Lexarca, quae eodem nomine gaudet vernaculo.

vix sufficientia. — Altera Metapalco Dec. — Altera floribus purpurascentibus in sylvis Misantlae. Mart.

## JACQUINIA Juss.

265. Jacquinia *macrocarpa* Cav., HW. n. 4497. „Frutex foliis pungentibus, fructu aurantiaco insipido, floribus ignotis. In dumetis Papantlae Jam." — Ludit foliis majoribus et minoribus; maxime evoluta quatuor pollices latos superant. Bacca aurantioides, aurantiaca, calyce persistenti suffulta, obovoideo-sphaeroides, subglobosa, axi 9 circiter lineas metiente; vertice mucrone pungenti munita, unilocularis, polysperma, placenta carnosa centrali, seminibus imbricatis. Semen atrofuscum, nitidulum, tenuiter reticulatum, ovoideum, obcompressum, hilo faciali lanceolato-lineari pallide fusco, majori diametro tres ad summum lineas metiente. Albumen subcartilagineum, subpellucidum. crassum. Embryo orthotropus, rectus, hilo parallelus, rectus, tenuiter cylindraceus, albus, medio albumini immersus; radicula longissima; cotyledones parvae, plano-convexae, plumula inconspicua. — A. d. Ch.

## STYRACINAE Rich.

## SYMPLOCOS L., l'Herit.

266. Symplocos *coccinea* HB: plant. aeq. 1, t. 52, HBK. 3, p. 202, HW. n. 14383! Varietas *Schotschiquauhitl* Mexicanorum i. e. *arbor florida*. Frutex pulcherrimus, floribus roseis. — — Ob folia his speciminibus integerrima vestigiis crenularum conspicuis nullis, novam credidimus habere speciem; collatio speciminis laudati identitatem sistit; descriptionem addere nostram haud pigebit. — Floribus solitariis sessilibus. Ramuli novelli, petioli, costa media folii subtus hirtella, pilis per inferam ipsam paginam rarescentibus sparsis; extrorsa bracteārum pagina, dorsalis pars laciniarum corollinarum, ovarii supera pars cum

infera styli parte hirsuta; calyx extus hirsutissimus, hirsutie basi intra bracteas uberiori laxiorique; pilis longiusculis rigidis antrorsis albidis subsericeis; reliquae partes glabrae. Folia elliptica, maxime evoluta in obovatam ludentia formam, breviter acuminata, breviter petiolata, basi nunc obtusa nunc acuta; membranacea, supra plana et laevia, nervo venisque primariis utrinsecus 6—8 leviter impressis; subtus pallidiora, reticulato-venosa, nervo et venis brunnescentibus omnique rete vasculoso prominulis; cum petiolo trilineari 4-pollicaribus, latitudine ad summum bipollicari. Flos expansus diametro pollicari vel 15 lineari. Bracteae imbricatae (5—6) deciduae, ovatae, late ellipticae, suborbiculatae, semper obtusae, interiores majores longitudine fere calycis. Calyx 5 circiter lineas longus, 5-partitus laciniis elliptico-lanceolatis obtusis. Laciniae corollinae numerosae (20), elliptico lanceolatae, obtusae, 6—8 lineas longae. Stamina monadelpha; filamenta filiformia, crassiuscula, apice subulata; antherae minutae. Stylus a crassiori hirsuta basi attenuatus, stigmate 5-lobo terminatus. Genitalia laciniis corollinis breviora. — — Cuesta grande de Jalacingo regionis calidioris. Dec.

## ERICEAE Kunth.

### VACCINIUM L.

1229. Vaccinium *novum* e speciminibus fructiferis floribus destitutis, haud rite describendum. Frutex erectus, ramosissimus, sempervirens, glabrescens, racemo, pedunculis, petiolo et costa foliorum supera facie puberulis; foliis subcoriaceis reticulato-venosis, nervo venisque utrinque levissime prominulis, lanceolatis (l. ovato-lanceolatis), acutis, adpresse serrulatis, apice serraturisque calloso-mucronulatis, breviter petiolatis, pagina in petiolum decurrente; ramis fructiferis subaphyllis, racemis elongatis erectis, baccis globosis umbonatis vertice dentibus cu-

lycinis 5 minutis cinctis nutantibus parvis, seminibus granulatis. Folia bipollicaria, 9 lineas lata, petiolo 3 lineari. Racemi 2—3-pollicares; pedicelli circiter trilineares; bacca diametro circiter bilineari. Bracteolae lineares acutae pubescentes caducae (paucae superstites) pedunculos suffulciunt iis multo breviores. Calyx basi bracteolatus fuisse videtur. — — In sylvis prope Jalacingo. Dec.

## GAULTHERIA L.

1230. GAULTHERIA *odorata* HBK. 3, p. 223, HW, no. 8296. — Non diversa videtur *G. scabra* HW. n. 8295. — (Foliis latioribus profundius cordatis paululum differre videtur *G. cordata* HBK., HW. n. 8297, quae certe proxima.) — — Ludere videtur hirsutie et scabritie; racemi saepius hirsuti in aliis speciminibus glabrescunt. — — Floribus purpureis. Cuesta grande de Chiconquiaco. reg. temp. Mart.

## ANDROMEDA L.

1231. ANDROMEDA *ferruginea* Ait., HW. n. 8272. — — Inter Cruz blanca et Jalacingo. Nov. fructifera.

## CAMPANULACEAE Juss.

*Locis natal. adde:* No. 272. CAMPANULA *perfoliata* L. Jalacingo. Nov. — 274. LOBELIA *laxiflora* HBK., „planta perennans corollis coccineis, in dumetis Jalapae. Nov." — 275. LOBELIA *cliffortiana* L. „floribus caeruleis in humidis prope Papantlam. Jan." Specimina vegetiora, bipedalia, ramosiora, pilis in caule pluribus, foliisque superioribus rhombeis lanceolatisque pluribus basi acutis instructa.

## LOBELIA L.

1232. LOBELIAE spec. floribus caeruleis. Cuesta grande de Chiconquiaco reg. temp. Mart. Inter Jalacingo et Huitumalco. Dec.

## SYNANTHEREAE Rich.
(Recensente F. Lessing.)

### *Tribus I. Cynareae.**)

### CARDUUS L.

281. Carduus *subcoriaceus* l. c. p. 130. — — Cuesta grande de Chiconquiaco. Mart. 1829.

### *Tribus IV. Vernoniaceae.*

#### Subtrib. *Vernonieae.*

Capitula multiflora et homogama aut uniflora involucro imbricato. Styli rami subulati. Involucrum teres.

### VERNONIA Schreb.

1233. Vernonia *trifloscülosa* Kth. n. g. IV. 31. ej. syn. II. p. 373. *Eupatorium fasciculatum* WH. n. 15178. — — Tierra caliente. Mart.

1234. Vernonia *andromachioides* n. sp. — Post. *V. menthaefoliam.* Frutex faciem *Andromachiae Deppeanae* non male referens, ramis laxis diffusis, striato-sulcatis, teretibus, crassis, inanibus, cinereis, superne et ad exortum foliorum hispido-puberulis, oppositis? Folia membranacea, supra basin triplinervia, nervis subtus prominentibus, supra planis, lateralibus basi extus ramum validum pl. emittentibus, secundariis parallelis, reticulato-venosa, decussata, petiolata, subrotunda, acuta — mucronato-acuminata, basi obtusissima — brevissime curvilineo-acuminata, plana, integerrima — obsoletissime et remote mucronulato-denticulata, 5—6″ longa, $3\frac{1}{2}$—$4\frac{1}{2}$″ lata, supra laevia, glabra, subtus pallidiora tenuiterque villoso-tomentosa.

---

*) Cf. Linnaea V. p. 128 et VI. v. supra.

Petioli sulcati, hispido-puberuli, circiter $\frac{3}{4}'''$ longi, basi connati. Panicula terminata, trichotoma, terminalis, ramis hispido-puberulis, erecto-patentibus, oppositis, primariis inferioribus ex axillis foliorum superiorum prodeuntibus iisque brevioribus. Capitula 14 — 17-flora, circiter $4'''$ longa pedicellos superant. Involucrum cylindraceum, laxe imbricatum, floribus brevius, circiter 3-seriale, foliolis planis, membranaceis, obsolete ∞-nerviis, inermibus, glabris, ciliatis, ex acutis, rotundis, exiguis in linearia, obtusissima majora, margine scariosa, circiter $3'''$ longa, linea angustiora, in siccis saltem apice pl. reflexa. Rhachis obsoletissime fimbrillifera, exigua, diametro ne lineari quidem. Pappi flavescentis series ext. brevis ab interiori inaequali non latitudine distincta. Corollae glabrae, $3'''$ longae, luteae, tubo in limbum amplum abeunte eique aequali. Achaenia fusca, ne lineam quidem longa, angulata, hirsuta. — — In sylvis Misantlae.

, 1235. Vernonia *Deppeana* n. sp. — Ante *V. canescentem*. — Frutex. Rami striati, obscure pubescentes, alterni, teretes, apice inaequaliter angulati. Folia membranacea, penninervia, nervis subtus prominentibus, secundariis parallelis, venosa, alterna, breviter petiolata, supra scaberrima, opaca et hispida, subtus sordide subfloccoso-tomentoso-pubescentia, elliptica, plana, integerrima aut subintegerrima, late acuminata, mucronulata, basi acuta, nonnunquam brevissime acuminata, $3 — 3\frac{1}{2}''$ longa, $1 — \frac{5}{4}''$ lata. Petioli sordide hispido-pubescentes, $2 — 5'''$ longi, supra leviter canaliculati. Cymae scorpioides, compositae, terminales lateralesque minores, myriocephalae, ramis patentibus, sordide pubescentibus, primariis summis verticillatis rarius geminis, accessoriis alternis paucis foliaque sua superantibus, pedunculis aphyllis extus curvatis, pl. 3—5-cephalis, circiter 2-pollicaribus et bifidis. Capitula parva, remota, sessilia aut subsessilia, singula $2\frac{1}{2}'''$

longa, 18 — 20-flora. Involucrum turbinatum, floribus multo brevius, foliolis membranaceis, rigidis, in mucronem brevem, subpungentem acuminatis, integerrimis, planis, medio viridibus, apice obscurioribus, margine stramineis et subscariosis, ex oblongo-ovatis, divergentibus, longe curvilineo-acuminatis in majora, oblongo-elliptica, latius et subrectilineo-acuminata, apice divergentia, 1‴ longa. Rhachis nuda. Pappus flavescens, serie ext. brevi ab interiori, cui paleae 2‴ longae, apice parum incrassatae sunt, longitudine atque latitudine distincta. Corollae albae, glabrae, odoratissimae. Ovaria ∞-costata, obsolete pilosa. — — Misantla. Mart.

1236. Vernonia *Vahliana* Linn. IV. p. 306. — In herbariis quam in natura fortasse difficilius distinguitur a *V. divaricata* atque verisimiliter eadem est ac *V. fruticosa* Sw. cum descriptio quadret et species sit vulgatissima, quod ex immensa speciminum sylva in herbariis asservatorum elucet. Duae formae praecipue memoratu dignae sunt α.) *rotundifolia* (*emarginata* Wickstr. in Vet. Handl. 1828 p. 73) foliis rotundis, emarginatis et β.) *salicifolia* (*punctata* Wickstr. l. c.) foliis lineari-lanceolatis. — — Misantlae Mart.

1237. Vernonia *Schiedeana* n. sp. — Frutex scandens, ramis alternis, pubescentibus, teretibus, subtiliter striatis, canescentibus. Folia membranacea, breviter petiolata, alterna, penninervia, nervis subtus prominentibus, secundariis parallelis, reticulato-venosa, sublanceolato-elliptica, breviter curvilineo-acuminata, basi obtusa, plana, integerrima s. obsoletissime et remote serrulata, supra parum lucida, glabra, juniora hirsutiuscula, subtus albo-pilosa et punctata, utrinque scabra, 4 — $4\frac{1}{2}$″ longa, $1\frac{1}{2}$ — 2″ lata. Petioli 3 — 4‴ longi, pubescentes, supra canaliculati, infra convexi. Involucrum hemisphaerico-campanulatum, floribus brevius, foliolis membranaceis, viridibus, sic-

cis, planis, ciliatis, erectis, extus pilosis, ex semilanceolatis, in mucronem brevem, parum pungentem rectilineo-acuminatis, exiguis in majora, oblongo-elliptica, mutica, apice obtusissimo longissime scariosa, latiora, minute denticulata et flaccida, plurinervia, 3‴ longa, 1‴ lata. Rhachis obsoletissime fimbrillifera. Capitula circiter 26-flora, sessilia, 5‴ longa, singula, parum distantia, quorum multa folio oblongo-elliptico, acuto, caulinis simillimo sed multo minori stipantur eoque longitudine latitudinecque superantur. Cymae scorpioides, terminales, ramis patenti-divergentibus, pubescentibus, primariis simplicibus s. 2-fidis, folia sua excedentibus, summis geminis, reliquis alternis pedunculis pl. ∞-cephalis et 5-pollicaribus. Pappi argentei series latitudine longitudineque valde distinguuntur. Corollae glabrae, circiter 3‴ longae. Ovaria sericeo-villosa, turbinata. — Affinis *V. sericeae* sed diversa ramis breviter nec longe pubescentibus, foliis brevioribus, multo latioribus, scabris, basi nunquam cordatis, inflorescentia ramosiori, pleiocephala, foliolis erectis nec exterioribus squarrosis, intimis apice latioribus, muticis nec innocue mucronulatis, brevioribus et multo latioribus cauleque denique scandente. — In dumetis Papantlae et Misantlae. Jan. et Febr.

1238. Vernonia *arctioides* n. sp. Prope *V. speciosam.* — Frutex. Rami alterni, sulcato-angulati, tomento tenero magis minusve obsessi. Folia firma, breviter petiolata, nervis supra planis, subtus prominentibus tomentoque tenui, arachnoideo, interdum obsoleto vestitis, obovato-lanceolata, apice breviter acuminata et inaequaliter serrata, inferne mucronulato-serrata et longissime cuneata, 5—8‴ longa, 2—3½‴ lata, supra scabriuscula, lucida, glabra s. pilosiuscula, subtus tomento adpresso densoque vestita. Petioli 2—3‴ longi, tomento arachnoideo, tenui, obsoleto induti, extus convexi, intus canaliculati. Capitula plurimi-

miflora, $\frac{3}{4}$ longa, diametro 4-lineari, quam in *Cariduo personato* paullulum majora disposita sunt in paniculas terminatas, terminales, subglomeratim contractas, foliis summis superatas, pl. ∞-cephalas, pedunculis quam folia, quibus basi stipantur, brevioribus. Involucri foliola multivervia, parte non tecta tomentoso-pilosa, ex triangularibus, rigidis in tenuiora, apice laxa, circiter 7‴ longa, $\frac{2}{3}$‴ lata. Pappus argenteus, biserialis, extra callum apicalem orimdus, serie ext. longa ab interiori longissima latitudine haud distincta. Corollae purpureae, circiter 7‴ longae, limbo a tubo gracillimo, longo distincto, laciniis linearibus. Antherae tenues. Stylus gracilis, basin versus parum crassior. Achaenia quadrangula, quadricostata; nitida, fusca, obpyramidata, linea vix longiora, nectario styliformi-alveolari, callo apicali annuliformi, intra pappum sito. — — In Cuesta grande de Chiconquiaco. Mart. (v. sp. s. ∞)

### Subtrib. *Andromachieae.*

Capitulum radiatum. Styli rami ♀ longiusculi, pl. obtusi. Corolla disci regularis, quinquefida; filamenta laevia. — Folia subtus tomentosa, basi nuda, saepissime tomentosa.

## ANDROMACHIA Kth.

1239. Andromachia *Deppeana* n. sp. (*Platylepis* Sect. IV.) Frutex ramis oppositis, inanibus, teretibus, striatis, atropurpureis, glabris, vix apice atro-hirsutiusculis. Folia petiolata, membranacea, triplinervia, nervis subtus parum prominulis atroque pubescentibus, avenia, plana, supra glabriuscula et laeviuscula, subtus tomento niveo et valde adpresso vestita, elliptico-lanceolata, utrinque breviter curvilineo-acuminata, mucronato-serrata, 3—4″ longa, $1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$″ lata. Petioli plani? magis minusve atro-hispido-pubescentes, circiter pollicares. Paniculae terminatae, fasti-

giatae, trichotomae, terminales, ∞-cephalae, ramis atro-hirsutiusculis, patentibus, primariis inferioribus ex axillis foliorum perfectorum prodeuntibus eaque superantibus, reliquis ulterioribusque squamis lineari-lanceolatis, exiguis basi suffultis. Capitula magnitudine eadem ac in *Senecione palustri*, disco $1\frac{1}{2}'''$ longo, circiter 30-flora, radio circiter 10-floro, pedicellis pl. longiora. Involucrum cylindricum; disco brevius, circiter 3-seriale, foliolis membranaceis, siccis (omnibus?), obsolete ciliatis, extusque pilosiusculis, plerisque apiculatis, obscure sordidis, ex ovatis, acutis in obtusissima, latiora multoque longiora, linearia s. obovato-linearia, margine late diaphana, $4'''$ longa, $1-1\frac{1}{2}'''$ lata, in siccis saepe squarrosa. Rhachis plana, brevissime paleaceo-fimbrillifera, diametro circiter lineari. Pappi flavescentis series exterior brevis ab interiori paleis apice dilatatis longitudine latitudineque differt. Corollae flavae, disci: $5'''$ longae, 10-nerviae laciniis linearibus limbi partem integram superantibus; radii: pollice dimidio vix longiores, lingulis 5-nerviis, oblongo-ellipticis, apice inaequaliter 4-dentatis, linearibus lineamque latis. Antherae omnino ecaudatae alis ellipticis, subtruncatis, parvis. Styli rami obtusi. Ovaria villosa. — Cuesta grande del Jacingo in regione temperata. Decbr.

## Tribus V. *Eupatorieae.*

### EUPATORIUM L.

295. Eupatorium *micranthum* Lag. Linnaea l. c. p. 138. Corollae purpureae. — — Prope Jalapam. Novbr.

1240. Eupatorium *leiophyllum* n. sp. — Frutex ramis oppositis, teretibus, junioribus pubescentibus; foliis decussatis, membranaceis, triplinerviis, ovatis, acuminatis, profunde serrato-crenatis, glaberrimis, basi obtusissimis, $1-1\frac{3}{4}'''$ longis, $\frac{3}{4}-\frac{5}{4}'''$ latis; paniculis subfastigiatis, myriocc-

phalis, ramis pubescentibus, superioribus basi squama lineari suffultis; capitulis circiter 12-floris, 2‴ altis, pedicellis suis longioribus; involucri campanulati, biserialis foliolis glabris, lincaribus, acuminatis, exterioribus multo minoribus; corollarum glabrarum limbo turbinato tubum superante. — Simillimum *E. micranthо* Linnaea V. p. 138 sed primo intuitu foliis triplinerviis basique obtusissimis diversum; a *sequenti* recedit: foliis glabris, minoribus, profundius crenatis, basi nunquam cordatis; capitulis circiter 12- nec 20-floris; paniculae ramis primariis inferioribus folia sua superantibus; corollis majoribus earumque limbo turbinato, amplo tubum angustum superante nec amplis et subcylindraceis stylisque brevioribus. — — Pr. Papantlam. Decbr.

1241. Eupatorium *papantlense* n. sp. — Omnia praecedentis, ubi quoque differentias, quae utrumque intercedunt, conferas. — — Papantla. Jan.

1242. Eupatorium *sordidum* n. sp. Suffrutex; ramis oppositis, teretibus, sordide lanuginoso-tomentosis; foliis decussatis, petiolatis, membranaceis, supra basin subquintuplinervio-penninerviis, supra hispidiusculis, subtus magis minusve molliter tomentoso-pubescentibus, argute serratodentatis, ellipticis, utrinque obtusis — brevissime curvilineo-acuminatis, 2 — 5‴ longis, $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{4}$‴ latis; paniculis subcorymbosis, trichotomis, aphyllis; involucri campanulati, circiter 3-serialis foliolis obscure villoso-pubescentibus, linearibus, acuminatis, exterioribus minoribus, interdum acutis; capitulis ∞-floris, circiter 3‴ altis, pedicellos circiter aequantibus; corollis basin versus sensim angustatis, purpureo-violaceis. — Sectioni 4 Kunthianae adnumeretur. — — In Cuesta grande de Chiconquiacc et in sylvis Jalapensibus. Martio.

1242.* Eupatorium *araliaefolium* n. sp. Frutex scandens, ramis glabris, junioribus subancipitibus, foliis crassi-

usculis, penninerviis, nitidis, petiolatis, decussatis integerrimis, oblongo-ellipticis s. obovatis, pl. obtusis, basi inaequali acutis aut acuminatis; paniculis supradecompositis, trichotomis; capitulis 23—28 floris, 3‴ altis; involucri pauciserialis foliolis glabris, intimis linearibus apice dentibus acuminatis modo fastigiatis modo inaequalibus intermedioque longius producto notatis; corollis glabris limbo campanulato tubo permulto breviori. — Sect. 5 cl. Kunthii. — — Sylvae Misantlae. Mart.

1243. Eupatorium *ciliatum* n. sp. Herba erecta foliis decussatis, petiolulatis, membranaceis, triplinerviis, ovatis, acutis, basi brevissime curvilineo-acuminatis profunde serrato-crenatis, subsetuloso-ciliatis, pilis rigidis, sparsis adspersis, circiter pollicaribus; paniculae fastigiatae ramis hispidiusculis, inferioribus oppositis basique folia perfecta gerentibus eaque superantibus; capitulis circiter 18—22-floris, 2‴ longis, pedicellis suis brevioribus; involucri campanulati, circiter 2-serialis foliolis subscariosis, albidis, linearibus, obtusis aut acutis, apice ciliatis, exterioribus multo brevioribus; corollis glabris limbo campanulato tubo aequali; achaeniis angulis hirsutis. — Facies *Eup. ageratoidis*. — — In regione subfrigida inter San Miguel del Soldado et la Joya Novbr.

1244. Eupatorium *pycnocephalum* n. sp. Caule herbaceo tereti, erecto; foliis membranaceis, petiolatis, triplinerviis, glabris, ovatis, s. rhomboideo-ovatis, utrinque sed basi pl. brevissime acuminatis, serrato-crenatis, subpallidioribus, 1—1½‴ longis; paniculis trichotomis, laxis; capitulis circiter 20-floris, circiter 2½‴ altis, subglomeratim congestis, brevissime pedicellatis; involucri campanulati foliolis glabris, obtusissimis, exterioribus minoribus et nucronulatis; corollae glabrae limbo cylindraceo tubo multo longiori. — *E. prunellaefolio* simile sed foliolis

glabris, obtusis inflorescentia, foliis tenuioribus etc. satis superque diversum. — — Papantla. Jan.

1245. Eupatorium *conyzoides* Vahl symb. III. p. 96. W. sp. pl. III. 1766. Corollae lilacinae. — — Papantla. Febr.

? 1246. Eupatorium *incanum* * *Mikania suaveolens* Kth. n. g. IV. 106, ej. syn. II. 428, *Mikania pubescens* HW. n. 15090. — — Misantlac. Febr.

1247. Eupatorium *Houstonis* L. sp. II. 1172, Sw. obs. 300, *Mikania Houstonis* W. sp. III. 1742. — — Misantlae. Febr. *)

## *Tribus VI. Adenostyleae.*

330. *Palcolaria carnea* Cass. Suffruticosa floribus lilacinis. — — Ad litora maris arenosa pr. Tecolute. Jan.

## *Tribus VII. Asteroideae.*

### Subtrib. *Astereae.*

*Locis natalibus adde: Aster asperrimus* Linnaea l. c. 142, n. 305. In Savanis Papantlae. Decbr.

*Diplocoma villosa* Sweet, Linnaea l. c. 144. In apricis inter Papantlam et San Pablo Jan.; *Erigeron Schiedeanus* ib. 145. In regione frigida ad Cruzblanca. Novbr.

---

*) *Isocarpha* Linnaea V. p. 141 est genus idem ac R. Brownianum atque a *Calyderma* stylo Eupatorii diversum. Accedit tertia species *I. Billbergiana* n. sp., a cl. Dr. Immanuel Billberg in Tierra Bomba pr. Carthagenam Jan. et Febr. lecta, *oppositifoliae* quidem similis sed diversa: ramis flexuosis; foliis penninerviis, sessilibus, basi auriculatis, spathulato-rhomboideis, majoribus; foliolis penninerviis nec nervis binis simplicissimis, laxis, muticis, rectilineo acuminatis et achaeniis pubescentibus.

### Subtrib. *Baccharideae.*

## CONYZA L.

1248. Conyza *carolinensis* L. W. sp. III. 1944. Corollae rubrae. — — In dumetis pr. San Pablo. Jan.

## MOLINA R. et P., Linnaea VI.

1249. Molina *rhexioides* * *Baccharis rhexioides* Kth. IV. 32, ej. syn. II. 386. — — Papantlae. Jan.

## BACCHARIS Linnaea l. c.

1250. Baccharis *iresinoides* Kth. n. g. IV. 50. Cum planta ♀ desideretur, non certum est, utrum *Molinae* an *Baccharidis* species sit. — — Ad ripam fluminis Misantlensis pr. San Antonio. Febr.

### Subtrib. *Eclipteae.*
(Heliantheae Linnaea V. p. 148.)

## ECLIPTA Cass.

1251. Eclipta *prostrata* L. W. sp. III. 2218. — — Prope San Pablo. Jan. ☉.

### Subtrib. *Melampodieae.*

## HIDALGOA Llav. et Lex. *)

1252. Hidalgoa *ternata* Llav. l. c. Capitulum multiflorum, homocarpum, heterogamum, longe-radiatum, radio uniseriali, ♀, 5-floro; disco ♂. Involucrum cylindraceo-campanulatum, 2-seriale, disco multo brevius, foliolis viridibus, planis, glabris, integerrimis, obtusis. Bracteolae rhachidis planae pellucidae, plurinerviae, lineares, planae,

*) Descr. I. 15.

floribus disci vix breviores. Achaenium radii valde compressum, atrum, laeve, glaberrimum, 5‴ longum, ellipticum, *anguste 2-alatum, erostre, chelam optime referens atque* apice continuatum in pappum brevissimum, bicornem; ovarium disci lineare, nectario alveolari. Corolla aurantiaca, disci: regularis, 5-dentata, glabra, 5-nervia; radii: tubo brevissimo, obsolete piloso. Stylus basi attenuatus, disci: simplicissimus, obclavatus, e medio fere puberulus, exsertus, aurantiacus; radii: 2-fidus, ramis longissime semilanceolatis, partem integram superantibus. — Folia pedata s. ternata, segmentis lateralibus, magis minusve profunde bilobis. — — In sylvis Misantlae; Cuesta grande de Jalacingo in regione temperata. Dechr.

## MELAMPODIUM L., R. Br.

1253. Melampodium *heterophyllum* Lag. nov. g. p. 32. *) — Diversissimum ab *hispido* Kth. nec idem ut cl. Sprg. censet. Fructus glabri, lateribus obiter tuberculati, dorso laeves, striati, trapezoideo-obovati, compresso-subtrigoni, lineam longi, apice eminentia minima, subdimidiata coronati; achaenia obovata, striata, atra, laevissima. Radius 12-florus. — — In pratis Papantlae. Jan.

1254. Melampodium *gracile n. sp.* Herba annua, erecta, trichotoma, foliis decussatis, semiamplexicaulibus, supra asperrimis junioribusque strigoso-hispidis, subtus asperis, pallidioribus et glabriusculis, ex elliptico s. obovato-rhomboideis, integerrimis, circiter pollicaribus per hastato-pandurata, postice sinuato-dentata in triangularia, integerrima, minora, acuminata, basi obtusissima; capitulis parvis, radio 5-floro; involucris triphyllis; fructibus trapezoideo-obovatis, apice nudis, glabris, laevibus, obsolete re-

*) Quod etiam e Tampico de Tamaulipas sub n. 128 anno 1827 miserat cl. Berlandier.

ticulato-venosis, vix $\frac{3}{4}'''$ longis. — Simile *M. paludosa* sed multo tenerius ab eoque satis superque distinctum. — In pratis Papantlae. Jan.

## *Tribus VIII. Senecioneïdeae.*

### Subtrib. *Helianthеae.*

(Coreopsideae Linnaea V. 153.)

, *Locis natalibus adde: Gymnoloma microcephala* Papantla. Jan.; *Bidens leucantha* W. Misantla. Mart.; *B. squarrosa* Kth. Papantla. Jan.; *) *Melananthera Linnaei* Kth. Papantla. Jan.

### HELIANTHUS L.

1255. Helianthus *tubaeformis*. Jacq. h. schönbr. III. 65, t. 375. W. sp. III. 2238. — Rami sub capitulis minus incrassati pilique crebriores quam in speciminibus cultis. — — Jalapa. Novbr.

### LIPOTRICHE R. Br.**)

*Obs.* Proximum *Melanantherae* et forte ejusdem subgenus; sed nunc capitulis radiatis, ovariisque alatis abhorret.

1256. Lipotrichе *gymnolomoides* n. sp. Frutex scandens? *Gymnolomae microcephalae* (Linnaea V. 153) simillimus. Capitula ∞-flora, radio 1-seriali, ♀, brevi, circiter 5-floro; disco ☿. Involucri campanulati, imbricati foliola lata, sicca, obtusissima — acuta, extus hirsuta, intima elliptico-obovata, $2'''$ longa et $\frac{3}{4}'''$ lata. Rhachis planae bracteolae obovato-lineares, apice minute ser-

*) Nisi eandem tamen simillimam transmiserunt sterilem, schedulis *adjectis*: „*infusione hujus herbae utuntur Tecolutenses et Nantlenses Theae loco (Té de la playa). Nantlae ad litora maris. Febr.*

**) Verm. Schrft. II, 562.

rulatae, obtusae — mucronato-acuminatae, conduplicatae, superne late carinatae, glabrae, scariosae, virescentes, plurinerviae, floribus aequales. Corollae luteae, radii: lingulatae, 2‴ et parum ultra longae lingulis tubo hispidiusculo longioribus, emarginatis, ∞-nerviis, nervis duobus autem axin dentium occupantibus manifeste fortioribus; disci: apice minute hispidiusculae, 5-nerviae, $1\frac{1}{2}$‴ longae, limbo cylindraceo-dentato, tubum superante. Pappus uniserialis, valde inaequalis, ovario vix brevior, setis numerosis, serratis, rigidis, caducis. Ovaria nimis imperfecta obcompressa, bialata, alis angustis, ciliatis. Stylus ante anthesin *Coreopsidis!* — — Dumeta Misantlae. Febr.

Subtrib. *Anthemideae.*

347. *Tridax procumbens* L. Prata Papantlae. Jan.

SCHISTOCARPHA n. g.

*Obs.* Differt a *Neurochlaena* R. Br. tantummodo pappo 1-nec 2-seriali.

1257. SCHISTOCARPHA *bicolor* n. sp. Suffrutex ramis oppositis, teretibus, sulcato-striatis, hirsutis; foliis sessilibus, basi connatis, decussatis, hirsutis, scabris, $4\frac{1}{2}$—7″ longis, 2—$3\frac{1}{2}$″ latis, spathulatis, lamina ovata argute serrata, acuminata, triplinervia, basi in adultis subtruncata unguem integerrimam, angustam basique dilatatam superante; paniculae supradecompositae, terminatae ramis hirsutopubescentibus, infimis oppositis, capitulis radiatis, pedicellis suis flexuosis parum brevioribus, radio 1-seriali, ♀, disco ☿, circiter 3‴ alto, — Corollae disci: flavae, 10-nerviae, regulariter 5-dentatae; radii: albae, lingulis ellipticis, ∞-nerviis, 3-cronatis tubum extus pilosum subaequantibus. Styli ☿ rami cono brevi superati. Ovarium angulatum, glabrum, areola laterali? Involucri imbricati, campanulati foliola plana, integerrima, sicco-membranacea,

∞-nervia; ciliata; extus sparse pilosa, ex subrotundo-ellipticis, obtusissimis apiculatisque in elliptica, majora, pallidiora, obtusa aut acuta, circiter 2‴ longa, ½‴ lata. Bracteolae rhachidis conicae scariosae; multinerviae, nervis saturate fuscis, amplexifloris, flores disci aequantibus, fissis in lacinias profundissimas, ciliato-serratas, pl. ternas, intermediam elongatam longeque acuminatam. Pappus longus, argenteus, uniserialis, inaequalis, serrato-plumosus, setaceo-capillaris.

## ACHILLEA L.

1258. Achillea *magna* W. sp. pl. III. 2208. — — Inter la Joya et las Vigas. Novbr.

### Subtrib. *Senecioneae.*

*Locis natalibus adde: Bahia sinuata* pr. Colipam Mart. — Corollae purpurascenti-albidae.

## SENECIO L.

1259. Senecio *sinuatus* Kth. n. g. IV. p. 141. Ej. syn. II. p. 454. — — In pinetis inter Cruzblanca et Jalacingo. Novbr.

1260. Senecio *runcinatus* n. sp. — Herba erecta, simplex foliis alternis, membranaceis, supra glabris, subtus pallidioribus et hirsutiusculis, toto margine denticulis creberrimis, apiceque gibboso-callosis instructis, ex petiolatis, profunde runcinatis in semiamplexicaulia, cordata, semilanceolata; capitulis discoideis, purpureis; involucris uniserialibus, basi auctis; ovariis glaberrimis? — Caulis circiter bipedalis. Folia inferiora petiolis adjectis pedalia. Capitula aeque magna ac in *valerianaefolio*, cui proxime accedit. — — Malpays de la Joya. Novbr.

## ERECHTHITES Raf.

1261. Erechthites *praealta* Raf. fl. ludov. p. 65. *Senecio hieracifolius* L. *Sonchus agrestis* Sw. fl. ind. occ.! — — In sylvaticis Papantlac. Jan.

## *Tribus IX. Nassauvicae.*

(Cass., Linnaea V. p. 1.)

## TRIXIS P. Br.

1262. Trixis *frutescens* P. Br. Jam. p. 312, t. 33, f. 1. Linnaea l. c. p. 33. var. *obtusifolia* (*Tr. glabra* Don in Linn. Soc. XVI. 297) foliis integerrimis, obtusis, circiter pollicem latis; foliolis glabratis. — — Prope la Laguna Verde. Mart.

## VALERIANEAE Juss.

*Locis natal. addc:* No. 368. Valeriana *scandens* L. prope Misantlam. Febr.

## RUBIACEAE Juss., Cham. et Schldl., DC.:

## SPERMACOCE Meyer, Cham. et Schldl.

1263—63. Spermacoces species duae sub eadem schedula; unicum singulae specimen. — In pratis apricis prope Papantlam. Jan.

## CHIOCOCCA L.

1265. Chiococca *racemosa* L.? a vulgariori forma recedens: foliis late-ovatis, breviter acuminatis, breviter petiolatis, pollicaribus majoribusque; racemis contractis folio brevioribus; fructu paulo majori. — Frustula tantum. — — Frutex baccis albis. Tecoluto. Jan.

## PSYCHOTRIA L.

1266. Psychotriae species frulicosa, glabra, foliis (sesqui-, bipollicaribus) ellipticis, breviter acuminatis, utrinque acutis, lineatis, axillis venarum barbatis; baccis rubris. — Tecolute. Jan.

## COFFEA L. DC.

(*Sect. I.* §. 1.)

1267. Coffea *arabica* L. culta Misantlac. Feb.

(§. 2. *floribus tetramcris.*)

1268. Coffea *obovata* n. sp. (genus vero in fructu nobis deficiente recognoscendum) fruticosa, glabra, cymis axillaribus subsessilibus aggreatis abbreviatis multifloris. foliis obovatis cuneatis acuminatis acutis. — Folia membranacca, discolora, subtus pallidiora, venis pennatis, patentim arcuatis utrinsecus 8—10; semipedalia, latitudine 2 poll. 8 lin., petiolo, in quem lamina decurrit, semipollicari pollicarique. Stipulae ovato-triangulares, acutae, caducae, rarae visu. Tubus calycis clavatus, dentibus acutis brevibus; corolla 5 lineas longa, tubo bilineari, laciniis trilinearibus, fauce nuda; filamenta brevia summo tubo inserta; antherae exsertae, lineares, longitudine laciniarum corollae. Germen clavatum, biloculare, loculis uniovulatis. — *C. rosea* fl. mex. DC. p. 499, affinis at diversa videtur. — — Suffruticosa in umbrosis prope Misantlam. Mart.

1269. Coffea *lanceolata* n. sp. (superiori certe congener, genere in fructu nobis deficiente pariter recognoscendo) fruticulosa, cymis axillaribus subsolitariis pauciforis breviter pedunculatis, foliis lanceolatis, caule petiolis nervo venisque primariis foliorum subtus pubescentibus. Folia membranacea, subtus pallidiora glaucescentia venis pennatis patentim arcuatis utrinsecus 4—6; saepius acuminata, acumine non semper recto; basi in petiolum at-

tenuata, subdecurrentia, non semper acqualiá; $2\frac{1}{2}$—3 poll. longa, $\frac{3}{4}$ poll. vix pollicem lata, petiolo 3—9 lin. longo. Stipulae parvae, ovato-triangulares, caducae. Tubus calycis clavatus, nervis ornatus a dentibus decurrentibus, qui dentes late triangulares, breves, parvi, acuti. Corolla 3 lineas longa, tubo lineam, laciniis duas lineas metientibus; faux nuda; filamenta brevissima summo tubo inserta; antherae lineares exsertae longitudine laciniarum. Germen biloculare, loculis uniovulatis. — — Prope Jalapam. Apr.

## NERTERA Banks.

1270 Nertera *depressa* Gaert. HBK. 3, p. 296. HW. n. 3169. — — Fructu coccineo. Cuesta grande de Jalacingo, reg. temp. Dec.

1271. Nertera? *alsinoides* n. sp. Specimina, flore deficiente, fructifera. Habitus omnisque facies *Nerterae depressae*, diversa: pedunculis axillaribus, fructiferis deflexis folium subaequantibus, drupa succosa globosa. — Herba pilis rigidulis albis rariter pubescens. Folia juniora pubescentia ciliataque, aetate glabrescentia. Drupa coeruleonigrescens dipyrena, pyrenis coriaccis monospermis. — — Cuesta grande de Jalacingo, reg. temp. Dec.

## GEOPHILA Don.

1272. Geophila *reniformis* Don, Linnaea 4, p. 137. — Specimina fructifera, foliis maxime evolutis diametro circiter $1\frac{1}{3}$ poll. — — Fructu nigro dispermo. In umbrosis prope San Antonio. Feb.

## COCCOCYPSELUM P. Browne, Ch. et Schldl.

*Locis nat. addc:* No. 386. *C. cordifolium* N. et M. Cuesta grande. Dec. — 387. *C. nummulariaefolium* Ch. et Schldl. quod videtur differre a *cordifolio* fructibus longe majoribus. Cuapa, reg. calid. Dec. baccis azureis.

1273. Coccocypselum *ciliatum* n. sp. *C. umbellato* Poir. DC. p. 396 maxime simile, diversum autem: foliis subrotundo-ovatis, cum petiolo ciliatis, inque nervo supra pilis longioribus patentibus munitis, caeterum glabris glabrescentibusve. Folia sesquipollicaria, 14 lineas lata petiolo plus semipollicari. Capitula dimidium circiter aequantia folium. Dentes calycini longiores quam in *C. umbellato*. Fructus generis. Flores desunt. Specimina pauca. — — Inter Huitamalco et Cuapa. Dec.

## OLDENLANDIA DC., Ch. et Schldl.
sub *Gerontogea*.

Vindicandum erat pristinum Linnaeanum nomen inter *Saxifrageas* a DC. deletum, ut ipsi monuimus Linn. 4, p. 154.

390. Oldenlandia *microtheca* n. sp. Haec specimina vegetiora, omnibus partibus majora, pedalia sesquipedaliaque, foliis latioribus ovatis et ex ovato lanceolatis basi semper acutis, maximis 15 lineas longis, 7 lin. latis; capsulis in eodem specimine minoribus et majoribus, corollis etiam magnitudine ludentibus. Cum his conveniunt quae Berlandier e Tampico de Tamaulipas misit 1827 no. 151. — In sylvis Papantlae. Jan. Dec. corolla alba.

## HAMELIA Jacq.

1274. Hamelia *patens* Jacq. et auct. HVV. n. 4157. — — Flore flavescenti-coccineo. Papantla. Dec.

## GONZALAGUNIA R. et P.

1275. Gonzalagunia? *parviflora* n. sp. Quoad genus in fructu nobis deficiente recognoscenda; fruticulosa, glabrescens, summitatibus novellis inflorescentiaque canescenti pubescentibus, pube pulverulenta detergibili, foliis elliptico-lanceolatis utrinque attenuatis et acuminatis, stipulis triangularibus acutis carinatis, cymis pauci- (3—7)

floris capitellatis breviter pedunculatis in racemum elongatum terminalem dispositis. Folia opposiata, semipedalia, latitudine vix unquam bipollicari, petiolo 3—5 lineas longo; membranacea, tenuiter penninervia et reticulato-venosa, venis primariis utrinsecus 7—9 obliquis et arcuatis; supra nitidula, subtus opaca et pallidiora. Racemus semipedalis; pedunculi sparsi, patentes, ad summum sesquilineares. Flos tetramerus. Adnata germini calycis pars semiglobosa, cancscenti- quasi pulverulento - tomentosa; laciniae lanceolatae, glabrescentes, reflexae. Corolla duas circiter lineas longa, tubuloso-hypocrateriformis, extus glabrescens, laciniis rotundatis tantum pulverulento pubescentes; tubus intus pilosus; genitalia inclusa; antherae in fauce subsessiles; stylus filiformis, stigmate bilobo. — — Floribus pallide roseis. Cuesta grande de Jalacingo, reg. temp. Dec.

## GARDENIACEAE.

1276—78. GARDENIACEAE species tres: inermis in pratensibus inter Nautlam et Misantlam, Feb. Mesachica. Dec. specimina pauca. — Spinescentes duae: altera albiflora Tecolute et Papantla. Jan. specimina pauca — altera. „Fructus inferus, calyce coronatus, pulpa nigra saporis amaricanti-dulcis non ingrati." In pratis prope el Estero. Jan. Specimina sterilia.

## LORANTHEAE Rich. Juss.

*Locis natalibus adde:* No. 406. LORANTHUS *Quercicola.* In sylvis Papantlae. Dec.

## RHIZOPHOREAE R. Br.

### RHIZOPHORA L.

1279. RHIZOPHORA *Mangle* L. et aut. *Mangle fusco* Te-

colutensium. — Ad ripas fluminis Tecolutensis prope Tecolutam. Jan.

1280. Mangle *blanco* Nantlensium (Avicennia spec.?) — Ad ripas fluminis Nantlensis prope Nantlam. Feb. specimina sterilia.

## ARALIACEAE Juss.

### ARALIA L.

1281. Aralia *arborea* L., Sw. in IIW. no. 6133. — In sylvis Misantlae. Folia ramorum juniorum nonnunquam triloba. Mart.

1282. Aralia foliis quinatis. Specimina sterilia. — Inter Colipam et litora maris, arborea. Mart.

## UMBELLIFERAE Juss.

*Locis natal. adde:* No. 414. *Sanicula liberta* Ch. et Schldl. Misantlae in umbrosis. Mart.

## RANUNCULACEAE Juss.

### CLEMATIS L.

422. Clematis *sericea* HBK. — Specimina feminea fructifera. Achaeniis late ellipticis, utrinque acutis, albo pilosis, in caudam longissimam varie tortam patentim pilosam apice summo sensim denudatam et paululum incrassatam exeuntibus; Panicula brevis minus composita. Folia subtus aureo-sericea. Hujus loci specimina sterilia Vera Cruz no. 459. — Papantla. Jan.

### RANUNCULUS L.

*Locis. nat. adde:* No. 424. *R. geoides* HBK. Cruz blanca. Nov. — Ibidem et alia, e speciminibus mancis indeterminanda species habitu alpestri, flore luteo, lecta est.

1283. Ranunculus *aquatilis* All. var. δ. *capillaceus* auct.

auct. Schldl. Ran. 1. p. 9. — In aquis fluentibus regionis calidae prope Actopan. Rio de Actopan. Mart.

## MAGNOLIACEAE DC.

*Locis nat. adde:* No. 427. Drymis *granatensis*. „Frutex elegans, floribus albis, carpellis pluribus, maturis nigris. Cuesta grande de Jalacingo. Dec.

## ANONACEAE Juss.

### ANONA L.

1284. Anonae sp. arborea, fructu eduli. *Anona* Papantlensium. Jan. Folia tantum.

1285. Anonae sp. humilis, fruticosa; fructus magnitudine nucis juglandis. In dumetis circa Papantlam. Jan. Folia et fructus.

1286. Anonacea arborea, fructu magno e carpellis pluribus polyspermis constans, *Tepejonote* Misantlensium. In sylvis altis Misantlae. Mart. Folia tantum. Recognoscendae omnes.

### XYLOPIA L.

1287. Xylopia *trunciflora* n. sp. Foliis lanceolato-ellipticis subacuminatis obtusis subsessilibus membranaceis, supra glabris, subtus pubescentibus, floribus truncigenis, carpellis 5—7 brevissime stipitatis globosis et ellipsoideis laevibus muticis indehiscentibus 1—3-spermis. Folia quatuorpollicaria, sesquipollicem lata, petiolo bilineari. Carpella majora diametro semipollicari, axi 8 lineas metiente, stipite sesquilineari. Flores desiderantur. — Arbuscula e. cujus trunco fructus erumpunt. Fructus carpellis pluribus constans, nunc mono- nunc di- vel trispermis. Inter Colipam et litora maris. Reg. cal. Mart.

## GUATTERIA R. et P.

1288. Guatteria proxima certe *Ouregoui*, Aubl. Gui. t. 244. Quo ad folia belle convenit, sed stipites carpellorum crassi et rigidi, nec filiformes; petala majora, ovata magis et obtusa; perigonia leviter adpresse ferrugineo-tomentosa. — „Fructus e carpellis pluribus constans. In sylvis densis inter Cuapa et Mesachica. Dec.

# MENISPERMEAE Juss.

*Locis nat. adde:* No. 430. Cissampelos *Parcira* L. Misantlae. Jan.

# PAPAVERACEAE Juss.

## BOCCONIA L.

1289. Bocconia *frutescens* L., HVV. n. 9110. In dumetis Misantlae. Mart.

# SAPINDACEAE Juss., Camb.

## SERJANIA Plum. Camb.

1290. Serjania *cardiospermoides* n. sp. glabrescens, foliis ternatis, foliolis membranaceis ovatis acuminatis acutis integerrimis dentato-incisis inciso-lobatisque, basi decurrentibus vel rarius obtusis, samaris oblongis, utrinque rotundatis, a parte seminis et infimae alae aequilatis, medio paulo angustatis. Huic speciei peculiaris est samara a parte seminis compressa, lata, semicordata, ala deorsum, minime ampliata. Habitus, rami sulcati, cirrhi generis. Summitates teneriores, inflorescentia, foliaque juniora praeserlim in nervis et margine puberula, aetate glabrescentia. Foliola majora $2\frac{1}{2}$—3 pollicaria, latitudine sesquipollicari. Axis fructus 15 lineas longa, latitudo duarum samararum 9-linearis. — — Papantlae. Dec. scandens.

## PAULLINIA Schum., Juss., Camb.

1291. Paullinia *barbadensis* Jacq.? obs. 3, p. 12, t. 62, f. 9, HW. no. 7716 fol. 3 (ceteris exclusis). — Nostris fructiferis speciminibus fructus haud villosuli, petioli partiales omnes alati, communis obsolete subalatus; folia subtus glabra, in nervo et venis puberula, venarum axillis barbatis. — — Scandens Colipa. Mart.

## SAPINDUS L., Camb.

1292. Sapindus *inaequalis* Lam., DC. prod. 1, p. 608 ex autopsia specim. Guadalupensis Berteriani. *Chololote* Misantlensium, qui fructu ad lavanda lintea utuntur. — — Misantlac. Mart. — Hic pertinere videtur *S. divaricatus* Hoffmannsegg, HW. n. 7742. Brasil. folia illi minora.

## CUPANIA Plum. Camb.

1293. Cupania *tomentosa* Sw., DC. 1, p. 613, HW. n. 7254. *Garoche* Esterensium. — Inter Sepillo et Estero. Jan.

1294. Cupania *scrobiculata* HBK., DC. l. c. *C. glabra* HW. n. 7255 (spec. Humb.). — — Arborea in sylvis Papantlae. Jan.

? ?

1295. Copalillo Papantlensium. *Sapindacea* arborea in sylvis Papantlae. Febr. Flores flavescentes. Succus non balsameus. — Huic congener *Ephialis juglandina* Poep.! Cub. quae non *Ephialis*. Genus ob deficientem fructum indeterminandum.

## MALPIGHIACEAE Juss.

*Locis nat. addc.*: No. 446. Heteropteris species. Prope Mapilque.

## BYRSONIMA Rich.

1296. Byrsonima *cotinifolia* HBK. 5, p. 152. Ed. minor. t. 447, IIW. No. 8815. *Nœuchi* Tecolutensium, Misantlensium, Actopensium et pharmocopolarum Jalapensium. Cortex praestantissimum adstringens exhibet. — — Folia in specimine laudato, ut illa describunt auctores, obtusa, subemarginata; in speciminibus numerosis nostris, ut plurimum observantur breviter acuminata, acuta; haec, perfecta evolutione, forma est normalis. — — Arbuscula vel frutex flore croceo. In apricis inter Laguna verde et Actopan reg. cal. frequens. Mart. Tecolula. Jan. Febr.

? ?

1297. Banisteriea ob fructus defectum indeterminanda. — Floribus aureis. In dumetis Colipae. Mart.

## AURANTIA Correa de Serra.

1298. Limon Papantlensium. *Citrus* affinis *medicae*, fructu minori acido. Sine dubio indigena. Papantlae in sylvis. Jan.

1299. Lima *dulce* Papantlensium et Jalapensium. Colitur Papantlae et al. l. Febr.

## TERNSTROEMIACEAE Mirbel.

### TERNSTROEMIA L.

1300. Ternstroemia *Tepezapote* n. sp. *Tepezapote*, *Tecolutensium*, glaberrima; foliis subcoriaceis cuneato-obovatis, breviter acuminatis acutis (imperfecta evolutione rotundatis), obsolete crenato-serratis; pedunculis axillaribus solitariis, petiolo brevi plus duplo longioribus. — — A *T. elliptica* Sw. IIW. no. 10026, foliis diversa mi-

nime integerrimis minusque crassis. A similiori *T. dentata* Aubl. Gui. t. 227, foliis minoribus (3 poll. longis, 9 lin. latis, petiolo $1\frac{1}{2}$—3 lin. longo), brevius nec tam acute acuminatis, pedunculis longioribus (pollicaribus), floreque majori. — — Floribus albis. Tecoluto. Jan.

*Locis nat. adde:* No. 455. *T. sylvatica* n. sp. San Miguel del Soldado. reg. temp. Nov.

## FREZIERA Sw.

1301. Freziera *theoides* Sw., HW. no. 10165 (specimen sterile). — Specimina nostra cum laudato foliis optime conveniunt. Flores vero non semper, ut poscuntur, solitarii, sed saepius in ramis provenientes axillaribus abbreviatis aphyllis subfasciculati. — — Arborea, floribus virescentibus, corollis planis. Cuesta grande de Jalacingo regionis calidioris. Dec.

# MELIACEAE Juss.

## TRICHILIA L.

1302. Trichilia *havanensis* Jacq. HBK.! 5, p. 216. Ed. minor. *T. glabra* HW. no. 8077 (Humb. Havana). — In sylvis Papantlae Febr. floribus nondum evolutis virescentibus. Misantlae, Mart. floribus explicatis flavescentibus. Arbucula.

457. Trichilia *spondioides*. Arbuscula semine arillo rubro in sylvis Misantlae Jan. fructifera. — — Semina non solitaria sed in quoque loculo ut plurimum bina. Post dehiscentiam fructus valvulae pandentes reflexaeve semina bina, singulum, in utroque dissepimenti latere fovent.

## MELIA L.

1303. Melia *Azedarach* L., HBK. 5, p. 218. Ed minor. *M. sempervirens* Schiede Linn. 4, p. 569. *Paraiso*

Misantlensium. Arbuscula frequens ornamenti causa colitur Misantlac. Mart.

## CEDRELEAE R. Br.

### CEDRELA L.

1304. Cedrela *odorata* L.? *Cedro* Papantlensium. *Swietenia* Schiede Bericht in Linn. 4, p. 554. Fructifera, fructu cum icone Gaert. 2, p. 95 optime conveniente. Folia pedalia sesquipedaliaque 9—13 juga. Foliola petiolata, obliqua basique inaequalia, minus tamen quam *Swietteniae Mahagoni;* ovata ex ovato-lanceolata lineari-oblongaque, acuminata, acumine producto obtusiusculo; petiolo nervo venisque tenuiter puberulis, pube subtus rete tenuius vasculosum paginamque invadente; concolora, provectiori aetate subtus leviter fuscescentia; inferiora breviora ovata, $2\frac{1}{2}$ poll. longa, sesquipoll. lata; superiora $4\frac{1}{2}$ poll. longa, 15 lin. lata; suprema decrescentia; petiolus omnibus 4—5 linearis. — — Capsulae ab apice dehiscunt. In sylvis Papantlae, non reg. frigid. Febr.

## GERANIACEAE Juss.

*Locis nat. adde:* No. 463. Geranium *mexicanum* HBK. Jalacingo. Nov. — 465. Oxalis *corniculata* L. Jalacingo reg. temp. Nov.

## MALVACEAE Kunth.

*Locis natal. adde:* No. 478. Malachra *capitata* L. fruticosa, flore flavo. Papantla. Dec.

### SIDA Cav., DC.

1305. Sida *capillaris* Hort. berol. (vix Cav. diss. 1, p. 10, t. 1, fig. 7, a *S. paniculata* Cav. l. c. p. 16, t. 12,

fig. 5, valde diversa). — Suffruticosa, corollis obscure purpureis, in dumetis Misantlae. Mart.

1306. Sida *albida* W.! En p. 722, herb. n. 12701. — Suffruticosa, flore albo prope Actopan. Mart.

## HIBISCUS L.

1307. Hibiscus *clatus* Sw., HW. n. 12863. America patria, vix aliis notis, ab *H. tiliaceo* L. diversus — In sylvis tecolutensibus. Jan.

---

Malvacearum e viliori grege species quatuor reposuimus indeterminatas. — Specimina pauca, vix sufficientia.

1308. Malvacea fruticosa floribus flavis. Prope Papantlam. Jan.

1309. Malvacea suffruticosa, ramis laxis, cor. sanguinea. In sylvis pr. Actopan. Mart. 29. — *Achaniae* videtur species nova.

1310. Malvacea suffruticosa cor. flava. Misantla. Mart.

1311. Malvacea suffruticosa, floribus purpureis, pr. Actopan. Mart.

## BOMBACEAE.

### CAROLINEA Lin. fil. DC. Mart.

(*Pachira* Aub. Kunth.)

1312. Carolinea *macrocarpa* n. sp. *Zapole revendador* Papantlensium. Glabra, floribus terminalibus subternis, foliis 7—9 natis, foliolis obovatis oblongo-obovatis elliptico-lanceolatisque, subtus pallidioribus nervo venis venulisque reticulatis paucis prominentibus. — — Foliola maxima sexpollicaria, $2\frac{1}{2}$ poll. lata. Flores ex alabastro nobis inperfecte noti. Stylus inferne pilosus, tubus staminum glaberrimus, petala more generis extus adpresse pulverulento-tomentosa. Folia saepius glaberrima, nonnunquam rara pube subtus in nervo et venis inconspicue

praedita: „Carolineae species filamentis obscure purpureis; fructu maximo. Ad ripas fluminum et rivulorum Papantlensium et Tecolutensium. Papantlae. Febr. E semine misso in horto berolinensi nunc viget.

## BOMBAX L., Mart.

1313. Bombax *ellipticum* HBK. 5, p. 299. Ed. minor. *B. retusum* HW. n. 12636. *Xanacol* Hispano-Papantlensium. *Schihuicschan* Totonacorum Papantlensium. — „Bombacis species inermis, varians filamentis albis et purpureis. Ornamenti causa colitur Papantlae, Misantlae caet. Defoliatum floret a mense Januario. Folia quinata et septenata. Papantlae. Febr.

## HELICTERES L.

1314. Helicteres proxima certe *guazumaefoliae* HBK. (*biflorae* HW. n. 12607), diversa: foliis ellipticis nec rotundatis angustioribus productioribus, basi minus cordatis, et pilis superae paginae obsoletioribus. — Fruticosa, inter Sepillo et Estero. Jan.

## BÜTTNERIACEAE R. Br.

*Locis natalibus adde*: No. 483. Waltheria *fruticosa* L. — Suffruticosa floribus flavis. Papantlae. Jan.

## GUAZUMA Plum. (*Bubroma* Schr.)

1315. Guazuma *ulmifolia* Lam. Enc. met. 3, p. 52. — Inter Nantlam et Misantlam regionis calidae. Febr.

## TILIACEAE K.

## TRIUMFETTA Plum., L.

1316. Triumfettae? species fructu deficiente recognoscenda, a n. 486 diversa: panicula aphylla, foliis glabres-

centibus et ramis inflorescentiae contra patentim hirsutis. — Arbuscula floribus flavescentibus. Papantlae. Febr.

### MUNTINGIA Plum., L.

1317. Muntingia *Calabura* L. et auct. HW. n. 10089. — Arbuscula floribus albis prope Papantlam. Febr.

## BIXINAE K.

### BIXA L.

1318. Bixa *Orellana* L. et auct. *Achiote* Papantlensium. Prope Papantlam hinc inde culta. Jan. Prope Cuapa rarius. Dec.

### FLACOURTIA Comers. l'Herit. Juss.

1319. Flacourtia flexuosa HBK. 7, p. 239. Ed. min. — Specimina nostra mascula. In dumetis prope Jalapam. Septbr.

## SAMYDEAE Kunth.

### CASEARIA Jacq.

1320 Casearia *corymbosa* HBK. 5, p. 366. Ed. min. (e collatione herb. Kunth.). — Fruticosa circa Actopan reg. cal. Mart. specimina florentia. — Tecoluta. Jan. fructifera „Arillo rubro".

1321. Casearia proxima superiori, si modo diversa. In sylvis umbrosis Papantlae. Jan. fructifera. „Arillo rubro". — — Fructus axi majori, diametro minori; folia longiora, tenuius membranacea quam genuinae *C. corymbosae*.

1322. Casearia species a *C. spinosa* L., HW. n. 8344 majori glabritie potissimum diversa. Specimen unicum fructiferum, Plan del Rio. Jul.

1323. Casearia species floribus fasciculatis. Specimen unicum mancum. — Papantla. Jan.

## CISTINEAE DC.

*Locis natal. adde:* No. 490. Helianthemum *glomeratum* Lag. Jalacingo. Nov.

## VIOLA L.

1324. Viola *odorata* L. in hortis prope Jalacingo culta. Nov. — Specimina manca.

## SAUVAGESIA Jacq. L.

1325. Sauvagesia *erecta* L., HV. no. 4977. — — ⊙ flore albo. In pratis inter Misantlam et Colipam. Febr.

## POLYGALEAE Juss.

*Locis nat. adde:* Polygala *paniculata* L. In apricis sylvestribus prope el Estero reg. cal. Mart.

## RUTACEAE Ad. d. Juss.

## ZANTHOXYLUM L. Kunth.

1326. Zanthoxylum *Pterota* K. *Fagara Pterota* L. *F. lentiscifolia* W. — — In pratis. Prope el Estero, Jan.; inter Misantlam et Nantlam. Febr.

## CHOISYA Kunth.

1327. Choisya *ternata* HBK. 6, p. 6, t. 513. — — Specimina sterilia foliis saepe quinatis. — Jalacingo. reg. temp.

## CARYOPHYLLEAE Juss.

*Locis nat. adde:* No. 506. Stellaria *cuspidata* HBK. Prope Estero. Jan. (Caulibus omnino viscidulo-patentim villosis.) — 507. St. *ovata* HBK. Papantla. Dec. specimina bona.

## TEREBINTHACEAE Juss.

### PICRAMNIA Sw.

1328. PICRAMNIA *antidesma* Sw. Ind. occ. 1, p. 218. Papantla. Jan. — — Variet. *pubescens*. Ex toto molliter pubescens, pube in supera foliorum pagina rarescenti. In sylvis Jalapensibus. Baccis rubris demum nigris. Aug. Oct.

## CELASTRINAE R. Br.

### WIMMERIA Nov. Gen.

CHAR. GEN. Flores hermaphroditi, regulares, pentameri, praefloratione imbricata. Calyx parvus, obtuse lobatus. Petala sub margine disci inserta, sessilia subconcava, patentissima, demum reflexa, marcescentia. Stamina ibidem inserta, cum petalis alternantia, longitudine eorum vel majori; filamenta filiformia; antherae dorso affixae, ovales, biloculares, loculis rima longitudinali lateraliter dehiscentibus. Discus carnosus lobatus, sinubus filamentorum basin amplectens. Germen disco impositum, basi immersum, pyramidato-trigonum, triloculare, loculis pluri-ovulatis, ovulis basi affixis; stylus brevis; stigma trilobum terminale. Pericarpium samaroides, triquetrum, tripterum, indehiscens, epicarpio tenuiter membranaceo reticulato-venoso, endocarpio chartaceo in alas producto; abortu uniloculare, monospermo. Semen erectum, teres, apice attenuatum, epispermio brunneo granulato; albumen carnosum; embryo axilis, rectus, magnus, albus; cotyledones lanceolatae, planae, nervo et venis conspicuis notatae; radicula exserta, plumula inconspicua. — Arbusculae glabrae, habitu Celastri, foliis exstipulatis alternis integris serratis, inflorescentiis cymosis axillaribus. Character differentialis in fructu samaroide, indehiscente, monospermo. — Nomen imposuimus in honorem Fr. Wimmer operis eximii „*Flora Silesiaca*" cum Grabowskio editoris.

1329. WIMMERIA *concolor* n. sp. Foliis concoloribus. Rami tenues, debiles, lenti. Folia crebra, elliptica utrinque acuta et lanceolata, vix acuminata, apice nunc acuto nunc obtuso; marginata, margine inflexo; obtuse obsolete subcalloso-serrata, serraturis in ima cuneata basi deficientibus; consistentia membranacea subchartacea; nervo venisque crebris tenuibus venulisque raris reticulatis vix subtus prominulis; vix unquam sesquipollice longiora, 9 lineis latiora, petiolo trilineari. Cymae pedunculatae, dimidio folio ut plurimum breviores, ad summum ter dichotomae, flore alari primario haud raro deficiente. Squamulae ovatae acutae parvae bifurcationes suffulcientes. Flores diametro vix trilineari. Lobi calycini obtuse arcuati, pallide membranaceo-marginati. Petala ovata ovato-lanceolatave obtusa. Fructus immaturus a subsequentis speciei fructu non videtur differre. —— Prope Colipam arborescens. Mart.

1330. WIMMERIA *discolor* n. sp. Foliis discoloribus. A superiori specie differt: ramis crassioribus firmioribus erectis. Foliis majoribus in lanceolatam magis vergentibus formam, 2—2½ poll. longis, longioribusque, rarius pollice latioribus, petiolo 4 lineari. (Variabilia tamen, in aliis speciminibus elliptica, 2½ poll. longa, 16 lin. lata.) Apice saepius angustata sunt, saepius acuminata, acutiora; consistentia semper firmiori magis subcoriacea, venis magis immersis, margine tenuiori minus reflexo, serraturis magis rotundatis magisque obsoletis. Supera pagina obscurior in siccis saltem fuscescit, infera pallescente. Inflorescentia persimilis, nec flores (ex alabastro) diversi. Fructus maturus axi circiter 9 linearì, faciebus profunde cordatis, ovatis, obtusis, subemarginatis alis apicem loculamenti sesquilinea altiusve superantibus. Semen 4 lineas longum. — — In sylvis apricioribus Papantlae arborescens. Januar.

## INDETERMINATAE.

1331. Tepetomate (id. est *Lycopersicum sylvaticum*) Misantlensium. Arbor cujus fructus acidulus sapidissimus dicitur. — — Specimina mascula. In sylvis Misantlae. Mart.

1332. Cuijol Papantlensium. Arbor cujus lignum in terra petrificatur. Flores fructusque ignoti. Papantlae. Jan. sterilis.

1333. Frutex oppositifolius (an ex Acanthacearum ordine?), cujus folia coeruleo tingunt. Papantlae. Febr. sterilis.

1334. Volador Papantlansium. Arbor. Papantlae. Jan. (Ramus sterilis.)

1335. Arbor procera, folio *Carpini*. Papantlae. Jan. sterilis.

1336. Arbor procera, foliis myrtoideis impunctatis. Papantlae. Jan. sterilis.

1337. Sauravja s. *Palava* Schiede in litteris. In sylvaticis ad montem Orizaba sterilis.

1338. Arbuscula in sylvis Papantlae. Jan. fructifera. An novum genus. Calyx cupuliformis, truncatus, persistens. Capsula olivaeformis, basi calyce laxe amplexa, mucronulata, adpresse indistincte lepidoto-tomentosa et lutescenti-canescens, coriacea, trilocularis, trivalvis, loculicide dehiscens, valvis medio septiferis, loculis oligospermis, seminibus 3 — 4 erectis. „Seminum integumentum *(Arillus)* album" Schiede. Embryo exalbuminosus, semini conformis, orthotropus. Colyledones subfoliaceae, profunde cordatae, emarginatae, inaequilaterales, secundum axin seminis spiraliter circa radiculam longiusculam rectam convolutae, latere majori involvente, minori involuto. Pedunculi axillares, aggregati, 2 — 5 pollicares et sub-bipollicares.

Calyx bracteolis squamiformibus ipso brevioribus quasi calyculatus. Axis fructus circiter semi pollicaris. Folia alterna, glabra vel glabrescentia, integra, integerrima, e dilatata subtruncata nunc subcuneata, nunc subcordata basi late ovata, acuta, 5—7 nervia, quinquepollicaria, latitudine longitudinem subaequante; peliolus teres laminam subaequans.

1339. Arbor racemis pendulis. Cuesta grande de Chiconquiaco reg. temp. — Mart.

1340. Frutex floribus flavis vel flasescentibus. Papantlae. Jan.

# Versuch einer Verständigung über die Arten der Gattung *Physalis*,

von

D. C. G. Nees v. Esenbeck,

Professor zu Breslau.

Der grofsartige Plan der *englisch-ostindischen Compagnie*, unter der Leitung des berühmten Superintendenten des botanischen Gartens zu Calcutta alle Botaniker Europas zu einer Bearbeitung der Flora Ostindiens zu vereinigen, und den als Vorbereitung zu einer solchen Arbeit seit Jahren aufgehäuften Pflanzenschatz, den die hochachtbare Compagnie besitzt, diesem gemeinnützigen Zwecke soweit aufzuopfern, dafs nur noch ein umfassendes Normal-Herbarium in dem Museum der Compagnie zurückbleibt, hat mich in den Stand gesetzt, einige Pflanzenfamilien, die mich früher schon theilweise beschäftigt hatten, mit ausgedehnteren Hülfsmitteln und mit einer, auf eine grofse tropische Flora fixirten Richtung, gleichsam als eine Berufsaufgabe zu studiren und darzustellen. Diese Familien sind die der *Solanaceen*, *Acanthaceen* und *Laurineen*.

Die Betrachtung der ersteren, die ich so eben vollendet habe, führte mich, wie es in dem Character einer jeden ähnlichen Arbeit liegt, auf die kritische Beleuchtung unklarer Gattungen im Ganzen zurück, welche vielleicht, neben verschiedenen Berichtigung und Erweiterungen der schönen von Carey und Wallich besorgten Ausgabe von

Roxbourghs Flora, den interessanteren Theil der Bearbeitung dieser, in Ostindien wenig reichhaltigen Pflanzenfamilie ausmacht.

Die Familie der eigentlichen *Solanaceen* besteht in Ostindien nur aus den Gattungen: *Physalis*, *Anisodus* Link, *Solanum*, *Datura*, *Nicotiana* und *Hyoscyamus*, von denen die beiden letzteren nicht einmal als Eingeborene beglaubigt sind. Aus der Gruppe der *Verbasceae* schliefsen sich einige Arten von *Verbascum* und *Celsia* an.

Physalis chenopodifolia *Lam. Ill. gen. n.* 2401. *Poir. Enc. meth. sppl. II. p.* 348. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 674.

Physalis tuberosa *Willd. En. H. Ber. I. p.* 232. *n.* 4.

*Link En. I. p.* 180. *n.* 1703. *Horn. Hort. Havn. I. p.* 216. *n.* 7. *R. et Sch. S. Veg. IV. p.* 673. *(excl. Obs.) Spr. S. V. I. p.* 697. *n.* 10.

Habitat in Peruvia?

Radix crassa, ramosa, caudice intermedio vetustiore tuberoso, pallido. Caules plures, herbacei quidem, sed basi lignescentes, bi-tri-pedales, erecti, acute dichotomi, costis e petiolis decurrentibus angulosi, pilis brevibus mollibus simplicibus articulatis subtomentosi. Folia ratione plantae parva: inferiora solitaria, sesqui-bipollicaria, pollicem untm — 2 latä; superiora, quae dicunt gemina, inaequalia, quorum majus 1 pollicem longum, $\frac{3}{4}$ pollicis latum; quae cuncta ovato-deltoidea, basi plerumque cuneata, rarius (nec nisi inferiora) cordata, acuta, angulato-dentata, angulis nonnullis ex inferioribus majoribus patentibus obtusiusculis, utrinque dense pubescenti-tomentosa, incana et mollia. Petioli inferiores pollicares et bipollicares, superiores semipollicares, tomentosi. Pedunculi solitarii inter folia gemina, 3 ad 12 lineas longi, tomentosi aut villosi. Flos cernuus. Calyx 2—3 lineas longus, subcylindricus, basi truncatus, pubescenti-tomentosus, ad medium bifidus, laciniis lanceolato-acuminatis inaequalibus. Corolla magnitudine corollae *Physalidis peruvianae*, saepe 10 — 12 lineas lata, extus pubescens, flava, maculis fundi quinque magnis subquadratis nigro-violaceis. Antherae margine late violaceae. Calyx fructus ovatus, obsolete angulatus, brevis, pubescens, pallidus. Bacca lutea, viscosa.

*Adnot.* Hedwigius huius plantae semina a Pascalio, nomine *Physalidis tuberosae* adscripto, obtinuit, *bulbosaeque* substituta appellatione exempla Starkio dedit a quo ad Willdenowium pervenere. Glutinosam potius appellandum esse Hedwigius (in litteris) censuit. — Nomen Lamarckianum, tempore prius, plantae figurae bene congruum restitui, cum exstet alia *Physalis tuberosa* a cel.

Zuccagnio appellata, neque ea quidem sui juris declaranda.

*Physalis chenopodifolia* Willd., utpote quae *Physalidi atriplicifoliae* Jacquini adscribenda, etiam loco cedit. Restat igitur jure suo prior illa speciei cognominatio, a Lamarckio proposita.

Etiam *Physalidis viscosae* nomine in hortis herbariisque occurrit.

7. *Physalis heterophylla.*

Ph. herbacea, radice perenni, villosa, ramis diffusis angulatis flexuosis, foliis singuli paris valde inaequalibus ovatis cordatisve acutis dentatis, corollis maculatis, antheris luteis, calycibus fructus ovalis angulatis pallidis.

Physalis pennsylvanica *herb. Willd. et Herb. Regii Berolinensis.*

Physalis tomentosa *Walt. Fl. Carol. p.* 99?

Physalis nutans *Walt. Fl. Carol. p.* 99?

Habitat in America boreali. Herb. Willd., ad exemplum a Mühlenbergio missum. In collibus argillosis Pennsylvaniae Poeppig legit; mihi etiam e Pennsylvania oblata est. Cel. Günthero ex America boreali *Physalidis pubescentis* nomine missa est.

Radix perennis, repens. Caules plures, herbacei, procumbentes, flexuosi, divaricato-ramosi, compresso-angulati, pilis simplicibus articulatis albis magis minusve villosi. Folia gemina, valde inaequalia: alterum pollices 2—$2\frac{3}{4}$ longum, $1\frac{1}{2}$—2 pollices latum, ovatum vel cordatum suborbiculatumve, acutum; alterum pollicem longum latumque orbiculatum subcordatum; hoc et illud basi inaequale, in medio sinuato-dentatum dentibus acutis inaequalibus, basi apiceque integerrimum, aliquando repandum, vel totum integerrimum, utrinque pilis sparsis erectiusculis simplicibus longiusculis rigidulis articulatis ad costas magis confertis inspersum, viride, subtus paullo pallidius. Pe-

tiolus folii majoris pollicaris, minoris $\frac{1}{4}$ pollicis longus, uterque albo-hirtus. Pedunculi axillares, solitarii, 4—6 lineas longi, hirti. Flos nutans. Calyx pro genere magnus, in flore 3—4 lineas longus, campanulatus, hirsutus, ad $\frac{1}{3}$ quinquefidus, laciniis e basi triangulari longe acuminatis hirtis, binis majoribus. Corolla 6—7 lineas lata, extus pubescens, margine repanda, lutea, maculis in fundo quinque obscuris fusco-violaceis picta. Antherae luteae. Calyx fructus inflatus, ovato-subglobosus, angulatus, hirsutus, pallidus, pendulus, pollicem longus.

*Adnot.* 1. Planta, si qua alia, polymorpha, praecipue foliis modo fere orbiculatis, modo cordatis, ovalisque, vario modo repandis, dentatis vel subintegerrimis, tum vero villositate saepe maxime insigni, saepe ad pubescentiam *Physalidis peruvianae* accedente, cui sane nostra planta simillima, a qua tamen diversa: caule diffuso flexuoso, neque erecto, villositate longiore, subviscida, foliis ratione longitudinis latioribus, acutis, neque acuminatis, magis difformibus (caeteroquin simili ratione quoad dentes variabilibus), antheris luteis, nec coeruleis.

*Adnot.* 2. An huius loci *Physalis pubescens* Pursh, cui vera *Physalis pubescens Physalidis obscurae Var.?*

8. *Physalis peruviana.*

Ph. herbacea, perennis, pilis simplicibus dense pubescenti-villosa, caule erecto subramoso, foliis cordatis acuminatis integris vel dentato-sinuatis, subtomentosis, corolla maculata, antheris violaceis, calycibus fructus ovatis subaequalibus pallidis.

*α.* Foliis magis minusve dentatis.

Physalis esculenta *Willd. in Act. Amic. N. Cur. Ber. IV. p.* 197. *R. et Sch. S. Veg. IV. p.* 674. *n.* 13. *(Vidi in Herb. Willd., nomine* Physalidis esculentae Roxb., *a Kleinio ex India orientali missa exempla.)*

Phy-

Physalis tomentosa *Medic. Act. Pal. IV. p.* 184. *t.* 4. *Gmel. S. V. p.* 382.

Physalis peruviana *Roxb. Fl. Ind. or. ed. Car. et Wall. II. p.* 241. *n.* 3. *Wall. Cat.* 2644. *B. et E. (Ex Hort. b. Calc. et herb. Heyn.)*

β. Foliis subintegerrimis.

Physalis peruviana *Lin. sp. pl. I.* 1670. *Willd. sp. pl. I.* 2. *p.* 1022. *n.* 10. *En. Hort. Ber. I. p.* 232. *Link En. I. p.* 181. *n.* 1705. *R. et Sch. S. Veg. IV. p.* 674. *n.* 12.

Physalis pubescens *Lin. Herb.* — *R. Brown. Prodr. Fl. N. Holl. I. p.* 447. — *Fl. Peruv. II. p.* 41. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 675. *n.* 15. *Spreng. S. V. I. p.* 698. *n.* 19. — *Willd. Herb. ex India or. a Roxb.* (alterum exemplum *Ph. minimam* L. exhibet.)

Physalis tuberosa *Zuccagn. Obs. Cent. n.* 43. *in Roem. Coll. p.* 130. *De C. H. Monsp.* 1813. *p.* 50.

Physalis latifolia *Lam. Ill. gen. n.* 2407. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 676. *n.* 18.

Physalis barbadensis *Lam. Enc. meth. II. p.* 102. *n.* 12.

Physalis edulis *Sims Bot. Mag. t.* 1068. *Balb. Cat. Taur. a.* 1813.

Solanum vesicarium radice crassa mexicanum flore luteo, Coztomatl, sive Solanum pallens Recchi. *Moris. Hist. III. p.* 526. 17. *Sect.* 13. *tab.* 3. *f.* 17. *(ad* Ph. esculentam Willd. *et* peruvianam *omnino adhibenda.)*

Vidi in Herb. Willd. exempla *Physalidis peruvianae*, ab illustriss. Humboldtio ex Quindiù allata, et alterum a cl. Bouché additum, quae, ne dentium quidem foliorum natura vel defectu ab illis, quae *Physalidis esculentae* nomine ibidem asservantur, recedunt.

Habitat in Peruvia, Limae (Willd.); in Antillis (Var. β. — Lam.). Colitur in India orientali. In Nova Hollandia, ad Port Jackson, quasi sponte nascitur. (R. Br.) — In Madeira Holl legit (nomine *Physalidis pubescentis*).

Species pubescentia grisea et molli foliisque longe acuminatis distinctissima. Caules erecti virgati, ramis paucis, brevibus, divaricatis. Folia gemina, in aliis repando-subdentata, in aliis dente uno alterove majori praedita, in aliis integerrima. Flores solitarii, pedunculo horizontali villoso floris longitudine innixi. Calyx campanulatus, pubescens, laciniis ovato-lanceolatis acuminatis. Corolla magnitudine corollae *Physalidis Alkekengi*, lutea, maculis 5 fuscis ad faucem. Bacca globosa, viscida, lutea, suaveolens. Semina ovato-discoidea, convexa, pallida, obsolete fusco-punctulata.

*Adnot.* 1. Alkekengi virginianum, fructu luteo, vulgo Capuli Feuill. *Per.* III. p. 5. t. 1, nisi forte ad *Physalidem viscosam* potius spectet, huius mala effigies censenda est, foliis nimis brevibus, calycibusque fructus depressis latisque, neque ovalis, depicta. Nisi floris maculae additae essent, et citata species virginiana *(Physalis pubescens)* opitularetur, hoc synonymon, praesertim ob fructum turbinatum, *Physalidi viscosae* adiecissem.

*Adnot.* 2. *Physalis latifolia* Lam. planta est, cultura soloque pingui mutata, laxior, foliis amplioribus, saepe integerrimis; in reliquis non differt, neque, nisi arbitrio hortulani, eam e solo eripientis, annua efficitur.

*Adnot.* 3. Colitur in regionibus tropicis ob baccas acidulas odoratas, sanis aegrotisque gratas, quas crudas comedunt saccharoque conditas servant.

Sectio III. *Herbaceae annuae, radice infirma.* Flores solitarii. Alabastrum, dum clausum, ratione corollae parvum, ovatum.

A. Calyx fructus vesiculosus, clausus. (No. 9—17.)

9. *Physalis pubescens* Lin.

Ph. herbacea, annua, ramosissima, pubescenti subtomentosula, foliis basi inaequalibus cordatis acuminatis dentatis, corollis maculatis antheris violaceis, calycibus fructus ovato-acuminatis acute angulatis basi retusis.

α. Foliis basi integerrimis.

Physalis pubescens *Lin. H. Cliff. n.* 62. *Sp. pl. p.* 262. *Lam. Enc. meth. II. p.* 101. *n.* 9. *Pursh Fl. Am. sept. I. p.* 157.

Physalis ramosa *Mill. Dict. n.* 9.

Physalis peruviana *Roxb. Car. et Wall. Fl. Ind. or. II. p.* 241. *n.* 3. *Wall. Cat. n.* 2034. *C. D. F.*

Physalis Rothiana *herb. Hort. Reg. Berol.* (Forma luxurians, ad Var. β. accedens, sed lobis baseos foliorum integerrimis.)

Solanum vesicarium virginianum procumbens annuum, folio lanuginoso. *Moris. Hist. III. p.* 527. *S.* 13. *t.* 3. *fig.* 24.

Alkekengi procumbens *Moench.*

Variat α*. foliis repando-subdentatis (Hujus loci Physalis staminea *Mühlenb. in Hrb. Willd.*)

β. Foliis basi etiam dentatis.

Physalis pubescens β. *Lam. Enc. meth. II. p.* 101. *n.* 9.

Physalis pruinosa *Lin. sp. pl. I. p.* 263. *Willd. sp. pl. I.* 2. *p.* 1024. *n.* 16. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 678. *n.* 25.

Physalis barbadensis *Jacq. Misc. II. p.* 359. *Ic. rar. I. t.* 39. *Willd. sp. pl. I.* 2. *p.* 1023. *n.* 13. *R. et Sch. S. Veg. IV. p.* 676. *n.* 17. *Willd. En. H. Ber. I. p.* 232. *Link En. I. p.* 181. *n.* 1708. *Horn. Hort. Havn. I. p.* 217. *n.* 13. *Willd. Herb.*

Physalis obscura β. pubescens *Pursh Fl. Am. sept. I. p.* 157. *n.* 2. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 677. *n.* 21. β. *(Vidi in Herb. Willd.)*

Alkekengi barbadense nanum Alliariae folio *Dill. Hort. Elth. p.* 12. *t.* 9. *f.* 9.

Crescit var. α in America boreali (Virginia, Carolina, Pennsylvania). In India orientali fortasse non nisi culta provenit. Inventa est in Nepalia (Wallich), ibidem in montibus (vix tamen indigena —Wallich); in Gualpoara (hrb. Hamilt.) — β in America (Vidi in Herbb. Willd. et Günther.).

Species satis distincta inter annuas plerasque flore, ad faucem maculis quinque fusco-violaceis notato, subrotato, et pubescentia omnium partium densa aequali minuta mollique. Folia plerumque basi distincte cordata, inaequalia, late ovata vel (in β.) suborbiculata, inferne dentibus nonnullis grossis inaequalibus praedita, apice acuminata integerrima. Calyces fructus magni ovati, acuminati, quinquangulati, purpura saepe reticulati, pubescentes, angulis acutis. Semina orbiculata, punctulata.

*Adnot.* 1. α* *Physalis staminea* Mühlenb. foliis ovatis subdentatis, calycibus villosis, staminibus corolla longioribus *Willd. Herb.*, e Pennsylvania, hujus est exemplum exiguum, foliis minoribus. — Stamina revera non longiora sunt quam corolla, sed pressione hoc factum est.

*Adnot.* 2. Physalis pubescens β pruinosa primo intuitu differre videtur: foliis latioribus, profunde cordatis, basi minus inaequalibus, *lobis etiam postice dentatis*, omni quoque ambitu dentibus crebrioribus et acutioribus praedito; sed reliqua congruunt, atque folia etiam pro situ locoque mutantur. — Calyx adultus fructus in utraque varietate ex ovato conicus, acute ac distincte quinquangularis, basi concavus, purpureis venis saepe reticulatus.

*Adnot.* 3. B. Willdenowius veram *Physalidem pubescentem* hoc nomine non noverat, ejusque loco in Herbario suo *Physalidem minimam* et *Ph. peruvianam* servabat; *Physalis* vero *barbadensis* Willd. hujus est loci.

10. *Physalis foetens* Poir.

Ph. herbacea, annua, viscoso-pubescens, ramis dichotomo-diffusis, foliis ovato-ellipticis basi inaequalibus acutis grosse dentatis, corollis maculatis, antheris violaceis, calyce fructus ventricoso-ovato aequali.

Physalis foetens *Poir. Enc. meth. Suppl. II. p.* 348. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 674. *n.* 14. *Spr. S. V. I. p.* 697. *n.* 12. *Herb. Hort. Reg. Ber.*

Physalis foetidissima *Lag. Gen. et spp. nov. Diagn. p.* 10. *n.* 146. *R. et Sch. S. Veg. IV. p.* 680. *n.* 29. *Spreng. n. Entd. II. p.* 125. *Link En. Hort. Ber, I. p.* 181. *n.* 1710. *Herb. Hort. Reg. Ber.*

Physalis nodosa *Lam. Ill. gen. II. p.* 29?

Habitat in America tropica. Vidi exempla culta Horti Regii Berolinensis et proprii.

Tota planta pilis brevibus mollibus capitatis pubescenti-viscida, odoris ingrati, viridis, nitidula, $1\frac{1}{2}$—2-pedalis. Caulis dichotomus, ramis divergentibus inaequalibus, angulosus, subfistulosus, ad genicula incrassatus. Folia pleraque alterna, pollices 2—$2\frac{3}{4}$ longa, pollicem 1—$1\frac{1}{2}$ lata, in petiolo $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ poll. longo, ovato-elliptica, basi acuta et valde inaequalia, altera parte saepe veluti truncata, angulato-dentata, angulis obtusiusculis, repando-subdentatis. Pedunculi e dichotomia oriundi et axillares, erecti, pubescenti-villosi, quadrilineares. Calyx valde pubescenti-viscosus, quatuor lineas longas, ad $\frac{2}{3}$ quinquefidus, laciniis lanceolato-acuminatis angustis. Corolla diametro 9—12 linearum, rotata, repanda angulis quinque aculis, extus subpubescens, margine ciliata, sulphurea, maculis quinque magnis livido-violaceis in fundo picta. Stamina corolla duplo breviora: filamenta violacea, glabra; antherae sordide violaceae, sutura valde flexuosa alba; pollen flavescens. Stylus violaceus, glaber. Calyx fructus cernuus, brevi-pedunculatus, ventricoso-ovatus, vix longior

quam latior ($\frac{3}{4}$ pollicis) aequalis, reticulatus, pubescenti viscosus, pallens. Bacca subglobosa, flavescens.

*Adnot. Physalis foetidissima* Herb. Horti Reg. Ber. floribus quicquam minoribus, neque ulla graviori differt nota.

11. *Physalis aequata* Jacq. fil.

Ph. herbacea, annua, caule dichotomo ramisque erectis strictis latere hirto-pubescentibus, foliis ovatis oblongisve sinuato-serratis glabris, corollis maculatis, antheris violaceis, calycibus fructus ovato-subglobosis lacvibus, pedicellis brevibus hirtis.

Physalis aequata *Jacq. fil. Ecl. II.*

Physalis ixocarpa*) *Brot. De C. Hort. Monsp. a.* 1813. *Hornem. Hort. Havn. Suppl. p.* 26.

Habitat ... Vidi in Herb. Hort. Reg. Berol., nomine *Physalidis aequatae* et *angulatae;* et in proprio.

Caulis erectus $1\frac{1}{2}$—2-pedalis, dichotomus, inferne angulatus, superne angulato-sulcatus, angulis, praesertim e regione dichotomiis opposita, pilis articulatis magis minusve hirtis; ramis erectis, in solo fertili magis divergentibus, rectis. Folia alterna: superiora quae dicunt gemina; inferiora, in solo pingui 4—$4\frac{1}{2}$ poll. longa; superiora et macrae plantae $1\frac{1}{2}$—2 pollices, ovata, acuta, basi inaequalia et cuneiformia, margine subaequaliter repando-serrata, serraturis angustis obtusis, glabra vel subtus ad costas venasque scabra, pallide viridia; petioli dimidio folio longiores, angusti, supra hirti. Flores e dichotomia erecti, pedunculo calyce vix duplo longiore bilineari hirto. Calyx cylindrico-campanulatus, basi truncatus, pubescenti-scaber, laciniis triangularibus acutis tubo calycis brevioribus. Corolla parva, duarum linearum diametro, lutea,

*) Nescio, utrum *ixocarpa* legendum, ab ἰξὸν, viscum, an potius *isocarpa*, ab ἴσος, aequalis, ob calycem fructus non angulatum.

fundo nigro-violacea, extus pubescens. Antherae violaceae. Pedunculi fructus parum longiores, quam floris pedunculi. Fructus penduli. Calyx inflatus, longitudine pollicis, ovato-globosus, neque angulatus, bacca non multo amplior, reticulato-venosus, glaber, laciniis ovato-lanceolatis acutis conniventibus. Bacca magna, lutea; fundum calycis replens.

*Adnot.* A *Physalide indica* (n. 15) differt statura majore, habitu stricto, foliis evidentius dentatis, corollis maculatis, calyce fructus multo majore;

a *Physalide Linkiana* (n. 12) foliorum dentibus obtusis, nec mucronatis, corollis minoribus maculatis, pedunculis multo brevioribus hirtis, calyce fructus subgloboso, nec apice attenuato;

a *Physalide angulata* (n. 14) recedit calyce aequali et corolla maculata;

a *Physalide minima* (n. 16) caule erecto, neque villoso, et corolla immaculata;

a *Physalide pubescente* (n. 9) caule erecto, ramis erectis neque dense pubescentibus calycibusque aequalibus.

12. *Physalis Linkiana.*

Ph. herbacea, annua, glabra, caule ramoso subdiffuso, foliis ovalis acuminatis sinuato-serratis glabris serraturis mucronatis, corollis immaculatis, antheris violaceis, calycibus fructus ovato-acuminatis aequalibus, pedunculis elongatis glabris.

Physalis dubia *Link En. Hort. Ber. I. p.* 181. *n.* 1709. *)
Physalis ixocarpa „*Brot.*" *H. b. Bonn.*
Physalis angulata Hort. compl.
Physalis arenaria (?) *H. Vrat.* olim.
Solanum vesicarium indicum erectum, folio leni, annuum

*) Nomen mutandum erat, ob *Physalidem dubiam Gm.* antiquiorem.

*Moris. Hist. pl. Oxon. III. p.* 526. *n.* 22. *Sect.* 13. *t.* 3. *f.* 22.

Habitat in Brasilia. Vidi in Herb. Hort. Reg. Ber. nomine *Physalidis dubiae* et *Ph. novae sp.* barbadensi affinis e Brasilia. *Ph. ixocarpae* nomine in Hortum Bonnensem illata est.

Planta distinctissima, habitu ad *Physalidem angulatam* proxime accedens. Caulis bipedalis, primum erectus, dein ob ramorum pondus procumbens, dichotomus, angulatus, glaber, novellis apicibus minutissime scabridulis subviscidis; rami divergentes. Folia inferiora solitaria, superiora gemina, acuminata, glabra, repando-serrata, serraturis angustis acuminatis cum mucrone; inferiora ovata, basi fere rotundata, 4 pollices longa, $2\frac{3}{4}$ poll. lata; media ovata, basi acuta, pollices $2—2\frac{1}{2}$ longa; suprema oblonga, utrinque acuminata, parcius dentata, sed vix unquam integerrima. Petioli angusti, scabriusculi inferiorum foliorum dimidia longitudine, superiorum breviores. Flores axillares. Pedunculi 4 — 5 lineas longi, graciles, glabri, vel sub lente scabriusculi, stricti; sub fructu fere pollicares, reflexi. Calyx subcylindricus, brevis, basi truncatus, sub lente scabriusculus, laciniis triangulari-acuminatis tubi calycis longitudine. Corolla sex linearum diametro, lutea, sinuato-quinquangula, angulis acutis, fundo signatura quinqueloba paullo obscuriore. Stamina corolla breviora: filamenta pallida; antherae violaceae. Calyx fructus ovatus, longe conico-acuminatus, aequalis, neque angulatus, plerumque venis purpurascentibus fuscisve reticulatus. Bacca globosa, lutea.

*Adnot.* Icon et descriptio Morisonii plantam optime indicant.

*Adnot.* 2. Variat calyce purpureo-venoso, quae *Physalis dubia* Link., et pallido concolore, quae *Ph. arenaria* Hort. Vrat.

*Adnot.* 3. Differt a *Physalide angulata* (14) pedunculis longis et calyce fructus angulis experte; a *Physalide aequata* pedunculis longis calyceque fructus elongato.

13. *Physalis lanceifolia.*

Ph. herbacea, annua, glabriuscula, caule dichotomo, foliis lanceolatis utrinque attenuatis subdentatis, corollis immaculatis, antheris coerulescentibus, calycibus fructus pendulis ovatis aequalibus (?) pedunculis longissimis puberulis.

Physalis angulata *R. et Pav. Fl. Peruv. II. p.* 42.

Physalis lanceolata *Michx. Fl. bor. - Am. I. p.* 149. *Pursh Fl. Am. sept. I. p.* 157. *n.* 3. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 673. *n.* 7?

Habitat in Peruvia (Ruiz et Pavon); in Mexico (Herb. Hort. Reg. Ber.). — In Amer. bor.? (Michx.) Vidi siccam in Herb. Hort. Reg. Ber.

Annua. Caulis 1—2-pedalis, erectus, firmus, sulcato-angulatus, ad nodos subincrassatus, glaber, solis novellis summitatibus pube hinc inde adspersis, basi violascens. Folia alterna vel subgeminata, pollices 2 — $3\frac{1}{2}$ longa, 1 pollicem lata, in petiolum $\frac{3}{4}$ pollicis longum saepe purpurascentem attenuata, acuminata, integerrima, repanda, vel irregulari modo hinc inde dentata, laete viridia, inferiora glabra, summa circa petiolos costasque principales minute pubescentia; costa subtus utrinque sulco notata. Infima folia pleraque elliptica, integerrima, breviora. Pedunculus e dichotomia vel una cum ramulo brevi axillaris, fere pollicaris, minute pubescenti-scaber, subincanus; peracta anthesi elongatus, fere sesquipollicaris, primum declinatus calyce ascendente, demum recta reflexus caulique parallelus. Flos nutans. Calyx sub anthesi lineam $1\frac{1}{2}$ longus, cylindricus, basi truncatus, aequalis, nervis decem pubescenti-canis notatus, ad medium fere quinquefidus laciniis triangularibus acutiusculis. Corolla calyce

duplo longior, diametro 3—4 linearum, basi longius tubulosa, extus pubescens, ochroleuca, immaculata, limbo quinquangulari. Stamina corolla paullo breviora: filamenta lutescentia, glabra; connectivum latum, luteum; locelli violacei margine albido. Stylus longitudine staminum, glaber, apice crassior; stigma capitatum, crassum, emarginatum. Calyx fructus pendulus, pollice paullo longior, ovatus, aequalis (?), glaber, basi praecipue violaceo-reticulatus. Bacca globosa, lutea.

*Adnot.* 1. *Physalis lanceolata* Michx. *perennis* esse dicitur. Quod nisi obstaret, pubescentiam paullo evidentiorem non tanti existimarem, quo de synonymo dubius haeream. *Ph. virginiana* Mill. quam longissime distat.

*Adnot.* 2. Proxime accedit ad *Physalidem Linkianam.*

14. *Physalis angulata* Lin.

Ph. herbacea, annua, ramosissima, glabra, foliis ovatis oblongisve acutis grosse inaequaliter dentato-serratis (in var. β. subintegerrimis), corollis immaculatis, antheris pallide coerulescentibus, calycibus fructus quinquangulatis, basi truncatis, laciniis sub anthesi triangulari-subulatis tubum suum aequantibus.

Physalis angulata *Lin. Hort. Cliff. p.* 62. *H. Ups. n.* 50. *sp. pl. p.* 262. *Walt. Fl. Carol. Willd. sp. pl. I.* 2. *p.* 1022. *n.* 11. *R. et Sch. S. Veg. IV. p.* 676. *n.* 19. *cum synon. excl. var.* β.

Physalis obscura α glabra *Pursh Fl. Am. septentr. I. p.* 157. *n.* 2.

Alkekengi indicum glabrum, Chenopodii folio, *Dill. H. Elth. p.* 13. *t.* 12. *f.* 12 *(e Carolina).*

Solanum vesicarium americanum caule quadrangulo, folio stramoniae minore Miltomatl Recchi p. 295. *Moris. H. III. p.* 527. *n.* 27. *Sect.* 13. *t.* 3. *f.* 27?

Halicacabus indicus major albus *Rumph. Herb. Amb. VI. p.* 60.

Inotà Inodièn *Rheed. II. Mal. X. p.* 139. *tab.* 70.
Physalis peruviana *Wall. Cat. n.* 2634. *A, E, G, H.*
Physalis minima *Wall. Cat. n.* 2633 *(ex H. bot. Calc.)*
Physalis flexuosa et angulata hrb. Russ.
Physalis angulata hrb. Heyn.
Physalis flexuosa et Sugunda (ex parte) hb. Hamilt.

β. Foliis oblongo-lanceolatis basi apiceque acuminatis, caule diffuso.

Physalis patula *Mill. Dict. n.* 12.

γ. Foliis oblongis subintegerrimis.

Physalis angulata β foliis integerrimis *Lin., Willd. sp. pl. I.* 2. *p.* 1023. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 676.
Alkekengi Indicum glabrum Capsici folio *Dillen. H. Elth. p.* 12. *tab.* 11. *f.* 11.

Habitat in India utraque: in Monghir et Belabat (hb. Hamilt.). In Horto b. Calc. culta, *Physalidis peruvianae* nomine. — Var. β ad Vera Cruz (Mill.). E Brasilia Princ. Neowid. retulit. — Var. γ crescit in Bonaria (Dill.)

Glabritie, foliis (Chenopodii viridis) in Var. α ex ovato subrhombeis basi acutis (rarissime subcordatis), ad apicem usque grosse dentatis, apice non productis, in β et γ angustioribus, in β dentatis, in γ subintegerrimis, calyceque fructus acute quinquangulari ovato-subgloboso acuto amplo glabro sat distincta. — Corolla parva, brevis, sub campanulata, tota lutea. Antherae coerulescentes. Stigma capitatum, integrum. Semina rufescentia, minutim punctulata, ratione plantae parva.

Variat pilis nonnullis *in caule ramisque* et foliorum costa obviis. — Pedicelli et calyces floris semper scabri.

*Adnot.* Ad β. Definitio Mill. *Dict.* l. c. ad verbum, et verba ad illustrationem addita omnino conveniunt, sed obstant in his folia *lanata* dicta. In Physalide autem, ramis *glabris* secundum definitionem gaudente, folia, quae in reliquis omnibus parcioribus, quam caulis, vestiuntur

pilis *lanata esse nequeunt.* Vix igitur dubium est, quin *lanceolata*, loco „lanata", legi debeat, annuente tunc quoque definitione.

15. *Physalis indica* Lam.

Ph. herbacea, annua, caule erecto divaricato-dichotomo ramisque flexuosis petiolisque tenuissime viscido-pubescentibus scabriusculis, foliis ovatis oblongisve subdentatis, corollis immaculatis, antheris luteis, calycibus fructus ovatis subangulatis, laciniis sub anthesi triangularibus tubo duplo brevioribus:

α. foliis angustioribus, calycibus fructus ovatis;

Physalis indica *Lam. Enc. meth. II. p.* 102. *n.* 14.

Physalis parviflora *R. Br. Prodr. Fl. Nov. Holl. I. p.* 447 *(ed. N. ab E. p.* 303*) n.* 2. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 680. *n.* 28. (Semina punctata, cum a *Physalide peruviana* seu *Ph. pubescente* Brownii distingualur, necesse esset, optimae notae erant; in plurimis autem hujus generis speciebus istiusmodi semina inveniuntur.)

Physalis minima *Roxb. in Car. et Wall. Fl. Ind. or. II. p.* 242. *n.* 4.

Physalis minima *Mill. Dict. n.* 11.

Nicandra indica *R. et Sch. S. V. IV. p.* 682. *n.* 2.

Solanum vesicarium indicum *Herm. Lugdb. p.* 566. *t.* 571?

Halicacabus indicus minor niger *Rumph. Herb. Amb. VI. p.* 61. *t.* 26. *f.* 1. optima!

Physalis Alkekengi *Lour. Cochinch. I. p.* 164. *n.* 4.

Physalis pseudo-angulata *Blume Bydragen p.* 706.

Physalis angulata *Willd.* — ex parte: *(exempl. a Kleinio ex Ind. or. missum).*

Physalis peruviana *Wall. Cat. n.* 2634. *K.*

β. microcarpa, floribus fructibusque duplo minoribus, calycibus fructus subglobosis;

Physalis divaricata *Don Fl. Nepal. p.* 97. *n.* 2.
Physalis peruviana *Wall. Cat. n.* 2634. *G. — et B. ex parte.*
Physalis angulata var. β. *hb. Hamilt.*

Habitat (α) in Cochinchina (Loureiro); in Java insula (Blume); in Indiae orientalis continente (hrb. Wight.); in Nova Hollandia (R. Brown). (Vidi exempla Javanica et hrb. Wight.). Haec certe Indiae civis. — Var. β crescit in Nathpur (hrb. Hamilt.); in Nepalia (Wall.); ad pagum Bassaria (Don). Vidi in hb. Heyn. nomine Ph. angulatae.

A *Physalide angulata* haec species satis discrepat: caule humiliore saepe violaceo, pubescentia brevi rigidula glandulosa scabro, in ramos divaricatos maximeque flexuosos ac distortos, etiam pubescenti-scabros, viscidulosque diviso; foliis minoribus, ratione longitudinis angustioribus, basi distincte cuneiformibus, nunc irregulariter subdentatis, nunc repandis vel et integerrimis iisdemque Capsici simillimis; fructuum calycibus duplo fere minoribus, vix distincte angulatis, nitidis, lente armatis oculis visciido-pubescenti-scabris. — Flos magnitudine et forma *Physalidis angulatae.* Calyx pubescenti-scaber, brevis, subviscosus. Antherae flavae. Stigma integrum. Corolla magis tubulosa ac in *Ph. angulata.*

Var. β. differt a forma majori: caule humiliore, minus diffuso; foliis ratione longitudinis latioribus, inferioribus evidentius serrato-dentatis; floribus vix lineam longitudine aequantibus; calycibus fructus a baccis fere repletis, hinc subglobosis, piso vix dimidio majoribus. — Semina in *utraque* varietate disciformia, flava, nitidula, punctis distinctis fusco-nitidulis impressis irrorata.

*Adnot.* 1. Icon Hermanniana, supra citata, mediam quasi sistit plantam inter var. β. formamque primariam.

*Adnot.* 2. Quae sit *Physalis minima* Lin. H. Cliff. „ramosissima, pedunculis fructiferis *folio villoso longiori-*

*bus*" Lin. H. Cliff. et Roy. Lugdb., dubium est. Planta, tanta pedunculorum fructus longitudine pollens, vix mihi inter Physalides Indiae orientalis occurrit, neque figurae assentiunt citatae. Fortasse error subest calami aut typographi. In descriptione Hermanniana caulis *glaber* perhibetur, neque foliorum quidem pubescentia laudatur, floresque et fructus brevibus pedicellis innixi depinguntur. Sed *petioli* revera longiores sunt in his omnibus, ut facile crederem, hos potius, quam pedicellos, hoc loco subintelligi voluisse. Quibus assentit phrasis Milleriana (*Dict. n.* 11.) „ramosissima, foliis ovatis acuminatis subdentatis, petiolis longioribus."

Dillenius, *H. Elth. p.* 13, Hermannum corrigens, hirsutam esse docet plantam ab eo depictam, neque glabram, ex quibus sequitur, *Physalidem villosam* Mill. et Roth. olim eodem nomine venisse. Hanc posteriorem igitur, a Linneo (si pedunculi longitudinem immensam demas), sub *Physalidis minimae* nomine descriptam, *Ph. minimam* vocandam esse, nullus dubito.

*Adnot.* 3. In Herb. Willdenowiano nomine *Physalidis angulatae* exempla duo occurrunt, quorum alterum *Ph. indicae* est, ex India orientali a b. Kleinio missum alterum *Ph. viscosae Jacq.* seu *Ph. Jacquini Link. (Ph. viscosae* β. *pennsylvanicae* nob.)

*Adnot.* 4. Corolla omnino immaculata lutescens perhibetur ab auctoribus Florae Ind. or., et mihi quoque talis visa est. Sed eadem ab Hermanno „fuscis in fundo maculis inscripta" dicitur; neque „antherae coeruleae", ut apud Linneum legimus, nobis videbantur, sed luteae. Latent itaque sub hac specie et aliena *Physalidis aequatae* indicia.

*Adnot.* 5. Stigma integrum, quo charactere *Physalis minima* in *Fl. Ind.* l. c. maxime distinguitur a *Physalide*

*peruviana*, etiam in *Ph. angulata* aliisque isto nomine complexis, observatur.

*Adnot.* 6. Exemplum unum, quod a cel. Wallichio *Physalidis minimae* nomine missum est, ad *Ph. angulatam* spectat, cui etiam synonymon *Inotà-Inodien Rheed. H. M.* certo convenit, a Roxburghio ad Ph. minimam citatum. Definitio autem Roxburghiana ad veram *Physalidem minimam* luculenter respicit, cum plantam pubescentem, „folia praesertim *downy on both side*" exhibeat. Dubius quidem, utrum fidem majorem tribuam exemplo, facile commutabili an verbis expressis auctoris, eam denique sententiam secutus sum, ut ad utramque citarem locum Roxburghii.

16. *Physalis minima* Lin.

Ph. herbacea, annua, laxe villosa, ramoso-diffusa, foliis cordatis ovatisve acuminatis serrato-dentatis subintegerrimisve pilosis, corollis immaculatis, antheris luteis, calycibus fructus ovatis angulatis hirtis, laciniis sub anthesi triangulari-acuminatis tubo brevioribus.

Physalis minima *Lin. H. Cliff. p.* 62. *Roy. Lugdb. p.* 427. *Roxb. Fl. Ind. or. ed. Car. et Wall. II. p.* 242. *n.* 4. *ex parte.* — *Hrb. Willd. a Dom. de Friedland.*

Physalis parviflora *Lag. Gen. et sp. nov. Diagn. p.* 11. *n.* 147. *Willd. En. H. B. Suppl. p.* 11.

Physalis Lagascae *R. et Sch. S. V. IV. p.* 679. *n.* 26.

Physalis villosa *Roth Nov. pl. sp. p.* 122.

Physalis Rothiana *R. et Sch. S. V. IV. p.* 627. *n.* 20.

Physalis peruviana *Wall. Cat. n.* 2634. B. et J. (Physalis angulata, peruviana *et* pubescens. *hrb. Heyn.*, *et* Ph. barbadensis *et* peruviana *hb. Wight.*)

Physalis pubescens *Hrb. Willd., ex altera parte. (Misit Klein ex Ind. or.)*

Pee Inotá-Inodien *Rheed. H. Mal. X. t.* 140. *f.* 71?

β. Fructibus minoribus ovato subglobosis, foliisque subintegerrimis.

Physàlis parviflora *Hb. Willd. (planta culta* (?) *nomine adiecto* Ph. diffusae*)*.

Physàlis abyssinica *et* parviflora *H. b. Berol.*

Crescit (α) ad Vera-Cruz? (Miller). Indiae orientalis certa civis. In herb. cel. Sehlmeyer exemplum vidi ex India or. missum, additâ notâ: Physalis herbacea, 2—3-pedalis, locis arenosis. In Herb. Willd. adscripta legimus verba: Hab. in graminosis et in ruderatis vulgatissime — de Friedland.

Planta bene a reliquis distincta: caule, ramis, petiolis, pedunculis calycibusque villis longis albidis subglutinosis inspersis; foliis cordatis (ovatisve) laete viridibus, supra subtusque praecipue circa costas et nervos pilis mediocribus inspersis, dentibus brevioribus antrorsum spectantibus (obtusiusculis) praeditis, in var. β subintegerrimis; calyce floris breviore *villosissimo*, laciniis triangularibus acutis brevibus; corolla tubuloso-campanulata lutea, ad faucem vix vel obsoletissime maculata. — Antherae flavae. Stigma truncatum, indivisum. Calyces fructus magnitudine et forma ut in *Physalide pubescente*, sed villis longis inspersi. Semina discoidea, albida, crasse punctata.

*Adnot. Physalidis villosae* nomine sibi a b. Heynio missam esse cel. Rothius l. c. refert. Mirum itaque, hoc nomen inter plantas Heyneanas non occurrere. De *Physalide minima Lin.* conf. etiam *Ph. indicam.*

17. *Physalis prostrata* l'Herit.

Ph. herbacea, annua, caule ramosissimo prostrato foliisque cordato- vel ovato-ellipticis repando-dentatis longissime petiolatis villosis, corollis coeruleis amplis, calycibus fructus globosis membranaceis costatis.

Physalis prostrata *l'Herit. stirp. nov. p.* 43. *tab.* 22. *Jacq. Coll. I. p.* 99. *Ic. rar. I. tab.* 38. *Andr. Re-*

*Repos. t. 76. Lam. Enc. meth. II. p.* 102. *R. et P. Fl. Per. II. p.* 41. *Willd. Sp. pl. I. 2. p.* 1024. *n.* 17. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 679. *n.* 24.

Physalis limensis *Retz Obs. V. p.* 22. *Gm. S. V.*

Physaloides prostrata *Moench.*

Habitat in Peruvia. Vidi exempla culta.

Vera Physalis, tametsi alieno habitu, corollis e campanulato-infundibuliformibus, pollicis $1\frac{1}{4}$ diametro, coeruleis, venis purpureis saturatioribus pictis; caule gracili prostrato tereti villoso; foliis crassiusculis parvis, pollice vix longioribus (*in petiolis pollice saepe longioribus gracilibus*), ovatis aut ovalibus obtusis; basi acutis, rarius cordatis et tum vero maxime inaequalibus, repando-dentatis, subtus petiolisque villosis; pedunculis pollicaribus fere; villosis, sub fructu reflexis; calyce floris campanulato-membranaceo ad $\frac{1}{4}$ quinquefido, lacinils ovatis inaequalibus; calyce fructus globoso acuto semiunciali membranaceo albo, costis decem viridibus notato, hirto; bacca parva lutescente.

*Adnot.* 1. Hac in specie color violaceus, qui in pluribus praecedentium *quinque maculis fundi* corollae comprehenditur, super totam sese effundit corollam. *Physalis philadelphica* vero quasi transitum horum colorum prodit.

*Adnot.* 2. Dombeyus primus semina retulit e Peruvia. Vidi exemplum herb. Starkeani, a. 1788 e seminibus a cl. Burke, Hamburgensi, missis in horto Starkii natum; huic folia pleraque cordata sunt, valde inaequalia, et pedunculi paullo breviores.

B. Calyx fructus maturi apertus, a fructu repletus.

18. *Physalis philadelphica* Lam.

Ph. herbacea, annua, glabriuscula, caule erecto dichotomo ramisque strictis, foliis oblique ovatis acuminatis repando-angulatis, corollis maculatis venosisque, calycibus fructus maturi apertis baccam cingentibus.

Physalis philadelphica *Lam. Enc. meth. II. p.* 101. *n.* 10. *R. et Sch. S. V. IV. p.* 677. *n.* 22. *Pursh Fl. Am. septentr. I. p.* 157.

Physalis chenopodifolia *Willd. Sp. pl. I.* 2. *p.* 1023. *n.* 14. *En. Hort. Ber. Suppl. p.* 11. *Link En. I. p.* 181. *n.* 1704. (excl. synon. *Ph. chenopodifoliae* Lam.) — *Willd. Hrb. et Herb. Hort. Reg. Ber.*

Physalis atriplicifolia *Jacq. Fragm. p.* 58. *t.* 85. *f. a. Poir. Enc. meth. Suppl. II. p.* 348. *n.* 19.

Physalis ovata *Poir. Enc. m. Suppl. II. p.* 348. *n.* 18.

Physalis megistocarpos *Zuccagn. Obss. Cent. n.* 56. *in Roem. Coll. bot. p* 130.

Crescit, auctore Pursh io, locis siccis ad ripas rivulorum a Nova Anglia usque ad Virginiam. Floret Julio mense. ☉, in hortis saepe per hyemem vigens duransque. — Vidi in Herb. Horti Reg. Berol. et Willdenowiano culta exempla, in proprio spontaneum.

Species est, si qua alia, distinctissima, cuius descriptioni, in Roemeri *Collectaneis* l. c. expressae, et a Roem. et Schult. in *Observ.* l. c. recusae, vix erunt, quae possis addere. Caulis pedalis et paullo altior, erectus, elegantер dichotomus, inferne simplex, semiteres, hinc fere canaliculatus, glaber; rami subtetragoni, altero latere excavati et ex hac regione pubescenti-scabri; nodi incrassati. Folia petiolo puberulo gracili dimidio duplove longiora, ovata, basi acuta, saepe adeo obliqua, ut trapezoidea evadant, pollicaria et paullo longiora, in acumen obtusiusculum producta, modo vix repanda, modo angulo uno alterove, modo pluribus obtusis, praedita, glabriuscula, venis violaceis vel colore violaceo effuso picta. Flores cum ramulo brevi axillares (hinc folia pleraque solitaria). Pedunculus vix duas lineas longus, pubescens, purpureus. Calyx late campanulatus, glabriusculus, basi venisque violaceo tinctus, ad medium quinquefidus, laciniis ovatis acutis. Co-

rolla 9 lineas lata, quinqueloba, lutea, maculis quinque violaceis, venas obscuriores emittentibus in fundo picta. Antherae ratione breves, violaceae. Calyx fructus pendulus, immaturi ovatus, ore clauso vel modicé aperto; fructus maturi calyx pollicis saepe diametro, baccae altitudine, laevis, non inflatus (*Belliniae* fere). Bacca calycem replens, laevis, globosa.

---

Species dubiae et inquirendae:

Physalis lanceolata Mich.
— virginiana Mill.
— nodosa Lam.
— pruinosa Medic.
— nulans Walt.

Species dubiae, vix autem interpretandae, sed probabiliter inter antecedentes jam comprehensae.

Physalis patula Mill.
— cordata Mill.
— maxima Mill.
— lutea Medic.
— ramosa Forsk.

Species dubiae et eae a genere forsan alienae.

Physalis arborescens Lin.
— subtriflora Ruiz et Pav.
— mucronata Willd.

# Beitrag zur Kenntnifs der Varietäten und Bastardformen einheimischer Gewächse;

von

Lasch in Driesen.

Nicht nur an den Orten der Mark Brandenburg, wo die wilden Rosenarten gemeinschaftlich wachsen, sondern auch da, wo sie einzeln vorkommen, findet man selten zwei Sträucher derselben Art hinreichend übereinstimmend, und kein Kennzeichen ist an ihnen ganz beständig. Letztere Bemerkung dringt sich auch schon bei den, vom Hrn. v. Schlechtendal in der Flora berolin. beschriebenen, zahlreichen Formen derselben auf. Aber auch noch zwischen diese könnte man aus andern Gegenden der Mark mehrere einschieben und dadurch die grofse Verzweigung der Arten unter einander beweisen. Wenn nun allerdings auch die Verschiedenheit des Bodens manche kleine Veränderung an ihnen hervorgebracht hat, so sind doch die Hauptveränderungen, der, durch pollenbestäubte Bienen, Käfer und andere Insekten geschehenen Vermischung zuzuschreiben. Durch sie entstand eine solche Mannigfaltigkeit, dafs ich fast an der Möglichkeit zweifle; die ursprünglichen Arten aus nachstehenden Formen mit Bestimmtheit herausfinden zu können:

1. Rosa *villosa* L.: aculeis superioribus rectis, petiolis subtomentoso-pubescentibus sparsim glandulifetis*) acu-

*) Die Drüsen an allen diesen Rosen sind kürzer oder länger gestielt und mehr oder weniger klebrig.

latisque, foliolis ovatis et ellipticis vix duplicato subglandulifero-serratis acutis subtomentoso-pubescentibus albidis subtus sparsim glandulosis basi obtusis, calycibus inferne globosis pedunculisque 1—2 glanduliferis superne laciniis extus glandulosis, petalis obcordatis roseis,

*Variat:* aculeis subrecurvis: petiolis tomentosis v. fere eglandulosis inermibusque: foliolis oblongo-ovatis v. simpliciter v. dupliciter-serratis v. supra pubescentibus v. subtus eglandulosis v. acuminatis v. basi passim retusis: calycibus inferne eglandulosis v. pedunculisque 3—4 sparsim glanduliferis v. laciniis hispidissimo-glanduliferis.

β. Aculeis subrecurvis, petiolis foliolisque tomentosis, calycibus inferne ellipticis, petalis pallidioribus.

*Variat:* foliolis utrinque leviter pubescentibus grosse-serratis.

γ. Aculeis rectiusculis, foliolis subduplicato-serratis acuminatis supra viridibus glabriusculis subtus pallidioribus leviter pubescentibus nervis intermediis exceptis eglandulosis basi acutiusculis, calycibus inferne ovatis, petalis albidis,

2. Rosa *umbellata* Leers.: aculeis superioribus subrecurvis, petiolis dense pubescentibus glanduliferis et aculeatis, foliolis subrotundis multiplicato-glandulifero-dentatis obtusis utrinque pubescentibus subincanis subtus rugosis dense glandulosis basi obtusis, calycibus inferne ovatis eglandulosis superne laciniis extus glandulosis, pedunculis 4—10 trifido-cymosis glanduliferis, petalis obcordatis roseo-purpureis.

*Variat:* petiolis minus pubescentibus v. valde confertius glanduliferis aculeatisque; foliolis ellipticis acutis v. magis serratis v. subpubescentibus v. subtus sparsim glandulosis v. basi passim retusis: calycibus inferne abbreviatis v. basi glanduliferis: pedunculis 3.

3. Rosa *canina* L.: aculeis superioribus recurvis, pe-

tiolis sparsim pilosis aculeatisque subglanduliferis, foliolis oblongo-ellipticis vix duplicato-subglandulifero-serratis utrinque acuminatis glaberrimis subtus glaucis eglandulosis, calycibus inferne oblongo-ovatis pedunculisque 1—3 glaberrimis superne laciniis extus eglandulosis margine subglanduliferis, petalis obcordatis albis.

*Variat:* petiolis magis pilosis v. glabris v. glandulis v. aculeis densioribus: foliolis subrotundis v. obovatis intermixtis v. minoribus v. majoribus v. simpliciter v. duplicato-serratis v. utrinque viridibus v. subtus nervis intermediis subglandulosis v. incanis v. passim basi apiceque obtusis: calycibus magis abbreviatis: pedunculis 4—9: petalis incarnatis.

4.*) Rosa *subumbellato-villosa:* aculeis subrecurvis, petiolis subtomentosis, foliolis 2—5 plicato glanduliferoserratis utrinque pubescentibus albidis subtus dense glandulosis, pedunculis 2—6.

*Variat:* foliolis oblongo-ovatis v. acuminatis v. supra viridibus v. utrinque magis minusve tomentosis v. subtus sparsim- v. eglandulosis: calycibus inferne subrotundis v. fere glabris: pedunculis solitariis.

5. Rosa *umbellato-villosa:* aculeis rectiusculis, petiolis dense pubescentibus, foliolis subrotundis 3-multiplicatodentato-serratis obtusis aut acutis serraturis glanduliferis utrinque cano-pubescentibus, calycibus ellipticis, pedunculis 2—3, petalis saturate-roseis.

*Variat:* petiolis tomentoso-pubescentibus: foliolis magis albido-subtomentosis v. subtus dense v. sparsim glandulosis: calycibus inferne glabriusculis.

6. Rosa *subvilloso-umbellata:* aculeis subrecurvis, petiolis leviter pubescentibus dense glanduliferis aculeatis-

*) Alle folgende Diagnosen enthalten nur das Unterscheidende von No. 1.

que, foliolis ellipticis multiplicato-dentato-serratis acutis serraturis glanduliferis utrinque pubescentibus subtus pallidioribus, calycibus inferne ovatis, petalis saturate roseis.

*Variat:* aculeis rectis: peliolis tomentosis sparsim glanduliferis aculeatisque: foliolis ovatis v. oblongo-ovatis obtusis v. acuminatis v. utrinque tomentosis albidis v. subtus eglandulosis: calycibus inferne subglanduliferis v. eglandulosis.

7. Rosa *subcanino-villosa:* aculeis subrecurvis, petiolis pubescentibus fere eglandulosis subaculeatis, foliolis ovatis simpliciter serratis supra viridibus subpubescentibus subtus glaucis pubescentibus subglandulosis basi obtusis, calycibus subrotundis pedunculisque 1—2 sparsim glanduliferis v. eglandulosis laciniis extus vix glandulosis margine glanduliferis, petalis dilute roseis.

*Variat:* petiolis eglandulosis v. inermibus: foliolis ellipticis v. subtus eglandulosis: calycibus globosis v. laciniis extus vix glandulosis margine glanduliferis, petalis dilute roseis.

*Variat:* petiolis eglandulosis v. inermibus: foliolis ellipticis v. subtus eglandulosis: calycibus globosis v. laciniis extus eglandulosis.

8. Rosa *canino-villosa:* aculeis subrecurvis, petiolis pubescentibus sparsim glanduliferis aculeatisque, foliolis ellipticis subsimpliciter-serratis utrinque pubescentibus acutisque supra viridibus subtus incanis eglandulosis, calycibus late-ovatis v. ellipticis pedunculisque 1—2 eglandulosis v. basi v. pedunculisque magis minusve glanduliferis, petalis roseis.

*Variat:* aculeis recurvis: petiolis eglandulosis inermibusque: foliolis simpliciter serratis v. supra pilosis v. subtus pallidioribus pubescentibus nervis intermediis exceptis eglandulosis: laciniis calycinis extus sub- v. eglandulosis: pedunculis 2—4.

9. Rosa *subvilloso-canina:* ab anteced. differt: foliis oblongulo-ellipticis subtus glaucis, calycibus oblongo-ovatis pedunculisque eglandulosis v. sparsim glanduliferis, petalis dilute roseis.

*Variat:* petiolis magis aculeatis: foliolis oblongo-ovatis v. minoribus ovatis v. ellipticis v. simpliciter v. dupliciter serratis v. acuminatis v. supra pilosis v. subtus incanis v. basi obtusis: calycibus ovatis: pedunculis 2—5: petalis albidis.

10. Rosa *subcanino-umbellata:* aculeis recurvis, petiolis subpubescentibus dense glanduliferis et sparsim aculeatis, foliolis ellipticis aut subrotundis multiplicato-glanduloso-serratis utrinque acutis pilosulis subtus dense- (resinoso) glandulosis, calycibus ovatis pedunculisque 1—3 eglandulosis v. sparsim glanduliferis laciniis extus eglandulosis margine glanduliferis, petalis pallide-roseis.

*Variat:* petiolis pubescentibus v. fere glabris: foliolis obtusis: laciniis calycinis extus subglandulosis.

11. Rosa *canino-umbellata:* differt ab anteced.: petiolis fere glabris aculeatis: foliolis ellipticis: calycibus subglanduliferis v. eglandulosis, pedunculis et laciniis calycinis extus dense-glanduliferis.

*Variat:* foliolis minoribus v. subrotundis: calycibus subglobosis: pedunculis 4—5: petalis dilutioribus.

12. Rosa *subumbellato-canina:* a 10. differt: foliolis oblongo-ellipticis: calycibus superne laciniis extus pedunculisque eglandulosis.

*Variat:* foliolis ellipticis v. magis glabris: calycibus inferne abbreviatis: petalis albidis.

Die drei ersten Nummern bezeichnen die eigentlichen Arten oder die Formen, welche ich unter obigen dafür halten zu müssen glaube, nebst ihren Varietäten. Erstere unterscheidet sich hauptsächlich: durch fast filzige, höchstens doppeltsägige, meist eiförmige Blättchen, runde untere Kelch-

theile, welche wie die Blumenstiele mit Drüsen besetzt sind; die zweite durch starke, weichhaarige, gezähnte, rundliche, unterhalb drüsige Blättchen, deren Zähne wieder vielmal drüsiggezähnt sind und mehr oder weniger kurze eiförmige, drüsenlose, untere Kelchtheile und drüsige Blumenstiele; die dritte Art hingegen hat dünne, kahle, höchstens doppeltsägige, längliche, auf beiden Enden zugespitzte Blättchen und länglich-eiförmige, mit den Blumenstielen drüsenlose, untere Kelchtheile.

No. 4 — 9 sind höchst wahrscheinlich Bastarde von 1 und 2, und 1 und 3; aufser gemeinschaftlichem Standort, zeigen sie sich auch in ihrem Bau innerhalb der Gränzen beider Arten und bilden hinreichende Uebergangsformen. Es giebt zwar auch von ihnen einsiedlerische Exemplare; ich glaube jedoch in diesen, die der Ausrottung entgangenen Ueberbleibsel, durch eine vor langer Zeit geschehene Kreuzung erzeugte Individuen, erblikken zu müssen. Die letzten drei Formen weichen in Hinsicht der reichlichern Drüsen und die mittlern auch in Rücksicht der kleinern Blättchen, von den gewöhnlichen Bastarden etwas ab; man bemerkt jedoch unter andern unzweifelhaften Verbindungen ähnliche und gleiche Abweichungen von der Regel, wie z. B. unter *Potent. opaco-argentea*, *Hieracium* etc.

Wenn aber auch wenige Formen wegen wahrscheinlich hier stattfindender zusammengesetzterer Verbindungen aller drei Arten, nicht ganz meine Ansicht zu rechtfertigen scheinen, so ist doch die Uebereinstimmung der meisten mit selbiger nicht zu verkennen, und so hoffe ich denn genügende Aufklärung über einige, in botanischen Schriften als Arten aufgeführte Formen gegeben zu haben.

## JUNCUS.

Zwischen *Juncus conglomeratus* L. und *glaucus* E. findet man hier nicht selten eine Mittelform, die nur Bastard sein kann.

Der Halm ist etwas graugrün, stärker als von letzterem, deutlicher und mehr abstehend gestreift als von ersterm; dabei ist das Mark desselben weder in bestimmte Fächer getheilt, noch ohne Abtheilungen ganz dicht: hält also hierin beider Mitte. Die Doldentraube hat mehr Aehnlichkeit mit der von *J. glaucus*; die Einschnitte der Blumenhüllen sind sehr schmal, lang zugespitzt und wegen unvollkommner Ausbildung der umgekehrt-eiförmigen, stumpfen, kurz weichstachlichen Kapseln, worin kein Samen reift, länger als selbige.

Die sogenannte Species, welche viele Botaniker *J. effusus* nennen, ist vielmehr theils *J. conglomeratus*, dessen Köpfchen durch bessern Boden und Nässe, auser andern kleinen Veränderungen, zum Corymbus ausgedehnt worden, theils und besonders da, wo alle gleichen Standort einnehmen und man Exemplare mit stumpfen, nicht eingedrückten Kapseln bemerkt, durch Vermischung obiger Arten entstanden.

## EPILOBIUM.

Obgleich die Weidenröschen in der Mark Brandenburg fast überall häufig vorkommen, so möchte doch eine Stelle in der hiesigen kleinen Heide durch sie vorzüglich merkwürdig sein! Hier vegetiren in einem, nicht selten austrocknenden, torflosen Sumpfe, welcher eine Viertelstunde im Umfange hält und mit Buchen umgeben ist, 8 Arten von ihnen in üppiger Fülle. Drei derselben erscheinen zwar nur sparsam und mehr am Rande; die andern fünf hingegen meistens in sehr grofser Anzahl bei-

sammen und darunter viele nicht zu bezweifelnde Bastarde. Letztere werde ich, in so weit bis jetzt meine Beobachtung reicht, hier kurz beschreiben:

1. Epilobium *pubescens* Rth.: caule tereti patentim villoso apicem versus subramoso glabriusculo, foliis fere sessilibus oblongo-lanceolatis denticulatis subacutis villosulis basi rotundatis, petalis calyce sesquilongioribus coeruleo-carneis, stigmatis quadripartiti laciniis oblongo-linearibus, capsulis patentim pilosis.

*Variat:* magis minusve villosum: caule simplici v. ramoso v. subadscendenti v. demum stolonifero: foliis oblongo-ovatis v. subellipticis v. angusto-lanceolatis v. serratis v. basi subcordatis: petalis calyce duplo longioribus v. violaceis: stigmatis laciniis magis abbreviatis.

β. *turfosum:* caule simplici villosissimo, foliis sessilibus subabbreviatis dense-villosulis basi subangustatis, laciniis stigmatis oblongulis.

γ. *rivulinum:* caule ramoso subvilloso, foliis distincte-petiolatis elongato-lanceolatis fere glabris basi subangustatis, petalis violaceis, laciniis stigmatis oblongulis, capsulis subpilosis.

*Variat:* caule adscendenti: foliis oblongis.

2. Epilobium *montanum* L.: caule tereti puberulo superne subangulato ramoso, foliis breviter petiolatis ovatis serratis acuminatis supra subpubescentibus subtus fere glabris basi rotundatis, petalis calycem duplo circiter superantibus roseis, stigmatis profunde quadrifidi laciniis oblongulis, capsulis patentim pubescentibus.

*Variat:* caule simplici v. glabriusculo: foliis oblongo-ovatis v. dentatis v. glabriusculis v. basi subcordatis: corollis incarnatis v. albidis.

β. *virgatum:* caule e basi ramoso subangulato, foliis oblongulo-ovatis acutis, petalis albidis.

In fruticetis colliculosis passim.

3. Epilobium *roseum* Schr.: caule obsolete tetragono ramoso glabro, superne pubescenti, foliis evidenter petiolatis elliptico-oblongis serratis utrinque acutis fere glabris, petalis calyce sublongioribus rubescentibus striis purpureis, stigmate integro obovato, capsulis dense pubescentibus.

β. *simplex:* caule minori simplici, foliis ellipticis utrinque obtusiusculis.

4. Epilobium *palustre* L.: caule tereti ramoso glabriusculo superne pubescenti, foliis sessilibus oblongo-lanceolatis subrepandis obtusis subpubescentibus basi angustatis, petalis calyce duplo longioribus lilacinis, stigmate integro obovato-oblongulo, capsulis dense pubescentibus.

*Variat:* caule simplici v. dense pubescenti v. fere glabro v. demum stolonifero: foliis angusto- v. lineari-lanceolatis v. leviter denticulatis v. glabris v. margine subrevolutis.

β. *turfosum:* caule subsimplicissimo pubescente, foliis abbreviatis fere linearibus integerrimis, petalis albis, stigmate obovato.

5. Epilobium *tetragonum* L.; caule leviter tetragono glabro superne subramoso dense pubescenti, foliis sessilibus oblongis et angusto-lanceolatis dentatis acutiusculis fere glabris basi subamplexicauli-adnatis, petalis calycem superantibus lilacinis, stigmate integro obovato-oblongo, capsulis dense-pubescentibus.

*Variat:* caule simplici v. e basi ramosa v. debili v. adscendenti v. glabro v. demum stolonifero: foliis inferioribus oblongo-ovatis v. ellipticis, superioribus oblongo-lanceolatis, summis basi sessilibus v. parum decurrentibus: petalis rubellis v. calycem aequantibus v. stigmate elliptico.

?β. *rivulinum:* caule adscendenti ramoso, foliis oblon-

gis denticulatis obtusis glabris basi liberis, petalis calycem subsuperantibus violaceis.

6. Epilobium *submontano-pubescens*: caule tereti villoso superne ramoso glabriusculo, foliis brevissime-petiolatis ovatis serrulatis acuminatis villosulis basi interdum subretusis, petalis calyce sesquilongioribus lilacinis, stigmatis profunde-quadrifidi laciniis oblongulis, capsulis pilosis.

7. Epilobium *montano-pubescens*: caule villosulo superne dense piloso, foliis breviter petiolatis ovato-lanceolatis serratis villosulis basi rotundatis petalis calycem sesquisuperantibus saturate lilacinis, stigmate quadrifido, capsulis dense pilosis.

8. Epilobium *subpubescenti-montanum*: caule tereti pubescenti superne ramoso subangulato pilosulo, foliis subpetiolatis ovato-oblongis serratis subacutis pilosulis, basi rotundatis, petalis calyce duplo longioribus subviolaceis, stigmatis quadripartiti laciniis oblongis, capsulis pilosulis.

9. Epilobium *subroseo-pubescens*: caule vix angulato villosulo apicem versus ramoso piloso, foliis subsessilibus oblongis sublanceolatis serratis acutiusculis villosulis basi passim subretusis, petalis calyce sesquilongioribus dilute-lilacinis, stigmatis profunde quadritidi laciniis oblongulis, capsulis pilosis.

10. Epilobium *roseo-pubescens*: caule subangulato ramosn pubescenti superne leviter patulo-pubescenti, foliis breviter petiolatis lato-lanceolatis serratis acutis pubescentibus basi subangustatis, petalis calycem sesquisuperantibus roseis, stigmate ad dimidium quadrifido, capsulis dense pilosulis.

11. Epilobium *subpubescenti-roseum*: caule leviter angulato ramoso subpubescenti apicem versus patulo-pubescenti, foliis petiolatis elliptico-oblongis serratis acutis subpubescentibus basi subangustatis, petalis calyce sesquilon-

gioribus roseo-albidis, stigmate subquadrifido, capsulis pubescentibus.

12. Epilobium *subpalustri-pubescens:* caule tereti villosulo superne ramoso dense-pilosulo, foliis sessilibus lanceolatis denticulatis obtusiusculis pubescentibus basi subangustatis, petalis calycem sesquisuperantibus lilacinis, stigmate quadrifido, capsulis dense-pilosulis.

13. Epilobium *palustri-pubescens:* caule villosulo apicem versus subglabro, foliis sessilibus subovato-lanceolatis obsolete-denticulatis subobtusis pubescentibus basi leviter angustatis, petalis calyce duplo fere longioribus saturate-lilacinis, stigmate subrotundo ad dimidium usque quadrifido, capsulis pilosulis.

14. Epilobium *subpubescenti-palustre:* caule ramoso patulo-pubescenti, foliis angusto-lanceolatis repandulis subobtusis leviter pubescentibus basi subangustatis, petalis calycem sesquisuperantibus albidis, stigmate obovato retuso, capsulis dense-pubescentibus.

15. Epilobium *subtetragono-pubescens:* caule tereti villosulo apicem versus ramoso piloso, foliis subsessilibus oblongo-lanceolatis serrulatis acutis pubescentibus basi rotundatis, petalis calyce duplo longioribus violaceis, stigmate subrotundo leviter quadrifido, capsulis patulo-pubescentibus.

16. Epilobium *tetragono-pubescens:* caule subangulato glabriusculo superne dense pilosulo, foliis sessilibus oblongo- v. angustius lanceolatis denticulatis subobtusis pilosulis basi rotundatis vix adnatis, petalis calycem sesquisuperantibus violaceis, stigmate obovato obsolete quadrifido, capsulis dense pilosulis.

17. Epilobium *subpubescenti-tetragonum:* caule superne pubescenti, foliorum basi passim subamplexicauli, stigmate subrotundo emarginato, capsulis pubescentibus reliq. ut anteced.

18. Epilobium *subroseo-montanum:* caule leviter angulato subpubescenti superne ramoso patulo-pubescenti, foliis petiolatis oblongo-ovatis serratis acutis pilosulis basi subangustatis, petalis calyce sesquilongioribus roseo-albidis, stigmate ad medium fere quadrifido, capsulis patulo-pubescentibus.

19. Epilobium *roseo-montanum:* differt ab antec.: foliis serrulatis longe-acuminatis basi rotundatis, petalis purpurascentibus, stigmate obovato emarginato, capsulis dense pubescentibus.

20. Epilobium *palustri-montanum:* caule tereti subramoso patulo-pubescenti, foliis subpetiolatis ovato-lanceolatis denticulatis pilosulis subacutis basi subangustatis, petalis calyce duplo longioribus lilacinis, stigmate obsolete-quadrifido, capsulis pubescentibus.

21. Epilobium *subtetragono-montanum:* caule leviter angulato glabriusculo superne ramoso puberulo, foliis subsessilibus lanceolatis et ovato-lanceolatis fere glabris, petalis calyce sesquilongioribus lilacinis, stigmate subquadrifido, capsulis dense puberulis.

22. Epilobium *subpalustri-roseum:* caule tereti ramoso subglabro superne obsolete angulato puberulo, foliis petiolatis elliptico-lanceolatis denticulatis acutis fere glabris basi subangustatis, petalis calycem superantibus albidis, stigmate obovato integro, capsulis puberulis.

23. Epilobium *palustri-roseum:* ab antec. differt: foliis breviter petiolatis lato-lanceolatis, petalis diluto-lilacinis, stigmate medio retuso.

24. Epilobium *subroseo-palustre:* a priori differt: foliis sessilibus oblongo lanceolatis repando-denticulatis acutis basi angustatis v. obtusiusculis, petalis lilacinis, capsulis minus puberulis.

25. Epilobium *palustri-tetragonum:* caule leviter tetragono glabriusculo superne subramoso puberulo, foliis

sessilibus angusto-lanceolatis denticulatis subobtusis fere glabris basi angustatis, petalis calyce sesquilongioribus dilute lilacinis, stigmate oblongo-obovato retuso, capsulis dense-puberulis.

26. Epilobium *roseo-pubescenti-montanum:* caule subangulato ramoso dense villosulo superne glabriusculo, foliis brevissime petiolatis ovato-lanceolatis serratis pubescentibus basi rotundatis, petalis calyce duplo longioribus purpurascentibus, stigmatis quadrifidi laciniis oblongulis, capsulis dense pilosulis.

27. Epilobium *submontano-pubescenti-tetragonum:* caule obsolete-angulato rigido subpubescente superne ramoso pubescenti, foliis sessilibus oblongo-lanceolatis dentatis obtusiusculis pilosis basi rotundatis, petalis calycem sesquisuperantibus violaceis, stigmate leviter quadrifido; capsulis patulo-pubescentibus.

28. Epilobium *subpalustri-pubescenti-tetragonum:* caule vix angulato subramoso pubescenti, foliis sessilibus oblongo-lanceolatis repando-denticulatis acutis subpilosulis basi angustatis, petalis calyce sesquilongioribus lilacinis, stigmate obovato adglutinato-quadrifido, capsulis patulo-pubescentibus.

Die von 1, 4 und 5 abgesonderten Varietäten, kann man füglich nach ihren Standörtern benennen: 1, β und 4, β sind wie 1, γ und 5; β, durch gleiche Einwirkung analoge Formen.

Bei genauer Kenntniſs der Arten lassen sich mehrere von obigen einfachen Bastarden sehr leicht als solche erkennen, weniger leicht die übrigen; doch manche, oft bedeutende, Schwierigkeiten stehen der genauen Nachweisung zusammengesetzterer Verbindungen entgegen, deshalb führte ich nur drei von ihnen an, obgleich in der That mehrere an dieser Stelle vorkommen: No. 26 entstand höchst wahrscheinlich aus einer Form von 10 und

*E. montanum;* N. 27 aus 16 und *montanum* und 28, aus 16 und *E. palustre.* In mehrern Theilen ungleichmäfsig verbundene, im Kreise zweier Arten befindliche, Bastarde gehören ebensowohl, wie Stufenformen von einer Art zur andern, nicht zu den Seltenheiten; zu erstern rechne ich *E. roseum* Schr., welches aufser etwas reichlichern Härchen, weiter keinen auffallenden Unterschied besitzt, als vierspaltige Narben *(E. pubescentiroseo — roseum)* und *E. pubescens* keine andern, als kürzere Blätter und ebensolche gekrümmte Haare *(E. roseopubescenti — pubescens.)*; welche Veränderung der Zotten fast in der Regel bei den Blendlingen dieser Art erscheint. Oefter werden sie durch Stolones vermehrt und daher schreibt sich auch wohl die grofse Beständigkeit mancher ausgezeichneten dieser Formen, die leicht für eine neue Art gelten kann, her. Nicht wenige liefern reifen Samen.

Indem ich für jetzt mit Aufzählung dieser Gewächse schliefse, bemerke ich nur noch, dafs meine Vermuthung, zwischen *Geum urbano-rivale* und *Potent. opaco-argentea* mehrere Formen zu finden, sich bestätigt hat, und dafs ich von andern, wie *Hierac. Pilosello-Auricula* etc. deren ich nur wenige besafs, viele einsammeln konnte.

---

Durch vorstehende, der freien Natur entnommene Beiträge glaube ich die Kenntnifs sowohl der Arten als auch besonders der Abarten und Bastardformen, wenigstens in etwas, erweitert zu haben; und wenn auch hier und da eine kleine, wegen Schwierigkeit bei Beobachtungen an entfernten Orten entstandene, Irrung untergelaufen sein sollte, so hoffe ich doch, dafs jeder unbefangene Beobachter, und selbst derjenige, welcher sich nur von directen Versuchen leiten läfst, in der Hauptsache mit mir übereinstimmen wird. Zwar konnte ich bis jetzt, wegen Man-

gel an Gelegenheit, nur wenige solcher Versuche anstellen, sie fielen aber alle bestätigend aus.

Wenn nun in Gegenden, wo schon die Kultur den gröfsten Theil der wilden Gewächse verdrängt oder ausgerottet hat, doch jetzt noch so viele Bastarde entstehen, wie vielmehr mögen nicht da erzeugt werden, wo die Natur ihren anlockenden Blumengarten seit Jahrhunderten ungestört ausgebreitet und mit zahllosen Insekten belebt hat? Daher die Menge ähnlichgebildeter Arten, die entfernte, von Menschen wenig bewohnte, warme Länder uns darbieten; daher auch so viele Unter- und Abarten.

Ueberhaupt kann man also annehmen, dafs die Einrichtung in der Natur, mittelst pollenbestäubter Insekten Bastarde hervorzubringen, zu nicht unbedeutender Vervielfältigung der Gewächse beigetragen hat und noch beiträgt. Wie weit jedoch die Wirksamkeit des übergetragenen Pollens geht, ob auch Samen zu neuen Gattungen (Genera) durch ihn erzielt werde?. Diese Frage, auf welche noch überall ein „Nein" erfolgt, darf ich hier nicht unberührt lassen, obgleich sie nur erst später durch gutgewählte, der unermüdlichen Natur abgesehene Versuche genügend beantwortet werden kann. So viel ist gewifs, dafs gute Arten auf diese Weise entstehen, Halbarten ebenfalls, und Varietäten in Menge! Zu den Halbarten zähle ich die *Ajuga pyramidalis* vid. Linnaea Bd. 5, pag. 443, welche ich nach sorgfältiger Beobachtung und Auffindung von Aehnlichkeiten, für eine durch Standort und Zeit veränderte Bastardform der *A. genevensis* und *reptans* erkenne. Bastard-Varietäten sind von Orts- und Zeit-Varietäten hinlänglich verschieden, wenn auch zuweilen beide sich vereinen. Mit erstern Namen möchte ich die, nach oftmaliger Vermischung noch eine kleine Spur derselben, an sich tragende Art bezeichnen, wie z. B. *Potentilla subacaulis* foliis septenatis (ab *opaca*), *Pulsatilla vernalis* in-

volucro incano petalis lilacinis (a *patente*), *Epilobium pubescens* foliis ovatis serratis (a *montano*) foliis angustolanceolatis dentatis v. subellipticis dentatis (a *tetragono* v. *roseo* Schr.) etc.; mit letztern hingegen, die durch Standort, Boden, Kälte, Hitze, grofse Nässe oder Trockenheit etc. verursachten Abweichungen, welche bei oftmaligem Wechsel, binnen einer Reihe von Jahren, bedeutender hervortreten, als man gewöhnlich annimmt.

Von allen hält der ächte Samen auch die Form fest. Säe man ihn nur auf eben dieselbe Stelle aus, so bringt er eben sowohl die Art, als die Bastardform oder die Varietät hervor, aus der er selbst entstanden ist, und verhindert man die Vermischung, so ist das Resultat: ihm gleicher Samen! Aber wie leicht ändern selbst schon wenig beachtete Zufälle, wie z. B. Ueberschwemmungen, allmähliger Mangel an Nahrungstoff oder zu reichlicher Ueberfluss daran, in kürzerer oder längerer Zeit das Gewächs und mit ihm den Samen! Auf einer Wiese, wo ich vor 15 Jahren viele 1, mehrere Zoll hohe, ästige *Saxifraga Tridactylites* mit 3—5-theiligen, breiten Blättern und fast eben so grofse, oft buschig ästige *Gentiana Amarella*, mit meist fünfspaltigen Blumen antraf, erblickt man jetzt nur noch unzählige, 1—1¼-zöllige, höchst einfache Formen, von ersterer mit ganzen und schmalen Blättern und letzterer mit vierspaltigen Blumen und der Samen ist sehr klein, dieser Zwergform angemessen. Im aufgeschwemmten Ufersande wächst *Ranunc. aquatilis* bisweilen auch einen Zoll grofs, mit länglichen, elliptischen Blättertheilen und kleinen Blumen; wenige Fufs davon, derselbe im Wasser (*R. peucedanifolius* All.), wie vielmal gröfser? mit sehr langen, ganz schmal linienförmigen Blättertheilen und gröfsern Blumen. So wie bei erstern der mehr und mehr austrocknende, nahrungslose Boden und bei letztern die Höhe sowohl als der starke Strom des Wassers, dem

schon die Borsten des Samens weichen mufsten, und der wenig feuchte Sand, solche Veränderungen zur Folge hatten, eben so mögen noch manche andere Agentien und deren Folgen, die bedeutender auf die Vegetation einwirken, unbekannt, oder schwieriger nachzuweisen sein. Die bereits bekannten lehren jedoch schon den Systematiker, in den Unterabtheilungen eines vollständigen natürlichen Systems, nicht minder Arten, als auch Unterarten, Bastarde, Orts- und Bastards-Varietäten, nach ihrem Werthe, aufzunehmen; denn nur durch Anerkennung dieser in der Natur begründeten Unterschiede, und nicht durch Vermengung oder Nichtbeachtung derselben, kann die richtige Beurtheilung der Veränderungen an den Gewächsen befördert werden, und also auch der Wissenschaft Aufklärung erwachsen.

# DE PLANTIS IN EXPEDITIONE ROMANZOFFIANA OBSERVATIS DISSERERE PERGITUR.

## *SYNANTHEREAE ADDENDAE.*

AUCTORE CHR. FR. LESSING.

### *Cichoraceae* (p. 98).

### TROXIMON Gaertn.

TROXIMON *aparioides* n. sp.

Cel. de Chamisso in California (v. sp. s. plura).

Facies *Krigiae virginicae* vel etiam *Apargiae autumnalis monocephalae.* Rhizoma multiceps, pennam corvinam crassum, apice rosulas foliorum protrudens, caulibus uno pluribusve simplicissimis, glabris, monocephalis, apice haud incrassatis intermixtis. Folia glabra, anguste linearilanceolata, integerrima — pinnatifida, laciniis semilanceolatis, remotis, divergentibus, longe, saepe longissime petiolata, petiolis basi dilatatis adjectis 3 — 6″ longa, $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$‴ lata. Involucrum floribus brevius, multiseriale, foliolis obtusiusculis, planis, margine scariosis, plerisque extus hirsutis. Rhachis plana, nuda. Ovaria glabra, rostrata, multicostata. Corollae luteae, lingulis tubum pilosiusculum excedentibus. Antherae caudatae, caudis integris, filamenti articulum superiorem excedentibus, alis minutis, rotundo ellipticis, obtusis. Stylus ut in tribu. Pappus caducus, pluri-serialis, capillaris, minute serrulatus, albus.

*Obs.* Quamquam *Troximon* perscrutari adhuc mihi non licuerit, attamen huic generi plantam adnumeravi. *Tragopogon fritillarioides* Linn. VI. 101 est congener, sed *Tragopogon* differt tantummodo pappo corneo-setaceo. Secundum cl. Don recedit *Picrosia* a *Troximone* alis antherarum rotundo-ellipticis nec oblongo-ellipticis.

## *Asteroideae* (p. 188).

### Subtrib. *Astereae.*

### SOLIDAGO L.*)

11. Solidago *petiolaris* Ait. W. sp. pl. III. n. 2062. Ej. hrb. n. 15965.

In California legit cel. de Chamisso.

12. Solidago *lanceolata* Ait. W. sp. pl. III. n. 2062. Ej. hrb. n. 15967. *Chrysocoma graminifolia* L.

Cum praecedente.

13. Solidago *stricta* W. sp. l. c. Ej. hrb. n. 15966. Ait. h. kew. ed. 2. V. p. 68.

Cum praecedentibus.

14. Solidago *puberula* Nutt. North. Am. pl. II. p. 162 (secundum descript.).

Cum praecedentibus.

### ERIGERON.

(Linnaea V. 145. VI. 126.)

3. Erigeron *lepidotus* n. sp.

Ill. de Chamisso in O-Wahu (v. sp. s. ∞).

*Conyzae albidae* similis. Fruticulus ramis adgregatis, teretibus, atrofuscis, striatis, adultis aphyllis foliorumque lapsu tuberculatis, junioribus usque ad apices dense foliatis. Folia sparsa, sessilia, linearia, acuta, basin versus an-

*) Subgenus *Asteris.*

gustata, integerrima — profunde et argute serrata, plana, glabra, setulis accumbentibus, albis ciliata, lepidota, uninervia s. obsolete penninervia, 6—9‴ longa, 1—1½‴ lata, erecto-patentia, infima reflexa. Corymbi parvi, compositi, foliis summis vix longiores, pedunculis pedicellisque filiformibus hirsuto-pubescentibus. Capitula aeque magna ac in *Erigeronte canadensi*, multiflora, pedicellis squama filiformi saepe instructis breviora, radio brevissimo, biseriali. Involucrum pauciseriale, campanulatum, foliolis linearibus, acuminatis, sicco-membranaceis, ciliatis, inermibus, 1 s. 2-nerviis, intimis 1½‴ longis, exterioribus minoribus et extus pilosiusculis. Rhachis nudissima, plana. Pappus capillaris, longus, uniserialis, demum rufescens. Corollae glabrae, albae? lingulis radii linearibus reflexis, tubo brevioribus, disci: dentibus oblongis, divergentibus, limbo haud distincto. Achaenia plano-compressa, hirsuta, punctata, flavida, ⅔‴ longa.

## GRINDELIA W.

Grindelia *inuloides* W. Mag. Gesellsch. naturf. Fr. Berl. 1807. Ej. En. pl. II. 894. *Donia squarrosa* Pursh, Nutt. North. pl. II. 163. Bot. mag. t. 1706.

Ill. de Chamisso in California.

## Subtrib. *Baccharideae* (p. 134).

## HETEROTHALAMUS.

(Linnaea V. 145. adn. VI. 149. adn.)

Capitula subdioica. Rhachis capituli ♀ bracteolata. Pappus caducus, uniserialis, conformis. Cor. ♀ lingulata.

*Obs.* Differt a *Molina* prorsus eodem modo, quo *Nardosmia* a *Petasite*; a *Psiadia* (ut *Conyza* a *Baccharide*) capitulis subdioicis.

Frutices Brasilienses glaberrimi, erecti, inermes, in

fernè nudi, ramis gracilibus, usque ad apicem summum aequaliter foliatis, adultis teretibus. Folia sparsa sessilia, impresse punctata. Capitula simpliciter corymbosa, parva, lutea, haud majora quam in *Erigeronte canadensi*, corymbis ♂ terminalibus, ♀ in axillis ramorum sterilium, plurium, sub apice ortorum. Rhachis ♀: conica, bracteolata, ♂ plana, nuda. Pappus setaceus, caducus, 1-serialis, serrulatus, cor. brevior, ♂: clavatus, ♀: apice attenuatus. Corollae luteae, glabrae. Antherae ecaudatae, alis obtusis, oblongo-ellipticis angustissimis. Stylus ♂ 2-fidus, ramis superne pubescentibus. Achaenia glaberrima, angulata, costis tot quot angulis instructa, basi angustata.

1. HETEROTHALAMUS *brunioides* (*Melananthera aliena* Sprg. syst. III. p. 426). Foliis linearibus, integerrimis.

Sellow in Brasilia (v. sp. s. ∞ et culta viva).

Rami fastigiati, adulti foliorum lapsu tenuiter tuberculati, saturate fusci. Folia linearia, integerrima raro 1-denticulata mucronulata, mucronulo saepe recurvo, pl. divergentia, supra nervo impresso percursa, parum conduplicata, circiter 4—6‴ longa, $\frac{1}{4}$‴ lata. Involucrum campanulatum, disco aequale, pluriseriale, in utroque sexu conforme, foliolis planis, sicco-membranaceis, obtusis, subaequalibus.

2. HETEROTHALAMUS *psiadioides* n. sp. Foliis oblongo-obovatis, serratis.

In Brasilia a Sellowio lectus nunc colitur in horto botanico berolinensi (v. sp. culta).

Specimina culta altitudinem circiter 4-pedalem attingunt. Rami juniores subangulati. Folia minus conferta quam in praecedente, crassiuscula, nitida, oblongo-obovata, serrata, acuta, basi longe cuneata, $1\frac{1}{2}$‴ longa, $4\frac{1}{2}$‴ lata, penninervia, nervis autem secundariis in pagina superiori obsoletissimis. Involucrum campanulatum, circiter 3-seriale, foliolis planis, 1-nerviis, in mediis viridibus et subfoliaceis, margine scariosis, punctatis, planis, fere sub-

aequalibus, ex semilanceolatis, acuminatis in linearia, acutiuscula, parum longiora et angustiora.

## MOLINA.

(Linnaea VI. 139.)

Molina *lincaris* R. et P. Linn. l. c.
In California legit cel. de Chamisso.

11. b. (p. 145.) Molina *pentaptera* n. sp. Quinquealata aliis planis, foliis quam interstitia multo brevioribus, basi lata sessilibus, trimeris; involucri marium cylindracei foliolis obtusis, rhachide foeminarum nuda.

Sellow in Brasilia (*v. sp. s.* plura.)

Planta foeminea desideratur. Rhizoma multicaule, lignosum. Caules erecti, graciles, herbacei, basi lignosi, $1 - 1\frac{1}{2}$ et ultra pedales, in speciminibus suppetentibus simplices, apice divisi in spicam compositam pyramidalem, oblongam, magis minusve ramosam, pedunculis erecto-patentibus, alis longis, angustis, rigidis, venosis, apice obtusissimis, geminis ex basi folii cujusque decurrentibus, quo superioribus eo angustioribus. Folia pentamera, interstitiis multo minora, quo superiora eo magis remota, membranacea, integerrima, glaberrima, basi lata sessilia, elliptica, obtusa, infima $6'''$ longa, $3'''$ lata, superiora decrescentia. Capitula circiter 11-flora, aeque magna ac mascula *M. cylindricae*, singula s. bina, terna vel plura glomerulata. Involucrum cylindraceum, multiseriale, fusco-stramineum, nitidum, foliolis obtusis, margine scariosis, intimis linearibus, $2'''$ longis, integerrimis, hinc inde punctatis. Rhachis nuda, exigua. Pappus tortus, capillari-setaceus, corollis aequalis, apice haud incrassatus. Stylus longus, superne pubescens, ramis obsoletis. Corollae albae? glabrae, dentibus reflexis, limbo haud inflato.

A *M. juncea*, in cujus descriptione legatur „5" nec „3"-alata, differt: foliis basi lata sessilibus nec petiolula-

tis, ellipticis, obtusis; foliolis integerrimis; capitulis 11-floris; alis rigidis, pedunculis erecto-patentibus etc. — A *M. sagittali:* caule 5-alato, involucris cylindraceis etc.

## BACCHARIS.

(Linn. l. c. p. 147.)

1. Baccharis *lingulata* est eadem ac *B. rosmarinifolia* Hook. Beech. bot. p. 30.

2. Baccharis *glutinosa* (p. 148) est eadem, quam subeodem nomine enumerat Hook. l. c.

3. Baccharis *glomeruliflora* Mx., Pursh am. bor. II. 523.

Ill. de Chamisso legit in California (v. sp. s. ∞).

Fruticulus nitidus, ramosissimus, erectus? ramis flexuosis, adultis tereliusculis, cinereis et aphyllis, junioribus angulatis et foliatis. Folia coriacea, alterna, nonnunquam opposita, adproximata, obsolete triplinervia, obovata s. oblongo-obovata, obtusa aut acuta, basi cuneata, $1\frac{1}{2}-5'''$ lata, $3-10'''$ longa. Capitula in ramis totis aequaliter foliatis, aut solitaria et terminalia aut in racemos s. spicas veras disposita, spicis saepe 3-cephalis et glomeruliformibus, lateralia folio suo pl. breviora, mascula aeque magna ac in *Erigeronte canadensi.* Involucrum campanulatum, imbricatum, foliolis stramineis, planis, glabris, margine late scariosis, apice fimbriatis, in mediis fusco-virescentibus, intimis linearibus, angustioribus, multo longioribus; foeminarum: circiter 38-florum, floribus multo brevius, foliolis intimis $2'''$ longis; marium: floribus vix parum brevius, foliolis $1\frac{1}{2}'''$ longis. Rhachis ♂: convexa, breviter alveolata, ♀: nuda, plana. Pappus rufescens. Achaenia fusca, ovoidea, glaberrima.

## *Senecionideae.*
(Linnaea V. 150.)

### Subtrib. *Ambrosieae* (p. 150).

Capitula monoica, homogama, altera mascula, altera foeminea. Antherae ecaudatae.

### FRANSERIA Cav.

*Obs.* Ab *Ambrosia* tantum rhachide marium bracteolata differt. Involucro capituli ♀ multiseriali demumque spinescente nec non achaeniorum forma propius ad *Xanthium* accedit.

Franseria *Chamissonis* n. sp.

Cel. de Chamisso in California (v. sp. s. plura).

Caulis magis minusve hirsuto-incanus, herbaceus, flexuosus, decumbens, forsan vix pede dimidio altior terminatur spica simplici, superne mascula et evolutione centripeta, inferne foeminea et evolutione centrifuga. Folia membranacea, alterna, conferta, rotundo-elliptica, obtusa, penninervia, utrinque magis minusve hirsuto-incana s. nivea, longe petiolata, pilis albis, rigidiusculis, rectis. Petioli plani, villoso-incani, 4 — 8‴ longi. Capitula mascula, cernua, basi aphylla, ∞-flora, aeque magna ac in caeteris speciebus; foeminea erecta, in axillis foliorum sessilia iisque multo minora, singula s. gemina, uniflora. Involucrum marium campanulatum, gamophyllum, uniseriale, multidentatum, dentibus regularibus, extus hirsutum; foemineum cylindraceum, achaenium arcte includens, foliolis multiserialibus, magis minusve albo-hirsutis, inferne coadunatis, superne divergentibus et rigidis demumque spinescentibus. Achaenia calva, compressa, apice angustata, glaberrima, laevissima, atra, 3‴ longa.

Var. α. *malvaefolia* foliis integris, plicatis, crenatis, hirsuto-subniveis, 6—8‴ longis, basi subtruncatis aut

brevissime curvilineo-acuminatis, 4—6‴ latis; caule basi lignoso.

Var. β. *bipinnatisecta* canescens, foliis 9—15‴ longis, bipinnatisectis, segmentis divergentibus, oppositis segmentulisque minutis obtusis; caule herbaceo, inani.

Species distinxissem, nisi specimen vidissem, quod pubem niveam caulemque basi lignosum *malvaefoliae* et subperne folia *bipinnatisectae* haberet.

## Subtrib. *Helianthеae.*
(Linnaea VI. 157.)

### BIDENS L.

Bidens *sandvicensis* n. sp.

Ill. de Chamisso in O-Wahu (v. sp. s. plura).

Caulis herbaceus, erectus, quadrangulus, trichotomus, inanis, sulcato-striatus, glaber. Folia decussata, petiolata, ternatim s. pinnatim-secta, segmentis jovatis, acuminatis, glabris, antice argute serratis, basi brevissime acuminatis, penninerviis, 1—1½‴ longis, ½—¾‴ latis, subaequalibus, subtus pallidioribus, lateralibus petiolatis, intermediis latere inferiori anguste decurrentibus. Panicula trichotoma, subfastigiata, terminata, ramis rigidis, folia sua longe excedentibus, patenti-divergentibus. Capitula multo minora quam in *B. leucantha*. Involucrum et bracteolae *B. leucanthae* sed statura minori. Achaenia ejusdem sed 3‴ longa, pappi aristis binis, tantum apice hamosis sextuplo longiora. Radius luteus, brevis, neuter.

Simillima *B. leucanthae* sed jam radio luteo et aristarum brevitate distincta.

### CAMPYLOTHECA Cass.*)

*Obs.* Genus a *Bidente* aristis pappi obsoletis et lae-

*) Dict. sc. nat. 51 (1827) p. 475.

vissimis, a *Coreopside* achaeniis elongatis et rostratis, ab *Isostigmate* radio neutro nec non stylo differt.

Campylotheca *australis** (*Bidens australis* Sprg. syst. III. 453. *Coreopsis fruticosa* Forst. prdr. p. 91. *Bidens micrantha* Gaud. voy. Bot. p. 464).

Cel de Chamisso in O-Wahu (v. sp. s. ∞).

Frutex *Bidenti rubifoliae* haud dissimilis, trichotomus, ramis teretiusculis, striatis, flexuosis, adscendentibus, fuscis, junioribus sexangularibus. Folia penninervia, membranacea, nitida, decussata, petiolata, aut integra, lanceolata, integerrima s. serrata, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{4}$‴ longa, 4 — 6‴ lata aut ternatim s. biternatim secta, segmentis foliis simplicibus simillimis, terminali reliquis majori. Corymbus terminatus, trichotomus, magis minusve compositus, ramis divergentibus, primariis quam folia sua brevioribus. Capitula parva, 2‴ alta, multiflora, radiata, inaequaliflora, homocarpa, heterogama, erecta, pedicellis suis breviora. Involucrum pauciseriale, foliolis oblongo-ellipticis, obtusis, nervis parallelis multis percursis, margine scariosis, demnm reflexis. Rhachidis planae bracteolae foliolis simillimae sed longiores et angustiores. Corollae luteae, glabrae, disci: 5-dentatae, 5-nerviae, lineam longae, dentibus erectis, oblongis, acutis, nervis saturate fusco-purpureis, jam longe ante basin dentium bifurcatis, limbo a tubo haud distincto; radii: lingula oblongo-elliptica, multinervia, subintegerrima, tubum longe excedente. Genitalia ut in tota subtribu. Achaenium *(Isostigmatis)* subtetraquetro-obcompressum, breviter rostratum, nitidum, anguste alatum, alis integerrimis, in mucrones planos, minutos, muticos, laevissimos excurrentibus, centralia longiora, propter angustias sterilia, submutica et subexalata.

## LIPOTRICHE. R. Br.

Lipot. *australis** (*Verbesina lobata* Gaud. Bot. p. 464?).

Ill. de Chamisso in O-Wahu (v. sp. s. plura).

Facies *L. gymnolomoidis.* Frutex ramis gracilibus, angulatis, sexangularibus, strigiloso-hirsutis. Folia decussata, petiolulata, parùm supra basin tri- s. quintuplinervia, membranacea, reticulato-venosa, strigiloso-hispida, pilis paginae superioris e punctis albis, majoribus oriundis, scabra, parum rugosa, oblongo-ovata, antice longe angustata, obtusiuscula, basi obtusa aut acuta, grosse et profunde crenata, crenis posticis saepe ita magnis ut folia subtriloba evadant, circiter 3″ longa, 1″ lata, superiora minora magisque integra. Petioli 1—2‴ longi, hispidi, intus conduplicati. Capitula aeque magna ac in *L. gymnolomoide* in corymbum terminatum, 3—5-cephalum dispositа, longe pedicellata, pedicellis gracilibus, foliis suis perfectis brevioribus. Involucrum campanulatum, disco aequale, circiter 5-phyllum, foliolis ellipticis, extus hirsutis, apice recurvis et subfoliaceis. Bracteolae conduplicatae, breviter mucronato-acuminatae, diaphanae, subscariosae, floribus multo breviores. Pappus constat ex aristis ternis, brevibus, rectis, minutissime serrulatis. Achaenia perfecta, quae solum in ambitu vidi, triquetra, angulis interupte alatis. Radius 5-florus, ♀, disci multiflori diametrum fere duplum superat.

## ADENOLEPIS n. g.

Capitulum radiatum, homocarpum, heterogamum, inaequaliflorum, radio neutro, disco ☿. Achaenia calva, rostrata. Rhachis bracteolata.

*Obs.* Differt a *Bidente* et *Campylotheca* achaeniis calvis; a *Coreopside* achaeniis rostratis; *Jaegeria* recedit achaeniis rostratis et radio neutro; *Heterospermum* capitulo heterocarpo, radio ♀.

ADENOLEPIS *pulchella* n. sp.

In O-Wahu Sandvicensium legit ill. de Chamisso (v. sp. s. plura).

Facie *Heterospermi* vel *Chrysanthellinae*, magnitudine *Jaegeriae*. Radix annua, fibrosa. Caulis simplex, 2- s. 3-chotomus, gracilis, erectus, 4—5-pollicaris, apice hispidiusculo-puberulus. Folia decussata, membranacea, pilosiuscula, ex ternatisectis, longe petiolatis, segmentis longe cuneatis, obtusis, saepe 3-lobis in sessilia, remotiora, bipinnatisecta, segmentis obovatis. Capitula parva, vix 2‴ alta, terminalia, solitaria in ramis breviter ante apicem aphyllis; radio circiter 4-floro, neutro, brevi, disco paucifloro ☿. Involucrum 2-seriale, cylindraceum, disco aequale, foliolis planis, linearibus, obtusis, ∞-nerviis, extus hirsutiusculis, exterioribus ciliatis, patentibus, foliaceis, glandula magna terminatis, interioribus amplioribus, erectis. Rhachidis planae bracteolae floribus aequales, foliolis interioribus simillimae. Corollae luteae, glabrae, radii (fig. 6.): lingulatae, lingula multinervia, emarginata, rotundo-elliptica, tubo parum breviori; disci (fig. 7.): limbo cylindraceo, 5-nervio, basi inflato, tubum superante, dentibus revolutis. Antherae (fig. 10.) ecaudatae, exsertae, alis oblongo-ellipticis, angustis. Stylus *Coreopsidis* (fig. 8.). Achaenia (fig. 9.) calva, radii: subtriangulato-obcompressa, atra, breviter rostrata, superne hirsutiuscula; ovaria disci linearia, elongata, inania.

## HELIANTHUS L.

HELIANTHUS *prostratus* W. sp. pl. III. 2242. Ej. hrb. n. 16453.

In California legit ill. de Chamisso.

## THELESPERMA n. g.

Capitulum homogamum, fl. ☿. Rhachis bracteolata.

Pappus 2-aristatus, aristis retrorsum-fimbriatis trigono-conduplicatis, subulatis, oppositis. Achaenium cylindraceum, erostre, verrucosum.

THELESPERMA *scabiosoides* n. sp. Sellow in Brasilia (v. sp. s. ∞).

Tota planta glabra. Radix lignosa, perennis, 1- s. multicaulis. Caulis herbaceus, teres, striatus, rigidus, 1—3′ altus, vix pennam anserinam crassus, jam fere e basi divisus in paniculam subtrichotomam, fastigiatam, magis minusve ramosam, ramis patentibus pedunculisque elongatis. Folia decussata, ex biternatim s. bipinnatim sectis, petiolatis, adproximatis, segmentis linearibus, acutis, elongatis, planis, usque ad 8‴ longis, $\frac{1}{3}$‴ latis in simplicia, sessilia, distantia, segmentis foliorum infimorum simillima. Capitula erecta, multiflora, aeque magna ac in *Scabiosa suaveolente*, homogama. Involucrum campanulatum, floribus brevius, biseriale, foliolis serici cujusque circiter octonis, subfoliaceis, glabris, multiglanduloso-striatis, exterioribus minoribus, paucis, reflexis, interioribus magis minusve connatis, marginibus late irregulariter scariosis, caeterum tenuioribus, obtusiusculis, multo amplioribus. Rhachis plana, bracteolata, bracteolis scariosis, diaphanis, obovato-oblongis, floribus brevioribus, foliolis interioribus aequalibus, obovato-oblongis, glandularum obscurarum striis nervo unico adproximatis, subparallelis ornatis. Corollae pallide luteae? tenerrimae, 5-nerviae, nervis pallide obscuris, limbo campanulato, aequaliter sub 5-partito, tubo breviori, laciniis oblongis. Stylus ut in *Tagete*. Nectarium styliforme, obsoletum, postamento crassiori magno suffultum et in marginem prominulum abeunte. Antherae ecaudatae, alis rhomboideis. Achaenium cylindraceum, ecostatum, oblongum, verrucis albidis praecipue extus obsessum. Pappus 2-aristatus, aristis trigono-conduplicatis, retrorsum fimbriatis, subulatis, achaenio dimidio aequali-

bus

bus, persistentibus, patentibus palea una alterave obsoletissima interjecta. Cotyledones oblongo-obovati plumula inconspicua.

In achaenii sectione transversa apparet 1) tunica tenerrima extima; 2) tunica crassa, subcallosa, papillas efficiens, inaequaliter crassa; 3) colore atro interjecto (num tunica propria?) succedit tunica tenerrima diaphana; 4) integumentum tenerrimum, membranaceum, gerens funiculum simplicissimum, respondentem fissurae, qua dividuntur cotyledones, prominulum, longitudinem utramque percurrentem, ante basin lateris alterius evanidum, dum in altero latere jam basi ima conspicitur; 5) embryo.

## ISOSTIGMA n. g.

Capitulum radiatum, radio ♀, disco ☿. Rhachis bracteolata. Achaenia rostrata, obcompressa, anguste alata, alis in aristulas laevissimas excurrentibus.

Herbae Brasilienses, glaberrimae, rhizocarpicae, caule simplicissimo, tantum basi foliato; capitulis magnis, speciosis, coctis aquam saturato fusco tingentibus colore.

1. Isostigma *simplicifolium* n. sp. Foliis integris.

Sellow in Brasilia (v. sp. s. pauca).

Tota planta glaberrima. Rhizoma lignosum, multiceps, vestigiis foliorum delapsorum densis obsessum caulem emittit unum pluresve, teretes, striatos, simplicissimos, monocephalos, tantum basi ima foliatos, $\frac{1}{2}$—1′ longos. Folia coriacea, alterna, confertissima, nervis parallelis, multis striata, sublinearia, basi longe angustata, apice acuto vel obtusiusculo magis minusve denticulata, nonnunquam obsolete trifida, magis minusve curvata, nitida, 3—5‴ longa, $1\frac{1}{2}$—2‴ lata. Capitulum aeque magnum ac in *Scabiosa arvensi*, erectum. Involucrum 2-seriale, foliolis multinerviis, glabris, interioribus-linearibus, obtusis, margine scariosis, exterioribus brevioribus, acuminatis.

Rhachis convexiuscula, bracteolis corollas aequantibus, foliolis interioribus simillimis sed angustioribus. Corollae glabrae, disci: limbo 5-dentato, tubum excedente; radii: lingulis magis minusve profunde 3-partitis. Achaenia linearia nitida, incurva, 6‴ longa, 1‴ lata, striata, anguste alata, alis integerrimis in aristulas laevissimas, latitudinem ovarii aequantes, binas, tenues excurrentibus.

2. Isostigma *peucedanifolium* * (*Tragoceras peucedanifolium* Sprg. syst. III. 576). Foliis multipli-pinnatisectis, segmentis trigonis, supra canaliculatis; caule apice esquamato.

Sellow in Brasilia (v. sp. s. ∞).

Herba glaberrima. Rhizoma lignosum, tuberosum, multicaule. Caules erecti, teretes, striati, simplicissimi, monocephali, pedales — 3-pedales et ultra, tantum basi ima dense foliati, caeterum folio vix uno alterove angustissime lineari, integerrimo instructi. Folia *Peucedani officinalis* petiolata, multipli-pinnatisecta, segmentis elongatis, linearibus, multicis, trigonis, supra canaliculatis, subtus sulcatis, erecto-patentibus, 3—4″ longis, infimis ternis eorumque binis sibi oppositis, superioribus geminis. Petioli foliis ipsis longiores eorumque segmentis simillimi. Involucrum campanulatum, circiter 3-seriale, floribus brevius, foliolis glabris, extimis angustissimis, foliaceis, laxis, interioribus subaequalibus, parum longioribus, multo latioribus, obovato-linearibus, obtusis, apice crenatis, margine scariosis, multinerviis, 8‴ longis. Rhachidis planae bracteolae floribus parum breviores, lineares, obtusae, margine scariosae, plurinerviae. Capitula terminalia, solitaria, erecta, aeque magna ac in *Carduo lanceolato*, radio 1-seriali, ♀, disco ☿. Corollae glabrae, disci (fig. 1.) 5-dentatae, 5-nerviae, nervis saturate fuscis, limbo cylindraceo, basi inflato, dentibus oblongis, acutis, exappendiculatis, erectis; radii (fig. 2.) lingulatae, lingula multinervia, oblon-

go-elliptica, magis minusve 3-dentata et involuta tubumque longe superante. Antherae (fig. 4.) ecaudatae, longe exsertae, alis latis, ellipticis, obtusiusculis; filamenta glabra, articulata, plana. Stylus *Crassocephali* (fig. 3.) basi haud incrassatus, in foemina et mare idem, ramis stigmatis series prominulas intus gerentibus, apice penicillatis et appendiculatis, appendiculis linearibus longissimis, ramis ipsis manifeste tennioribus, puberulis. Achaenium (fig. 5.) tetraquetro-obcompressum, breviter rostratum, lineare, nitidum, fuscum, anguste alatum, rostratum, elongatum, 8‴ longum, sulcatum, aristulis binis, marginalibus, laevissimis, patenti-divergentibus latitudinem ovarii nondum aequantibus, demum subnullis coronatum.

3. Isostigma *speciosum* n. sp. Foliis ternatim s. pinnatimsectis; caule apice valde squamato.

Sellow cum praecedente (v. sp. s. plura).

Proximum praecedenti sed folia minus secta, pl. ternatim secta, segmentis crassioribus; caulis superne incrassatus et multisquamatus, squamulis linearibus, obtusis in foliola involucri transeuntibus; capitula majora, aeque lata ac in *crithmifolio*; lingulae discolores, supra sulphureae, subtus atropurpureae?, magis minusve 3-dentatae.

Aristulae obsoletae, ovarii latitudine dimidia breviores. Segmenta foliorum trigona, saepe 5-pollicaria.

4. Isostigma *crithmifolium* n. sp. Foliis ternatimsectis, segmentis planis.

Cum praecedentibus Sellow (v. sp. s. plura).

Omnia *I. peucedanifolii* sed lingulae latiores, lutescentes, nervisque saturate fuscis multisque percursae; folia minora, minus secta, segmentis acuminatis, planis, striatis, brevioribus et latioribus eorumque binis haud oppositis; petioli breviores et aristulae lalititudinem ovarii satis superque excedentibus.

## Subtrib. *Galardieae* Nutt. *)

*Obs.* Huc ponam genera, quae sistunt sectionem *Helianthearum* primam apud cel. Cassini (Ann. sc. nat. 1829 p. 13). *Tagetineae* Cass. potius fortasse cum *Heliantheis* conjungantur.

### CEPHALOPHORA Cav.

(*Actinea* Juss. *Actinella* Pers. *Graemia* Hook. *Dugaldea* Cass. **) *Hymenoxys* Cass. ***))

1. Cephalophora *radiata* n. sp. Sellow in Campis ad Rio Nigro (v. sp. s. ∞).

Facies *C. glaucae.* Caulis ramosissimus basi fruticosus et glaber, teres, 2 pedalis, erectus, superne ramique erecti herbacei, subfastigiati ut tota planta canescentes. Folia sparsa, alterna, sessilia, membranacea, uninervia, linearia, acuta, excavato-punctata, basi attenuata, integerrima, 1‴ longa, 1‴ lata, excavato-punctata. Capitula terminalia, solitaria in ramis superne aphyllis, aeque magna ac in *Anthemide arvensi*, radiata, radio luteo, 1-seriali, disco atropurpureo breviori. Involucrum biseriale, foliolis uninerviis piloso-canescentibus, omnibus 2‴ longis, exterioribus ovato-linearibus, longe acuminatis, interioribus oblongo-ellipticis, breviter mucronato-acuminatis, multo latioribus, margine scariosis. Rhachis hemisphaerica, pilosa, ebracteolata. Corolla disci: regularis, 5 nervia 5-dentata, dentibus erectis, acutis dentibus coloratis obsesis; limbo purpureo, basi inflato, cylindraceo, tubo brevissimo; radii: lingulata, lingula pallide lutea, extus pilosa, apice 3-loba, obovata, 4-nervia, tubo brevissimo.

---

*) North am. pl. II. 177 (1818).

**) Dict. sc. nat. LV. 270.

***) Dict. sc. nat. XXXII. 320. LV. 278.

Antherae inclusae, obsoletissime caudatae, caudis integris articulum filamenti superiorem brevissimum parum excedentibus, alis rotundis, acutis. Stylus *Senecionis* exappendiculatus. Pappus 1-serialis, multipaleaceus, paleis oblongo-ellipticis, aristatis, pinnatifido-striatis, cor. disci parum brevioribus, achaenio longioribus. Achaenia turbinata, villosa.

2. Cephalophora *decurrens* * (*Helenium pubescens* Ait. h. Kew. III. 227?). *)

In California ill. de Chamisso (v. sp. s. multa).

Facies *Helenii quadridentati.* Rhizoma? perenne, fibrosum. Caulis herbaceus, erectus, dichotomus, puberulus, foliis decurrentibus alatus, circiter sesquipedalis. Folia membranacea, penninervia, alterna, decurrentia, puberula, obsolete repanda, ex oblongo-obovatis, obtusis, circiter 3‴ longis, ¾‴ latis, confertis in oblongo-ovata, longe acuminata, rariora, minora alisque angustioribus. Capitula terminalia, solitaria in ramis longe ante apicem aphyllis, erecta, aeque magna ac in *Scabiosa canescente;* radiata, radio foemineo uniseriali, disci diametro breviori. Involucrum polyphyllum, foliolis linearibus, acuminatis, foliaceis, pluriserialibus, reflexis, disco longioribus. Rhachis subglobosa, nuda, ebracteolata. Stylus *Senecionis* exappendiculatus. Antherae obsoletissime caudatae. Corollae disci: 5-dentatae, dentibus erectis, aequalibus, obtusis, extus minute puberulis, 5-nerviae, ramis nervorum intramarginalibus, limbo a tubo haud distincto. Pappus 6-paleaceus, 1-serialis, paleis ellipticis, pinnatifidis, striatis, tenuiter aristatis, aristas excedentibus. Achaenia quadrigona, villosa.

Simillimum *Helenium quadridentatum* differt paleis

---

*) *Helenium canaliculatum* Lam. in Journ. d'hist. nat. Par. videtur esse idem ac *H. pumilum* W. suppl.

pappi muticis, minoribus; rhachide conica; capitulis minoribus, involucro meiophyllo.

*Obs.* *Hymenopappus anthemoides* (Juss. Ann. Mus. II. 426. *Hymenoxys* Cass. l. c.) est congener. Radius luteus demum albidus in nostra planta, sed secundum cl. Cassini nullus. Pappus autem est simplex nec duplex, ut Iussieu contendit.

## POLYPTERIS Nutt. *)

Polypteris *brasiliensis* n. sp.

Sellow in Brasilia (v. sp. s. multa).

Caulis bipedalis, erectus, basi lignosus et ramosus, ramis alternis, junioribus sulcatis, piloso-canescentibus, florigeris elongatis, superne aphyllis. Folia membranacea, penninervia, alterna, conferta, sessilia, oblongo-obovata, acuta, integerrima, pilosiusculo-canescentia, excavato-punctata, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$''' longa, $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$''' lata.

Capitula terminalia, solitaria, homogama, discoidea, aeque magna ac in *Galardia bicolori*, erecta, multiflora, in ramis apice villoso-incana. Involucrum campanulatum, biseriale, floribus aequale, foliolis subfoliaceis, planis, semilanceolatis, longe acuminatis, aequalibus, piloso-canescentibus, excavato-punctatis. Rhachis convexa, paleaceo-fimbrillifera; fimbrillis linearibus, rigidis, subulatis, flavescentibus, inaequalibus, creberrimis, floribus brevioribus. Corollae luteae, 3''' longae, 5-crenatae, apice pubescentes, limbo cylindraceo, basi inflato, tubo brevissimo. Pappus 10-paleaceus, paleis oblongo-ellipticis, corollae aequalibus, tenerrimis, diaphanis, acutis, apice laceris, uninerviis, nervo in aristam breviusculam excurrente. Achaenia turbinata, flavo-villosa. Antherae ecaudatae. Appendiculi styli ramos terminantes lineares, angustissimi.

*) North. Am. pl. II. 139.

## TRICHOPHYLLUM Nutt.*)

*Obs.* Paleis pappi muticis obtusis a *Cephalophora* et *Galardia;* a *Bahia* paleis aequalibus, obtusis basique angustatis nec linearibus, inaequalibus et truncatis; ab *Hymenopappo* stylo exappendiculato distinguitur.

Trichophyllum *angustifolium* * (*Ageratum angustifolium* Sprg. syst. III. 446!).

Capitula lutea, radiata.

*Obs.* 1. Hanc et praecedentem ad genera Nuttalliana retuli, sed species genuinas ab auctore ipso enumeratas non vidi.

*Obs.* 2. Genera affinia, nempe rhachide ebracteolata aut tantum margine bracteolata, pappo paleaceo ejusque paleis integris instructa, extricatu sunt difficillima laevissimisque notis a se differunt. Tentamen ea referendi ad genera, magis more solito constructa, fortasse haud ingratum esse spero. Genera *Eriophyllum* et *Mocinna* nimis parum cognita sunt.

*I.* Radius neuter.

*A.* Pappi paleae aristatae. *Galardia* Foug.

*B.* Pappi paleae muticae.

1. Stylus appendiculatus. †*Balduina* Nutt.
2. Stylus exappendiculatus. †*Leptopoda* Nutt.

*II.* Radius ♀ aut nullus.

*A.* Rhachis tota ebracteolata.

1. Pappi paleae muticae.

*a.* Stylus exappendiculatus.

*α.* Paleae pappi lineares, truncatae, inaequales. *Bahia* Lag.

*β.* Paleae pappi aequales obtusae, basi angustatae *Trichophyllum* Nutt.

---

*) North Am. pl. II. 166

*b.* Stylus appendiculatus.

α. Achaenium teres. *Hymenopappus* Her. Cass.

β. Achaenium angulatum, obpyramidatum. *Achyropappus* Kth.

2. Pappi paleae aristatae.

*a.* Stylus appendiculatus.

α. Corollà 4-dentata. *Schkuhria* W.

β. Corolla 5-dentata. *Polypteris* Nutt.

*b.* Stylus exappendiculatus. *Cephalophora* Cav.

*B.* Rhachis tantum margine bracteolata.

1. Pappi paleae aristatae. *Helenium* L. Cass.

2. Pappi paleae muticae. *Tetraodus* Cass.

*Obs.* 3. *Florestina* Cass. potius cum *Achyropappo* congungatur, a quo tantummodo radio omnino nullo parum recedit. — *Leontophthalmum* W. haud satis distinctum est à *Calea.*

## Subtrib. *Anthemideae.*

### ACHILLEA L.

2. Achillea *magna* (L. W. sp. pl. III. 2208. W. hrb. no. 16354! *A. lanata* Sprg. syst. III. 601! W. hrb. no. 16351!).

Cel. de Chamisso in California.

### COINOGYNE n. g. *)

Rhachis ebracteolata. Achaenia calva. Styli rami cono superantur. Capitulum radiatum.

*Obs.* Genus a *Chrysanthemo* distinctum styli ramis cono superatis nec truncatis; ut *Xanthocephalum* W. a *Pyrethro.*

---

*) E vocabulis κωνος et γυνη. Conis, quibus rami styli terminantur, alluditur.

Coinogyne *carnosa* n. sp.

Ill. de Chamisso in California (v. sp. s. plura).

Facies fere *Kleiniae suffruticosae s. Othonnae Mundtii.* Rhizoma multicaule. Caules 4-pollicares, carnosi, adscendentes s. procumbentes, herbacei, ut tota planta glabri, ubique aequaliter foliati, sed folia inferiora deinde delabuntur. Folia decussata, carnosa, lingulata, integerrima, acuta, plana, superiora inferioribus magis conferta, circiter 4‴ longa, 1‴ lata, basi in vaginam circiter lineam longam connata. Capitula terminalia, solitaria, aeque magna ac in *Kleinia suffruticosa*, multiflora, homocarpa, heterogama, inaequaliflora, breviter radiata, radio ♀, uniseriali; disco ☿. Involucrum cylindraceum, pauciseriale, foliolis sibi adpressis, multinerviis, margine scariosis, obtusissimis, glaberrimis, extimis rotundo-intimis oblongo-ellipticis, 4‴ longis. Rhachis conica, nuda, ebracteolata. Corollae glabrae, in siccis obscurae, disci (fig. 11.): regulares, 5-dentatae, 5-nerviae, limbo cylindraceo, basi inflato, tubum excedente; radii (fig. 12.): lingulatae, lingula anguste oblongo-obovata, 3-nervia, 3-dentata, inferne involuta tubum excedente. Antherae (fig. 13.) ecaudatae, alis oblongo-ellipticis, obtusis, angustis. Stylus (fig. 14.) *Tagetis*, radii glaber. Achaenium multicostatum, glaberrimum, oblongum, areola laterali calloque basilari semilunari.

## Subtrib. *Artemisieae.*

## TANACETUM L.

?Tanacetum *camphoratum* n. sp. Cel. de Chamisso in California (v. sp. s. ∞).

Facies fere *Santolinae Chamaecyparissi.* Caulis herbaceus, adscendens, forsan pluripedalis, obsolete floccoso-tomentosus, teres, ramosus, crassus, ubique subaequaliter foliatus. Folia bipinnatisecta, obsolete floccoso-tomentosa,

segmentis obtusis, oblongo-ellipticis; pinnatifido-crenatis, inflexis, calloso-apiculatis, numerosis; ex petiolatis, confertis, 4—5‴ longis, 1¼—1½‴ latis, interrupte bipinnatimsectis, segmentis magis remotis in sessilia minora et parum rariora. Capitula aeque magna ac in *Chrysanthemo leucanthemo*, erecta, solitaria aut in corymbum oligo (3—5)-cephalum, terminalem, terminatum disposita, innumeriflora, discoidea, heterogama, homocarpa, inaequaliflora, fl. ♀ uniserialibus in ambitu. Rhachis convexa, nuda. Involucrum late campanulatum, floribus aequale, pauciseriale, foliolis adpressis, extus obsolete tomentosis, siccomembranaceis, planis, ex semilanceolatis, acuminatis in oblongo-elliptica, multo majora, 3‴ longa, glabriora, margine late scariosa, eroso-denticulata, obtusa aut acuta. Corollae glabrae, ♀: 3-lobae, regulares, plano-obcompressae, inferne alatae, ☿: 5-dentatae, regulares, teretes, exalatae limbo haud distincto. Achaenium 4-costatum, costis calosis, obpyramidatum, pappo coroniformi, repando, aequali terminatum. Genitalia ut in *Artemisia*, *Tanaceto* etc.

Differt a *Tanaceto (vulgari)* corollis foemineis plano-obcompressis et inferne alatis.

## ARTEMISIA L.

9. Artemisia *australis* n. sp.

Ill. de Chamisso in O.-Wahu Sandvicensium (v. sp. s. ∞).

Caulis fruticosus, pluripedalis, ramis striatis, teretibus, alternis, patenti-divergentibus, adultis glabratis et aphyllis. Folia membranacea, petiolata, conferta versus apices ramorum, bipinnatisecta, superiora magis integra, segmentis elongatis, linearibus, obtusiusculis, supra puberulo-canescentibus, subtus incano-tomentosis, vix ½‴ latis, 3—8‴ longis, patenti-divergentibus, planis. Racemus compositus, terminalis, pedunculis albo-tomentosis, capillaribus,

patenti-divergentibus, oligocephalis, basi foliis integerrimis, linearibus suffultis. Capitula circiter 20-flora, floribus ♀ uniserialibus in ambitu. Rhachis nuda, convexa. Involucrum 6-phyllum, foliolis ellipticis, obtusis, margine late scariosis, basi ima extus obsoletissime tomentosis. Achaenia obovata. Corolla foeminea stylo parum brevior.

Caule fruticoso pedunculisque capillaribus insignis!

10. Artemisia *californica* n. sp.

Ill. de Chamisso in California (v. sp. s. ∞).

Caulis fruticosus, erectus s. adscendens, ramis patenti-divergentibus, alternis, teretibus. Folia petiolata, gemmulifera, adproximata, alterna, pinnatisecta, segmentis linearibus, obtusis, patentibus, pubescenti-incanis, subtus bisulcatis, elongatis, $\frac{1}{4}'''$ latis, $5 - 9'''$ longis; ferè omnia gemmulifera, superiora sensim integerrima, interiora reflexa. Racemus simplex s. compositus, subsecundus, linearis; saepe semipedalis, racemulis, si adsunt, secundis, pl. 5 s. 6-cephalis, folio suo lineari, integerrimo brevioribus — parum longioribus. Capitula multiflora, cernua, brevissime pedicellata, foliis suis breviora, floribus ♀ uniserialibus in ambitu. Involucrum circiter 2-seriale, semiglobosum, floribus aequale, foliolis ellipticis, eciliatis, obtusis, margine late scariosis, extus obsoletissime tomentosis. Rhachis convexa, nuda. Corollae glabrae.

Similis *A. santonica* jam involucris cylindraceis nec hemisphaericis et *A. herbacea* jam corollis apice cilialis differt.

11. Artemisia *integrifolia* L. W. sp. pl. III. 1846. In reliquiis herbarii Pallasiani exstat specimen!

Cum praecedentibus.

Vix atque ne vix quidem ab *A. vulgari* var. *coarctata* distincta, a qua recedit tantummodo foliis pinnatifidis nec bipinnatifidis.

## OLIGOSPORUS Cass.

OLIGOSPORUS *pycnocephalas* n. sp.

Cum praecedente (v. sp. s. plura).

Caules erecti s. adscendentes, terétes, simplices s. ramosi, semi — sesquipedales. Folia membranacea, argenteo-tomentosa, conferta, segmentis erecto-patentibus, 1—3‴ longis, vix ½‴ latis, planis, obovatis s. obovato-linearibus; ex tripinnatisectis, segmentis linearibus; integerrimis. Spica simplex s. composita, terminalis, vaga, spiculis erecto-patentibus, linearibus, inferioribus folio suo pinnatisecto vix parum longioribus. Capitula vaga, sessilia, conferta, multiflora, basi nuda s. subnuda, heterogama, floribus ♀ 1-serialibus in ambitu, erecta s. cernua. Corollae luteae; ♂, turbinatae, dentibus apice obsolete pilosis et glandula rufa notatis; ♀ glabrae, subfiliformes. Rhachis convexa, nuda. Involucrum semiglobosum biseriale, foliolis sicco-membranaceis, ellipticis, obtusis, extus sericeo-villosis, margine late scariosis, eciliatis, integris. Stylus ♂ simplicissimus, apice truncato penicillatus. Antherae alis anguste mucronato acuminatis. . . .

Similis ARTEMISIA *sericea* Stechm. W. hrb. n. 15351, a qua vix atque ne vix quidem distincta est *A. splendens* W. Ej. hrb. n. 15330, differt: capitulis majoribus, laxioribus, singulis folio singulo stipatis eoque pl. brevioribus, rhachide corollaque apice villosa.

## Subtrib. *Gnaphalioideae.*

## ANTENNARIA R. Br.

2. ANTENNARIA *margaritacea* R. Br.

Cel. de Chamisso in California legit foeminam.

## GNAPHALIUM R. Br.

12. GNAPHALIUM *sandvicensium* Gaud. Bot. voy. p. 466.

In O-Wahu legit ill. de Chamisso; altit. 400 — 500 hexap. cl. Gaudichaud. Incolis Ena-Ena audit.

Caulis teres, adscendens, basi fruticosus, lanato-tomentosus, forsan pluripedalis, apice minus foliatus. Folia membranacea, semiamplexicaulia, sparsa, integerrima, uninervia, supra obsolete; subtus dense tomentosa, ex lingulatis, acutis, circiter 2‴ longis, 3‴ latis, saepe reflexis in linearia, breviora, erecto-patentia, obtusiuscula, circiter ½‴ lata, margine reflexa. Panicula *Helichrysi felini* convexa, contracta, ramis lanato-tomentosis, basi foliis parvis suffultis, abbreviatis, adproximatis, patenti-divergentibus. Capitula aeque magna ac in *Gnaphalio luteo-albo*, multiflora, in pedicellorum apicibus glomeratim conferta, fl. ☿ 6, reliquis ♀. Rhachis nuda, plana. Involucrum campanulatum, floribus vix brevius, multiseriale, nitidum, foliolis obtusis, flavescentibus, scariosis, ellipticis, adpressis. Pappus capillaris, scaber, caducus, pallide rufescens. Achaenia ovoidea, laevissima, atro-fusca.

13. GNAPHALIUM *pilulare* Wahlenb. fl. lapp. p. 205?

In California cel. de Chamisso.

Specimina duo, nimis manca, *Gn. uliginosum* perbene referunt sed recedunt achaeniis scabris!

14. GNAPHALIUM *decurrens* (Ives *) in Silliman's Amer. Journ. Sprg. syst. III. 478?)

Cum praecedente.

8. GNAPHALIUM *chilense* Sprg. Linnaea VI. p. 227.

Cum praecedentibus.

---

*) Nec Schrank pl. rar h. Monac. (1819) t. 84, quod vix ab *undulato* satis differt.

## Subtrib. *Senecioneae.*

19. Senecio *sandvicensis* n. sp.

Ill. de Chamisso in O-Wahu (v. sp. s. pauca).

Herba verisimiliter perennis. Caulis fortasse pluripedalis, erectus, inanis, teres, simplex? superne pro maxima parte foliis paucis, parvis, remotis, subsemiamplexicaulibus obsessus. Folia ima petiolata, oblongo elliptica, obtusa, glaberrima, integerrima, carnosula, penninervia, avenia, circiter 3″ longa, 1″ lata, basi in petiolos plano-dilatatos acuminata. Panicula terminalis, decomposita, suprafastigiata, dichotoma, ramis inferioribus elongatis, basi foliis parvis suffultis, superioribus magnopere decrescentibus. Capitula discoidea, homogama, multi (20-) flora, parum majora quam in *S. Jacoboea*, pedicellis suis apice squamatis pl. longiora. Involucrum floribus brevius, 1-seriale, basi parum et irregulariter auctum, foliolis numerosis, contiguis, plurinerviis, apice obsolete barbatis, esphacelatis, alternis margine latius scariosis et obtusis, alternis margine angustissime scariosis et acuminatis. Rhachis subnuda, plana. Achaenia immatura glaberrima, oblonga. Pappus albus, scaber, setaceus, mediocris, corolla multo brevior. Corollae glabrae, luteae, regulares, limbo cylindraceo a tubo distincto eumque superante.

Simillimus *S. fistulosus* distinguitur capitulis radiatis, heterogamis nec discoideis et homogamis; caule humiliori, foliis minoribus, integerrimis, et pappo mediocri etc.

# *CALYCEREAE R. Br.*

AUCTORE CHR. FR. LESSING.

## ACICARPHA R. Br.

2. ACICARPHA *bupleuroides* n. sp.

Sellow in Brasiliae uliginosis (v. sp. s. plura).

Herba 2? glaberrima facie *Bupleuri rotundifolii.* Caulis erectus, herbaceus, dichotomus, obiter striatus, inanis, aequaliter foliatus, sesqui — quadri-pedalis. Folia membranacea, alterna, remota, penninervia, reticulato-venosa, nervis nullibi prominulis, obtusa, integerrima s. apice irregulariter dentata, ex oblongo-obovatis, basi longissime angustatis in petiolos planos, amplexicaules iisque adjectis fere $\frac{1}{2}'$ longis et $1\frac{1}{2}''$ latis. Capitula terminalia, solitaria, multiflora, vix aeque magna ac in ARTEMISIA *Absinthio*, involucri 5-phylli, inaequalis foliolis foliaceis, foliis summis simillimis longe superata. Calyx 4-dentatus, laciniis inaequalibus, obtusiusculis. Corollae parvae, 4-dentatae limbo albido, turbinato-campanulato tubo gracili, virescente triplo breviori. Achaenia immatura angulata, calyce duplo longiora.

3. ACICARPHA *procumbens* n. sp.

Sellow in Brasilia (v. sp. s. ∞).

Herba perennis? glaberrima, multicaulis, caulibus angulatis, procumbentibus, totis aequaliter foliatis, parum ramosis, circiter semipedalibus, quorum plures steriles flagella sistunt ut in *Hieraciis.* Folia membranacea, pennitriplinervia s. glauca, obtusa, mucronulata, integerrima, sessilia, alterna, adproximata, 2—$4'''$ longa, 12—$21'''$ longa. Capitula aeque magna ac in *A. tribuloide,* solitaria, primum terminalia, demum lateralia pedunculata et oppositifolia pedunculis folio brevioribus. Involucrum circiter 6-phyllum, floribus brevius, foliolis integerrimis, oblongo-

ellipticis, patentibus, inaequalibus. Fructificatio ut in *A. tribuloide* et *spathulata*, sed spinae calycinae minores quam in hac.

Differt ab *A. spathulata*, quae certissime non est herba annua sed fruticulus: capitulis minoribus, involucro longioribus; foliis angustioribus, obtusis, semper integerrimis, magis tripli- quam penninerviis nec subtruncatis apiceque saepe obsolete dentatis.

---

*Obs.* De *Hieraciis* arcticis cel. *Fröhlich* dicturus exspectatur.

---

## *ARCTICAE, QUAE SUPERSUNT.*

AUCTORE AD. DE CHAMISSO.

Kamtschaticas Sibiricasque plantas quas raptim collectas ex itinere περιχοσμιώ retulit, florulae nostrae arcticae exoptatum incrementum nobis tradidit celeberrimus amicissimusque Adolphus Erman Ph. Dr., adnotationibus quibusdam de climate atque vegetatione Kamtschatcae additis.

Sistit clarissimus vir, temperaturam soli in littore maris sub geographica, ut ajunt, latitudine montis Schiwelutsch (56° 40'), gradibus Reaumurianis +2 ad +2½ metiri et tot integris decrescere gradibus, quoties pedibus parisiensibus 760 supra mare extollitur solum. Superus *Alnorum* terminus in montibus ignivomis Schiwelutsch et Klutschewsk ad altitudinem 2800 pedum parisiensium adscendit, ubi e supra dictis temperatura terrae — 1° ½.

*Salicis* nana species (e speciminibus adlatis *S. arctica* Pall.), *Cruciferа* nova infra descripta et *Saxifraga* (e specimin. ad latis) *Merkii* Sternb. Sax. app. p. 1. t. 1. fig. 3, nives circumjacentes colore intense rubro, (an polline an seminibus suis) inficiens, in eodem monte 4731 ped.

ped. par. altae supra mare sunt lectae; ubi temperatura soli — 4. Terminus autem nivium perennium paulo altius est sumendus, inter 4700 et 4800 incertus, temperatura soli — 4 ad $4\frac{1}{2}$. —

Eadem *Salix arctica* Pall. et altius in monte Klutschewsk ad 5000 usque pedes est observata. *Rhododendron Chrysanthum* Pall., circa Ochozk paludes planitiei littoralis decorans, in peninsula Kamtschatica sub eodem fere latitudinis gradu in summis jugis infra terminum superiorem *Alni* haud descendens, memorandam testatur differentiam inter clima Kamtschaticum et Ochotense, intercedentem.

Stirpes arborum fruticosae sub nivium pondere hiemem prostratae degentes, *Slanez* audiunt Rossis incolis, a verbo *Slat* sternere. Haec *Pini Cembrae, Sorbi, Alni*que vulgaris est forma.

A divortiis aquarum occasum versus tegitur terra *Betulis, Sorbo, Populo, Salicibus.* *)

In eorundem jugorum clivo ad orientem solem spectante, prima offenditur *Pinus Cembra Slanez*, sequitur *Pinus Larix*, ultima sese offert *P. Abies.* Convalles fluviorum sequuntur, nunquam ab illis longe aberrantes. Fasciam *P. Abies* occupat secundum fluvii Jelowcae decursum latitudinis 4—6 stadiorum rossicorum (Werst); dilatatur quam *P. Larix* et *Cembra* obtinent ad 20 stadia. Hinc interior terra Schiwelutsch montem versus *Betulis* opacatur, intertextis *Sorbo Slanez, Alno, Populo, Salicibus.* *Populus* in fluviorum ripis magna arbor, ligna ad navigia incolarum fluviatilia *(Batti)* construenda praebens, mox interiora petens deprimitur. *Alnus* in montes adscen-

*) Species *Betulae, Alni, Salicis* quarum adtulit specimina, infra suo loco recensentur. *Sorbus* autem est *Pyrus sambucifolia* Cham. et Schldl. Linnaea 2, p. 36 (spec. e montibus australibus et a Riedero accepta). *Populi* desideratur specimen. Ramus sterilis *Pini Cembrae Slanez*, nec aliarum Coniferarum specimen, prostat.

deus caeteras stirpes arborescentes longe antecellit. Humistrata *Salix* (*arctica* Pallas) supremos attingit vegetationis fines. Occurrit *Pinus Abies* in convalle fluvii Kamtschatcae. Ab orientali littorali tractu inter Nijne-Kamtschatka et portum Petro-Pauli exulant *Abies* et *Larix* superstite *Cembra Slanez.* Dicuntur et in orientali plaga a Nijne Kamtschatka boream versus *Coniferae* omnino deesse. — *Coniferarum* distributionem a portu Petro-Pauli austrum versus aeque diserte referre non audet, quippe quam plagam ipsi invisere non licuerit. Nihilominus: in quarzosis minimeque ignivomis jugis e quibus fluvius oritur *Bolschaja* dictus (in occidentali peninsulae parte sub 51½ latitudinis) *Pinum Laricem* adesse, *Pin. Abietem* vero ad scaturiginem fluminis Awatschensis ab ipso portu Petro-Pauli occasum versus non adeo remotam, ad altas excrescere stirpes compertum habuit.

Petit insuper veniam brevibus verbis huc addendi, quae de *Coniferarum* distributione per insulas Curiles, genuinas quasi terrae Kamtschaticae austrum versus prolatationes, e commentariis collegit Schelechowii viri Rossici strenui aeque ac seduli, naviculae mercatoriae olim navarchi, a posteris nondum prout meruerat laudati.

Ex accuratissimo ejus singularum insularum recensu constat:

*P. Cembram* unam Coniferarum per omne insularum monile obtinuisse sibi locum et ita quidem ut ad decimam quintam usque insulam (Ketoi dictam) sub 47 latitudinis gradu sitam, varietas arboris nostri *humistrata (Slanez)* sola exstet, hoc autem termino austrum versus superato, in reliquis insulis varietates *humistrata* et *vulgaris* seu *recta* saepius cohabitent.

*P. Abietem* vero in secunda, inde a Kamtschatico australi promontorio, insula (Poromuschir dicta) postremo apparuisse, et jam tunc habitu debili atque imbecilliori,

ut e patria exulem arborem illico suspiceris. In tertia atque insequentibus, usque ad decimam nonam insulis plane abesse.

*P.* denique *Laricem* omnes insulas a Kamtschatka usque ad decimam nonam, penitus vitare. In vigesima autem insula (Kunaschir dicta) sub $43\frac{3}{4}$ gradu latitudinis sita, in quam australiores arborum formae e Japonia transierunt, reduces ex improviso *P. Laricem* et *Abietem*, offendisse nautam. Additur insuper, in insulae Kunaschir anfractibus saxosis, modo dictas arbores debilioris esse formae, in apricis vero campis ad pulchrum stirpium vigorem excrescere.

Memoranda haec Coniferarum praesertim vero *P. Laricis* disseminatio:

*P. Larix* in Asiae septentrionalis plagis prae caeteris arboribus vivacem sese praebet, ita ut a Dauriae planitiebus inde, sub 50 latitudinis gradu jacentibus, ubi rara pulcritudine gaudet arbor, ad ipsa fere maris glacialis littora progrediatur. Prope Obdorium oppidum sub ipso circulo polari in 700 demum pedum parisiensium altitudine superum limitem attingere notavit Erman; sub 60 vero latitudinis gradu in Aldanensium Alpium clivo orientali, ad 4210 pedum usque altitudinem degentem vidit; inde per totam ad mare Ochotense patentem plagam, abunde ubique crescit: non obstantibus impedimentis quae ab humida nimis soli indole passim oriuntur.

Plane aliter se habere res in Kamtschatica peninsula modo monuimus, in qua quippe arbor intra 60 et 52 latitudinis gradus, ab occidentali littore plane exsulet, quamquam ibidem semina integrasque arbores dejiciat mare Ochotense; in orientali vero adsit quidem sed rara et non nisi in depressis convallibus fluviorum in orientale mare cadentium. Semel autem etiam prope occidentale litus observatur et id sub $51\frac{1}{2}$ quidem latitudinis gradu in jugis

quarzosis intermediae quam dicunt formationis. — Curiles autem insulas diximus ad decimam nonam usque fugientem, in vigesima demum sub $43\frac{3}{4}$ grad. lat. denuo resurgere.

Quae quum considerasset, de interruptae disseminationis causa physica Ermano visum est:

*P. Laricem* prae caeteris arboribus affici aëris hygrometrica constitutione. Aër siccus, nubium raritas et infrequentia, venti denique magnam perflantes atque continentem terram, en quae ei omnino necessaria esse videntur. — Noxiae illi nives. Pulcherrima habentur omnium Sibiriae Laricetorum, quae regionem Baikalensem opacant raritate nivium perinsignem. — Uno verbo *Larix* climate videtur egere quod doctis viris audet *continentale*, licet et tractus littorales terrarum continentium tum septentrionalis tum orientalis, eodem saepius fruantur. Quo climate dum gaudeat, arbor vivacissima et in altos adscendit montes utpote aëris rarioris dummodo sicci amantissima. Ubi autem pelagium praevaluerit clima, hoc afflicta, primum montes deserit ventis maritimis humidis afflatos, aufugia in convallibus petens ab illis defensis, quae cum defuerint aufugia in apricis littoralibus vigere nequit nisi sub australiori latitudine.

Docuerunt autem Kamtschaticae observationes 52 latitudinis gradum in occidentali angustioris peninsulae littore, pro extremo sententrionali limite apricae *P. Laricis* habitationis, esse habendum. In insulis autem nunquam ultra 44 latit. gradum septentrionem versus excurrit arbor et hunc quoque limitem in iis demum attigit insulis, ad quas verisimile est extendi halitum venti sicci in terra continenti ab Austro - Noto insulis propinqua, oriundi.

Tandem notavisse juvabit *Laricem* ne ad extremos quidem habitationis suae terminos usquam humi sterni,

semper vero ex singula radice unam tantum eamque rectam excrescere stirpem sed conicae eo magis formae quo frigidior sit locus; adda quod in extremis ad Obdorium pagum Laricetis tam rarae sint arbores ut *trahis* ubique transveharis, dum Jakuticas Ochotieasque silvas non nisi equo vel tarando insidens, peragrare possis.

---

Draba? *parryoides* n. sp. vel potius novum genus e solo fructu, deficiente flore, haud rite definiendum. *Drabis* dolichocarpis subjungimus pro tempore plantam aliquando fors jure meritoque nomine inventoris Ermaniam *parryoidem* salutandam. Semina matura horto regio botanico berolinensi transmissa terra fovet. Fructus: siliqua intra floris cicatricem sessilis, late linearis, plana, subfalcata, marginibus subrepandis, apice rotundata, stylo brevissimo apiculata, stigmate simplici capitellato subsessili. Valvae planae, nervo medio tenui et rete venoso laxo longitudinaliter notatae, basi simul et apice solutae deciduae, superstite dissepimento integro tenerrimo diaphano enervio avenioque, plica interdum longitudinali media falsam nervi revera deficientis speciem referente. Funicula umbilicalia e nervo placentario orientia, libera, e crassiori basi filiformia, longiuscula. Semina biseriata pauca (2—6) ovulis pluribus abortientibus, compresso-ovoidea, acutiuscula, emarginata, laevia, ex rufo brunnescentia, circa hilum fuscescentia, situm embryonis ostendentia. Embryo albus; cotyledones accumbentes. — Stigmate simplici et semine exalato laevi a simili siliqua *Parryae* differt. — — Plantula videtur esse biennis in primo anno fructificans. Caulis abbreviatus, ex inflorescentia anni praeteriti bifurcus, radicem bicipitem referens. Folia subradicalia in apicibus rosulata, cuneata, tri-aut multiloba, lobis rotundatis, utrinque cano-tomentosa; lamina quatuor circiter lineas

longa; petiolus dilatatus lamina brevior. Scapus e foliorum rosula unicus, erectus, sub maturitate fructus bipollicaris tripollicarisve, teres vel paululum angulatus, rarescenti tomento vestitus e pilis simplicibus nec stellatis constante. Folia pauca, sparsa, radicalibus similia at minora scapum decorant infimosque suffulciunt pedicellos. Paniculа maximam occupat scapi longitudinem. Pedicelli filiformes, erecti, 4 — 5 lineas longi, ut scapus tomentosi. Siliquae glabrae, semipollicares pollicaresque, latitudine nunc lineae, nunc duplici. — — In rupestribus montis ignivomi Schiwelutsch 4000 ped. supra mare legit Adolphus Erman.

## CONIFERAE Juss. Rich.

### PINUS L. Rich.

Pinus *Cembra* L. Varietas B. *pumila* (*Slanez* Ross.) Pall. ross. 1. p. 5. t. 2. fig. E. F. G. H. An propria species? Cortex illi laevis, nunquam rimosus. Excrescit ad altitudinem 15 pedum, crassitie trunci tri-quadripollicari. Specimen sterile e portu Petro-Pauli retulimus, ex orientali montium Aldanensium Sibiriae descensu ad mare Ochotense spectante aliud sterile specimen retulit Erman.

### EPHEDRA L.

Ephedra *monostachya* L. Pall. ross. 2. t. 83. (*E. polygonoides* in textu p. 87). Habemus inter Plantas Redowskianas.

## *AMENTACEAE Juss. (Omnes.)*

## MYRICEAE Rich.

### MYRICA L.

Myrica *Gale* L. uberiori pube insignis. E Kamtschatka a Riedero acceptam retulit A. Erman.

Myrica *californica* N. Ab affini *M. xalapensi* HBK., speciminibus Schiedeanis pluribus collatis, diversa: fructu multo majori, nucleo nempe in illa subgloboso diametro vix lineam metiente, in nostra contra ovoideo axi plus bilinari. Differt insuper habitu et characteribus infirmioribus pluribus. Frutex depressus ramosissimus. Rami angulati, dense foliosi (facie *Gobulariae salicifoliae*); novelli birtelli. Folia anguste lanceolata, utrinque acuta, in petiolum brevem angustata; iuniora subintegerrima; adulta antice praesertim serrata, serraturis magis minusve remotis et obsoletis; glabrescentia, punctulis resinosis subtus conspersa interdum vix conspicuis; consistentia laurina, margine reflexo, nervo subtus prominente supra impresso et inferius saltem birtello, venis immersis vix conspicuis; maxima tripollicaria; 8 lineas lata. ♀ Amenta axillaria, solitaria; sub maturitate fructus semipollicaria, erecta, superam foliosam rami partem, nec inferum denudatum ornantia ramum. — — Legimus ad portum sancti Francisci Californiae. Hic esse trahenda videtur *M. xalapensis* Poeppig plant. Cubens. exsic. ♂ Cui folia punctis resinosis aureis crebrioribus nitent, nec in supera pagina omnino deficientibus.

Myrica *quercifolia* L. Thunb. cap. p. 153 a qua distingui nequit *M. laciniata* W. En. p. 1012. Omnes variant pube uberiori et deficiente, foliisque nunc profundius nunc obsoletius serratis, sinuatis, laciniatis. — In promontorio bonae spei legimus ipsi misitque Bergius.

Myrica *humilis* N. Frutex erectus, nunc ex toto glaber, nunc apicibus ramis foliisque hirtellis. Rami angulati, stricti, dense foliosi. Folia erecta, fere imbricata, apices versus decrescentia, forma et magnitudine variabilia, brevissime petiolata, ovata et ovato-lanceolata, antice profundius obsoletiusve rariter inaequaliter crenata, serrata, dentata nec non subintegerrima, acuta mucronulata, ra-

rius apice obtusa, pollicaria, sesquipollicaria; in unico specimine maxima elliptica bipollicaria, latitudine pollicari, antice inaequaliter inciso-paucidentata. Coriacea sunt, margine leviter reflexo; subtus nervo prominulo, venis reticulatis subimmersis, punctis resinosis juniori statu obtecta aetate evanescentibus. Amenta axillaria solitaria erecta. Maris densiflora, crassiuscula, semipollicaria vix pollicaria, squamis naviculatis ovatis acutis ciliolatis, antheris squamas vix superantibus; feminae longiora, pollicaria et sesquipollicaria, foliis nunc breviora, nunc longiora; sub anthesi gracilia, laxiflora, rachide hirtella, squamis germina ex toto obvelantibus; sub maturitate fructus densa. Fructus majusculus, nucleo obovato utrinque acuto, axi ultra duas lineas metiente. — — In promontorio bonae spei legimus, miseruntque Bergius, Mundt et Maire.

Myricas capenses insuper possidemus, a Bergio aliisque transmissas: *cordifoliam* L. Thun. 2, p. 587, *aethiopicam* L. Thunb. l. c. et *serratam* Lam. Enc. 2, p. 577. W. sp. pl. 4, p. 747. En. p. 1012, *banksiaefoliam* Angl., quam femineam stirpem an a mare *aethiopica* specie differat nec ne, ut animadvertant periti, rogamus.

## BETULINEAE Rich.

### BETULA Willd.

Betula *pubescens* Ehrh. — Schldl. beroł. 1, p. 490. Pall. ross. sub *B. dahurica* 1, p. 60. memorata et t. 39, fig. C. adumbrata, ibidem sub *B. alba*. — Specimen Kamtschaticum foliis adultis strobilisque maturis instructum omnibus majoris ponderis characteribus cum berolinensibus convenit: folia solito majora, $2\frac{1}{2}$ poll. longa, $1\frac{3}{4}$ lata, deltoidea, duplicato serrata, glabrescentia, subtus in axillis venarum pilis brevibus fuscescentibus barbata, in nervo et venis obsolete pubescentia obsoletequc ciliata, petiolo surgum superne pubescente ciliatoque. Strobili solito cras-

siores, breviores, brevius pedunculati, subpollicares, crassitie calami anserini vel cygnei; squamae samaraeque solito majores optime vel minimis characteribus conveniunt (his vero differt *B. dahurica* Pall., cui lobus medius squamae longius productus acutus). Pedunculus circiter quatuor lineas longus. Rami parce resinoso-punctati. — — E Kamtschatka retulit amicissimus Erman ab Riedero acceptam.

Betula *nana* L. et auct. E. Meyer Lab. p. 31, e Kamtschatka retulit Erman in paludibus prope Tigil aliisque locis lectam, nos ex America transbeeringensi, in promontorio Espenbergii inque insula Chamissonis.

Betula *Ermani* n. Rami resinoso-verrucosi. Folia ovata, basi truncata vel obtuse cuneata, breviter acuminata, breviter acuminata, duplicato-serrata, nervo et venis utrinque (supra magis) petioloque pilosulis, axillis venarum subtus interdum nec semper barbatis; $2\frac{1}{4}$ poll. longa, $1\frac{3}{4}$ lata, petiolo semipollicari. Strobili subsessiles, erecti, olivaeformes, axi pollicem vix aequante. Squamae laxe imbricatae, maximae ($4\frac{1}{2}$ lineas longae); lobis lanceolatis antrorsis medio longiori; margine repando ciliato. Samarae duas fere lineas longae, corpore obovato alis cincto exiguis, sursum paululum ampliatis rotundatis repando-crenatis; apicem versus pubescentes, solito more stylige-rae. — In montibus Kamtschatcae legit celeberrimus Adolphus Erman. *T. VI. fig. D. folium et strobilus magnitudine naturali, squama et samara bis auctae.*

## ALNUS W.

Alnus *incana* W. sp. pl. 4. p. 335. *Betula incana* L. Pall. ross. 1, p. 64. — Haec in Kamtschatka alpina species. In montibus inter Sedonka et Jelowska legit Erman. Specimen nimis mancum.

Alnus *viridis* DC. fl. franc. 3. p. 304. *Betula viridis* Vill. *B. ovata* Schrank. W. sp. pl. 4, p. 465, herb. no. 17672. — Kamtschatcae vulgatior species, quam olim (Bemerkungen und Ansichten) pro *A. incana* habuimus, minori ludit et perfecta glabritie, axillis venarum barbatis et nudis in eodem specimine. In montes nunquam adscendit. — Legimus ad Portum Petro-Pauli, specimina que adtulit Erman a Riedero accepta. — Varietas microphylla, glabra in Insula Chamissonis.

## CUPULIFERAE Rich.

### QUERCUS L.

Quercus *agrifolia* Nec. W. sp. pl. 4, p. 431. Pursh Am. 2, p. 627. Cham. Bemerk. und Ansicht. p. 18. Ad Portum St. Francisci novae Californiae.

### CORYLUS L.

Coryli species an *C. americana*? ad portum St. Francisie Californiae. Specimen mancum et insufficiens.

## SALICINAE Rich.

### SALIX L.

Salix *pentandra* L. Koch de Sal. europaeis. p. 13. Pallas fl. ross. 2. p. 83. Séringe, Saules de la Suisse 1805—14. 3. no. 13. Ad montes Uralenses ab Ecatherinburg boream versus, septembri fructiferam, in fluminum Kamtschatcae convallibus inferioribus; inque summo montium jugo inter Sedanka et Jelowka Kamtschatcae legit amicissimus A. Erman Dr.

Salix *discolor* Mühlenb. HW. n. 18148. Pursh 2, p. 613. — — Optime cum specimine Mühlenbergiano conveniunt, quae ad portum Petro-Pauli Kamtschatcae legimus.

Salix *myrtilloides* L. (nec Schleicher nec Willden.) L. Lapp. t. 8. f. i—k. Koch. p. 52. Pall. p. 79. — Specim. Laestadiana Lapponiae Lulensis 1821, et Wahlenbergiana. — — Specimina habemus (schedula amissa, verosimiliter Redowskiana Kamtschatica) scandinavicis omnimodo simillima. Formarum subjungimus seriem a genuinae speciei typo magis magisque recedentium, quas nec certo possumus contendere hic esse referendas, nec aptius alii referre speciei. Species autem novas nolumus proponere insufficientibus innixas speciminibus.

1. E sinu Eschscholtzii ♀ adulta, ramuli foliis et amentis majusculis luxuriantes. Foliorum forma plerumque obovata, obtusa, basi acuta paululum a solita *Salicis myrtilloidis* facie recedit, caeterum vix diversa. Nec speciminibus Wahlenbergianis folia omnino sunt integerrima sed basin versus saepius denticulata, qui dentes vero in hac nostra forma minus obsoleti magis in conspectum veniunt. Capsulae paulo brevius pedicellatae; squamae amenti, vetustate calvescentes, uberius fuisse villosae atque ciliatae videntur.

2. In paludibus prope Tigil Kamtschatcae occidentalis feminam legit Augusto adultam amicissimus Ad. Erman, fruticulum depressum cum *Betula nana* degentem. Forma superiori proxima at minus vegeta et omnibus partibus minor, foliis subcuneato-obovatis brevibus latis subretusis; amentis gracilioribus magis elongatis.

3. E sinu Schischmareffii ♂ et ♀ sub grossificatione fructus amentis annotinis adhuc instructa. Frutex humistratus, caulibus purpurascentibus lentis radicantibus; foliis ovatis ellipticis obovatisque acutis et obtusis subintegerrimis, junioribus subtus et margine, ramulis, pedunculis, amentorumque squamis eximie villosis; amentis folia vix superantibus ovatis vix cylindricis, capsulis brevius pedicellatis.

4. Ex insula Sancti Pauli ♂ et ♀ sub grossificatione

fructus ut superior humistrata, radicans, villosa; ab illa recedens: caulibus crassioribus, ramulis brevioribus vitellinis, foliis minoribus subrotundis (ovalis obovatisque subemarginatis), basi obsolete denticulatis, firmioribus, crassius reticulato-venosis, exsiccatione minime nigrescentibus.

Salix *glauca* L. Koch. p. 55. E Meyer Labr. p. 83. *S. sericea* Vill. Seringe l. c. 6. no. 58. Ex insula Chamissonis et promontorio Espenbergii Americae retulimus, accepimusque ab amicissimo Erman prope Tigil Kamtschatcae occidentalis lectam.

Salix *myrsinites* L. Koch p. 60. E Meyer. Labr. p. 34. ♀ adulta. Varietas (?) foliis glabrioribus late obovatis, saepius obtusis imo retusis, basi acutis in graciliorem longioremque petiolum decurrentibus. Caetera convenire videntur. — Ad sinum sancti Laurentii.

Salix *arctica* Pall. ross. 2, p. 86 (non RBr.). Arctica quae adiimus littora vulgarior ornat polymorpha. Dissimiles autem formae hic nec semper sine dubio redactae conveniunt: foliis integerrimis, junioribus more congenerum subtus et margine villosis, adultis glabris, subtus magis minusve pruinoso-glaucescentibus, amentis crassis subclavatis pedunculatis, pedunculo foliato; staminibus longe exsertis, antheris atro-purpureis, defloratis lutescentibus. Germinibus subsessilibus, stylo elongato, stigmate bifido, ramis bifidis. — — Provenit, germinibus capsulisque lanatis, forma maxima, foliis obovatis suborbiculatisque, obtusis et acuminulatis, acumine complicato reflexo, lamina in petiolum decurrente, amentis villosis, femineis adultis crassitie digiti, longitudine bipollicari et ultra. Folia illi maxima, nunc 2 poll. longa, $1\frac{2}{3}$ p. lata; nunc $2\frac{3}{4}$ p. longa, $1\frac{1}{3}$ pol. lata, petiolo ad summum 8 lineas longo. Habitus e descriptione Pallasiana elucet. — — Nos in Unalaschka. — In montibus Kamtschatcae inter Sedanka et Jelowka A. Erman. — Omnibus partibus paulo

minor, foliis sub anthesi nondum perfecte explicatis uberiori villositate donatis (ut illa descripsit Pallas), saepe angustioribus, ex obovata in oblongo-ellipticam formam contractis, apice rotundatis obtusis, basi acutis. Ad sinum sancti Laurentii. — Omnibus partibus minor, foliis suborbicularibus, subretusis, mucronulatis, semipollicaribus. In insula sancti Laurentii anno 1816. — — Capsulis glabris; femina provectiori aetate, vix foliis paululum firmioribus, subtus eximius reticulato-venosis, a maxima supra descripta forma recedens. In monte ignivomo Schivelutsch Kamtschatcae A. Erman.

*Salix* unalaschcensis, multis cum *arctica* Pall. conveniens, pluribus ab illa abhorrens, nulli nostrarum propius accedens, hic adjiciatur, nec autem de identitate quidquam praejudicetur. — Legimus utriusque sexus specimina, sub anthesi, tenerioribus adhuc foliis instructa. Habitus gracilior; rami magis virgati pedales, prostrati; ramuli e purpurascente vitellini; folia tenera, pellucida, reticulato-venosa, primum villosa, citius calvescentia, subtus subglaucescentia, obovata, obtusa, submucronulata, subretusa; basi acuta aut obtusa, aequalia aut inaequalia; maxima pollice breviora, latitudine semipollicem vix excedente, petiolo 3—5 lineari. Amenta crassiuscula, clavata, pollicem ad summum longa, villosa, staminibus exsertis, antheris purpurascentibus, germinibus glabris, stylo elongato, stigmate bifido, ramis bifidis brevibus, pedunculo elongato foliato. — Haec eadem ad sinum Sti. Laurentii omnibus partibus paulo minor, foliis angustioribus ex obovata in elliptico-lanceolatam formam ludentibus.

Salix *anglorum* N. — *S. arctica* R. Brown ex Ed. Nees 1. p. 406, supl. to the append. of Cap. Parry's Voy. p. 282. E. Meyer Lab. p. 32. (Non Pallas.) — Insula et sinus Sti. Laurentii. — Ex insula Chamissonis, capsulis maturis vetustate calvescentibus.

Salix *berberifolia* Pall. ross. 2. p. 84. t. 82. it. 3, t. kk. fig. 7. *Salix n.* 15. Gmel. Sib. 1, p. 161, t. 34. fig. 4 (descriptio icone melior.). *S. ilicifolia* HW. no. 18223 (specimen Adamsii Dahuricum sterile). — Sterilem habemus inter plantas Redowskianas.

Salix *reticulata* L. Seringe l. c. 5, n. 33. Koch p. 62. E. Meyer. Labr. p. 33. Pall. ross. p. 85. flor Dan t. 212 (haud optima). *Salix rotundifolia* HW. (spec. unalaschcense Fisch.). — Unalaschka, sinus Sti. Laurentii, insula St. Laurentii anno 1816 et 17, sinus bonae spei.

Salix *polaris* Walenb. 261, t. 13, fig. 1. Koch. p. 64. Varietas *leiocarpa* vel propria species (a *S. herbacea* L. magis recedit foliis integerrimis et habitu). — Germina illi capsulaeque glabra, differt insuper tum a speciminibus lapponicis herbar. proprii et Lessingiani, cum ab icone laudata: foliis multo minoribus. Caulibus ramisve filiformibus ramosissimis ramulisque dense foliosis intertextis caespites praebet humistratos, densos, diametro vix quatuor pollices latos excedente. Folia annotina marcescentia persistunt, hornotina in apicibus quasi rosulata amenta involucrant pauciflora, breviter pedunculata, vix eadem superantia. Juniori statu villis magis minusve ornata et ciliata, mox glaberrima fiunt; integerrima sunt, breviter petiolata, (in speciminibus tschuktschicis) elliptica et (in aleuticis) orbiculata saepe retusa; quintuplinervia, grosse reticulato-venosa. — — In Unalaschka et ad sinum sancti Laurentii.

Supersunt, quibus dicere nomen ob specimina imperfecta vereamur.

Salicis *phylicifoliae* L. Koch. p. 40. varietates? inter plantas Redowskianas duae, tertia, quam ipsi ad portum Petro-Pauli legimus. Omnes foliis lanceolatis, vel elliptico-lanceolatis.

Salix pluries nobis obviam venit, an nova species, *pulchra*, fruticulosa, depressa, foliis breviter peliolatis pollicaribus majoribusque lanceolatis ellipticisve utrinque acutis integerrimis glabris, subtus glaucescentibus, venis pennatis obliquis tenuibus utrinscens 5 — 8 notatis, stipulis lineari-filiformibus serratis, amentis lateralibus sessilibus villosis, femineis maturis crassis circiter bipollicaribus, capsulis lanatis subsessilibus. Habitus fere *Salicis arcticae* Pall. — In Promontorio Espenbergii Americae transbeeringiensis, inque insula Sti. Laurentii. — An eadem, quam sterilem prope Tigil Kamtschatcae occidentalis legit Erman? cui folia majora, latiora, bipollicaria, subinde obovata, venis pluribus primariis utrinsecus 8 — 10-ornata.

Salix ad portum Sancti Francisci novae Californiae vigebat in udis fruticosa erecta, tum temporis sterilis, speciem e specimine relato, recognoscere nequimus, eamdem autem et inter plantas offendimus, quas e Philadelphia misit Kinn.

Salix *Humboldtiana* W. unica inter plantas brasilienses Sellowianos reperitur, pluribus temporibus et locis praesertim extra tropicos lecta.

## POPULUS L.

Populus *canescens* Smith W. sp. pl. 2, p. 802. Hanc in plateis urbis sanctae crucis Teneriffae offendimus hospites hospitem.

# GERANIACEAE DC.

## GERANIUM.

GERANIUM *sylvaticum* L. DC. prod. 1, p. 641. Wahlenb. Lapp. p. 184. — Specimina lapponica in herbariis nostris adhuc desiderantur. — Vulgaris arctica species (Wahlenb l. c.) ab affini *G. pratensi* filamentis (DC. l. c.) aptius quam caeteris characterioribus diognoscendam. — Legimus Unalaschcae et ad portum Petro-Pauli Kamtschateae. — Erman in montibus inter Sedanka et Jelowska, prope Tigil et prope Ochozk. — Vix hujus loci specimina Redowskiana manca, floribus minoribus foliis magis laciniatis, apicibus subsericeis.

Continuatis in sequenti fasciculo.

# DE PLANTIS IN EXPEDITIONE ROMANZOFFIANA OBSERVATIS DISSERERE PERGITUR.

## *ARCTICAE, QUAE SUPERSUNT.*

AUCTORE AD. DE CHAMISSO.

### LEGUMINOSAE DC.

### THERMOPSIS RBr., DC.

THERMOPSIS *corgonensis* DC. prod. 2, p. 99. *Sophora alpina* Pall. Ast. p. 121, t. 90. fig. 1. *Podaliria lupinoides* HW. no. 7846. fol. 1 et 2. — Affines optime distinxit species DC. l. c. — Habemus inter plantas Redowskianas.

### TRIFOLIUM Seringe apud DC.

TRIFOLIUM *medium* L., DC. prod. 2. p. 195. *Tr. flexuosum* Jacq. E Kamtschatka a Riedero acceptum retulit Erman.

### PHACA L., DC.

PHACA *frigida* L., DC. prod. 2. p. 273. — E sinu sancti Laurentii terrae Tschuktschorum unicum retulimus specimen, mancum, flore et fructu orbum.

PHACA *australis* L. var. β. *altaica* Fisch. DC. prod. p. 274. — Inter plantas Redowskianas florens deficiente fructu.

PHACA *astragalina* DC. prod. p. 227. *Astragalus alpinus* L. Ernst. Meyer Labr. p. 82. — Parvulum specimen ad sinum Sti. Laurentii legimus.

## OXYTROPIS DC.

OXYTROPIS *nigrescens*, *Astragalus nigrescens* Pall. Ast. p. 65. t. 53. — — Sub nomine hujus speciei aliam misere cel. Fischer et Ledebour, nempe *Ast. subulatum altaicum* Pall. Ast. t. 20. A., jam capitulis multi- (subquinque)-floris diversam. — Genuinum florentem legimus in insula Sti. Laurentii A. D. 1816. —

OXYTROPIS *nigrescens* variet. *pygmaea* n. *Astragalus pygmaeus* Pall. p. 66. t. 54. DC. prod. 2. p. 306. Florentem frutiferumque ad sinum legimus Sancti Laurentii ubi et Merk collegit. — Inflorescentia floresque exacte superioris; legumina abortu alterius floris saepius solitaria. Habitu contractiori densiores offert caespites pulvinatos. Caules qui in *Ast. nigrescente* Pall. stipulis integrisque petiolis et rachidibus foliorum praeteritorum spiraliter retortis atque stramineis rigescunt, hac in varietate contracti mutua pressione denudantur. Fructu dicuntur differre: diffidemus, nec tamen fructum *A. nigrescentis* vidisse fatemur.

OXYTROPIS *triphylla* Pers. DC. prod. 2. p. 278. *Astragalus triphyllus* Pall. Ast. p. 68. t. 56. fig. 8. (icon haud optima) non Pursh. Legumen superioris, inflatum, fusco-hirsutum. — Leginus ad sinum Sancti Laurentii.

OXYTROPIS *campestris* DC. prod. 2. p. 278. Ast. p. 59. — — Ad sinum Sancti Laurentii.

Varietatem speciemve proximam, dentibus calycinis longioribus, bracteis brevioribus calyces non superantibus,

uberiori partium hirsutie, caulibus cum petiolorum et stipularum reliquiis fuscis carboneis nec pallide stramineis diversam offendimus ibidem ad sinum Sancti Laurentii, iterumque in Promontorio Espenbergii Americae transbeeringianae.

## ASTRAGALUS DC.

Astragalus *hypoglottis* L, DC. prod. p. 281. Ast. p. 94. t. 14. — *Ast. arenarius* Pall. Ast. p. 43. t. 34. — Inter plantas Redowskianas habemus.

Astragalus? Species caulescens indeterminanda. In fluminis Tigil insulis glareosis. Erman.

## HEDYSARUM Jaum. DC.

Hedysarum *roseum* Steph. DC. prod. 2. p. 342. *H. ibericum* HW. 13870. — Proxima *H. taurico* species, si revera diversa. — Inter plantas Redowskianas magna speciminum florentium copia, fructu deficiente.

Hedysarum *obscurum* L., DC. prod. 2. p. 343. Icon optima Hall. hist. 1. t. 12. *H. alpinum sibiricum* Stev. Mspt. in HW. 13873 (*H. caucasicum* fol. 1 et 2). — Specimina asiatica ab europaeis haud diversa, minime stipulis bracteisve, vix calycibus caeterisque partibus paululum uberius pubescenti-hirtellis. — Florens legimus ad sinum Sancti Laurentii. Idem in monte Ural Bugaslowsk, sub 60 latitudinis gradu. Erman.

## VICIA Sering. DC. prod.

Vicia *Cracca* L., DC. prod. 2. p. 357. — —. Kamtschatca. Redowsky.

## PISUM Ser, DC. prod.

Pisum *maritimum* L., DC. prod. 2. p. 368, fl. Dan. t. 338. — In littoribus arenosis cis et transbeerengianis

fere ubique. — Specimina e Kamtschatka, ex insula Chamissonis, e Promontorio Espenbergii.

## LATHYRUS L., DC. prod.

Lathyrus *pilosus* n. sp. Proximus *palustri*, gracilior tenuiorque, et omnium partium, praeter corollas glabras et forse legumen deficiens, pilositate diversus. — Pilosus, caule gracili tetragono bialato ad nodos haud flexuoso, foliis 2—4-jugis, foliolis linearibus breviter petiolulatis utrinque obtusiusculis mucronatis obscure nervoso-venoso-reticulatis, rachide dilatata, cirrho filiformi simplici vel tripartito, stipulis semisagittatis integerrimis, racemis axillaribus longitudine foliorum, floribus nutantibus, calyce valde inaequali, dentibus dorsalibus minimis, antico lineari longitudine tubi. — Specimen nondum rite evolutum, primigenis ornatum floribus, deficiente fructu insufficiens, sesquipedale. Foliola rachide longiora, maxima sesquilineam circiter lata. Flores quam *V. Craccae* majores, imperfecte adhuc explicati, violacei; calyx vicioides *Lathyri palustris*. — Species in melioribus recognoscenda. — Ad portum Petro-Pauli Kamtschatcae legimus ipsi.

## LUPINUS L., DC.

Lupinus *nootkatensis* Pursh am. 2. p. 467. DC. prod. p. 408. Sims bot. mag. t. 1311 et 2136. p. 000 (haud optimae). Cham. Bem. u. Ansicht. p. 166 HW. n. 13352 (spec. Unalaschcense a Pallasio acceptum). — Ex Unalaschka retulimus, observavimusque in insula Sancti Georgii.

Lupinus. Species foliis digitatis subtus argenteo-sericeis supra glabris, e speciminibus mancis haud eruenda. A Riedero aeceptam retulit e Kamtschatka Erman.

## CRASSULACEAE DC.

### SEDUM DC.

Sedum *Rhodiola* DC. prod. 3, p. 401. *Rhodiola ro-*

*sea.* L. E Meyer Labr. p. 70. *Sedum elongatum* Ledeb. Alt. 2, p. 193. — Nec *Rhodiola* quae olim in horti berolinensi colebatur *sibirica*, nec nuperrime introductum *Sedum* Ledebourii novum a vulgari *Rhodiola rosea* differre fatemur. Quae de sua planta tradit Ledebour pleraque de speciminibus nostris valent; carpella illis dorso tricostata, rostro recurvo, pedicellis maxime evolutis fructu maturescente longioribus; folia quo ad figuram variabilia subintegerrima et dentata. — Vulgarem arcticam stirpem pluribus offendimus locis. Prosunt specimina e sinu Schischmareffii Americae transbeeringensis (maxime evoluta fructu maturo quinquepollicaria), ex insula Sti. Laurentii annis 1816 et 17 lecta (florentia vix bipollicaria), aliaque schedula amissa. Kamtschatica e montium tractu occidentali (semipedalia), transmisit A. Erman.

Sedum *Stephani* n. sp. *S. dentatum* Stephan in HV. n. 8910 (spec. sibirica Sievers, Pallas, Stephan.) non DC. — — Ad *Sedum Aizoon* L. proxime accedit, statura diversum minori, floribus minoribus, staminibus longioribus erectis exsertis petala angustiora minora superantibus, foliis pseudo oppositis angustioribus sublinearibus pinnatifido-dentatis. — Planifolium, chloranthum, glabrum, caulibus strictis, foliis pseudo-oppositis ternisque verticillatis ex obovato lanceolatis et lineari lanceolatis, basi cuneatis et integerrimis sursum profunde sinuato-dentatis et pinnatifido-dentatis, cyma terminali sessili fastigiata foliis quasi involucrata. — Flores breviter pedicellati; petala linearilanceolata, obtusa; carpella lanceolata, erecta, petalis duplo longiora. Specimina nostra 3 et 4 pollicaria, Herbarii Willdenowiani ad 8 poll. usque elata. Folia his maximis sesquipollicaria, 2 — 4 lineas lata, cyma diametro pollicari vix unquam bipollicari. — Habemus inter plantas Redowskianas.

Sedum *Telephium* L., M. et K. 3. p. 299.

*Sedum Telephium* α L. *S. vulgare* Link. Ledeb. Alt. 2. p. 191. In Kamtschatka legit. Erman.

*Sedum Telephium* β *purpureum* L. *S. purpureum* Link. Ledeb. Alt. 2. p. 190, foliis pseudo-verticillatis ternis basi cuneatis et in petiolum attenuatis. — — E. Kamtschatka a Riedero acceptum retulit Erman.

Sedum *lilacinum* Ledebour! Act. Petrop. 5. p. 515 (conferendum erit *S. cyaneum* Rud. Act. Petrop. 1811. p. 351. t. 2. fig. 2). — — Habemus inter plantas Redowskianas.

## POLEMONIACEAE.

### POLEMONIUM L.

Polemonium *coeruleum* L. in hortis polyonymum semper idem, in alpestribus campestribusque hemisphaerii borealis late dispersum polymorphum. Qui characteres singuli singulis tribuuntur speciebus propositis, nunc clarius elucentes nunc obscurius obvelati revera communes sunt omnibus, nec essentialis differentialis ullus indigitatus est. Omnes formae pilis sunt instructae brevioribus apice succo squatentibus, longioribusque articulatis fundum praesertim calycis opacantibus laciniarum apices versus rarescentibus. Laciniae calycinae omnibus sub anthesi elliptico-lanceolatae, acutae, lateribus arcuatis in apicem conniventibus, sub grossificatione fructus ex ovato-lanceolatae accuminatae. Laciniae limbi corollae acutiores obtusioresve, saepe extus pilosulae, margine ciliolulatae, magis minusve. Genitalia, antherae omnibus eadem; nec quidquam valent quae de staminibus sagittatis antherisve globosis *P. humilis* W. RS., 4. p. 792 fabulantur. Caulis aliis elatior, strictior, glabrior, panicula nunc coarctata, nunc laxa; aliis depressior, oligophyllus, ramis axillaribus instructus, lanuginosus; his foliola breviora latioraque, ovata et elliptica; illis elongata, lineari-lanceolata. Quae autem formae spe-

cies, quae varietates habendae, quibusque characteribus species diagnoscendae sint, disjudicent alii. Formas nos enumeramus quae ex orientalibus arcticis plagis adlatae prostant. Nec deerunt quibus nomina illis dicere placebit.

Polemonium *caeruleum* genuinum auct. florae Rossicae. Pall. Gmel. Ledeb. glabrescens, foliolis ex ovato lanceolatis acutis, caule sesquipedali gracili stricto triphyllo sursum viscidulo-pubescente et sublanuginoso, panicula terminali stricta pauci- et densiflora, calycibus lanuginosis. Corollae desunt (haec specimina manca ad sequentem formam accedentia). — In Monte ignivomo Schiwelutsch Kamtschatcae 1000—1500 ped. supra mare. Erman.

*Idem* paulo minus strictum atque gracile. Specimina sunt summitates caulium pluribus foliis ornatae. Foliola angustiora acutiora. Panicula paulo divitior. Laciniae limbi corollae acutiusculae, pilosulae, ciliolatae. — Tigil Kamtschatcae. Erman.

2. *Polemonium acutiflorum* HW. no. 3769. RS. 4. p. 365. *P. caeruleum* Wahlenb. Lapp. p. 63. Caule adscendente oligophyllo, basi cum foliis glabro, foliolis ex ovato lanceolatis, floribus magnis, calycibus lanatis, corolla pilosula ciliolata laciniis acutiusculis. — Unalaschka. Insula Sancti Georgii. Promontorium Espenbergii. Sinus Eschscholzii. Insula Chamissonis.

3. *Varietas Gmelini* sib. 4. t. 50. *P. caeruleum* WH. n. 3771. fol. 3 et 4. Gmeliniana verba l. c. p. 103. „Caulibus et calycibus lanatis" specimini fol. 4 longioribus pilis uberius vestito conveniunt, parum autem specimini fol. 3 et nostris, quae pilis brevioribus et rarioribus molliter potius et viscidulo-pubescentia dici possunt; caeterum eadem pilorum indoles, nec differentia ulla. Foliola ovata et elliptica, obtusa et acuta, rarius elongata lanceolata evadunt; margine sunt ciliata, paginis glabrescentibus nec omnino glabris. Caules 6- et 10-pollicares, adscendentes et erecti,

solitarii vel plures, di- vel triphylli, uno alterove ramo axillari ornati parem altitudinem attingente. Panicula laxa floribus subaequialtis. Calyx vix superiori caule magis lanatus; laciniae corollinae obtusae, glabrae. Flores quo ad magnitudinem ut *P. caerulei* hortensis, floribus lapponici minores. — Legimus ipsi in Insula Sancti Laurentii Junio 1817. melioraque accepimus specimina Kamtschatica a Redowskio collecta.

4. *Polemonium pulchellum* Bunge Ledeb. Altai. 1 p. 233, quod in horto nostro botanico cultum recognovimus, ubi paululum glabrescens corollis foliolisque sub- 8-jugis quam describuntur majoribus. Minime *P. humile* W. Gracilitate et parvitate partium praesertim a superiori forma differt, quacum optime pube et pilis convenit. Caules nostris speciminibus 6—7 pollicares, filiformes, stricti, laxi, ter circiter folia radicalia superantes. Panicula pauciflora; flores quam in similibus minores; calyx minor paulo profundius esse divisus videtur; laciniae sub anthesi, vix aliter ac in similibus, elliptico-lanceolatae, acutae nec acuminatae, lateribus arcuatis in apicem conniventibus; laciniae corollinae obtusae, glabrae. Foliola elliptica saepius obtusa sesquilineam duasve lineas longa, lineam sesquilineamve lata. — Inter plantas Redowskianas adest.

5. *Polemonium humile* HW. n. 3770. RS. 4. p. 792. Alia melioraque specimina HW. sub *P. caeruleo* 3771. fol. 5. Uberiori pube vel lanugine a superiori forma differt et floribus paulo majoribus. Corollae glabrae laciniis obtusis. Caules ex eodem radicis collo plures adcendentes. Foliola ovata elliptica. — Ad portum Petro-Pauli Kamtschatcae.

6. *Polemonium humile macranthum* a superiori forma differt: caule ex eodem radicis collo semper unico, corollis majoribus extus pilosulis vix ciliatis, uberiori calycum et caulium lanugine. Cum varietate quam icone illustra-

vit Gmelinus alias, *humilem* nempe et hanc videtur contrahere formam depressiorem contractiorem uberiusque lanuginosam. Caulis adscendens vel erectus, tri- et rarius sexpollicaris, crassiusculus, angulatus, striatus, mono- et diphyllus, ramis axillaribus ornatus. Folia radicalia ad summum tripollicaria, sub-9-juga, foliolis ovatis ellipticisve nec oblongis. Flores similium maximi, subcernui. Lanugo calycis laciniarum apices versus depauperata. Laciniae calycinae sub anthesi lanceolatae acutae, sub grossificatione fructus ovatae acuminatae, characteres differentiales ex illis desumti infirmant, sic enim et in aliis formis res sese habet. Laciniae corollinae rotundatae, obtusae, extus inferne pilosulae. — — Ex insula Sancti Pauli retulimus.

## PHLOX L.

Phlox *sibirica* L. — — Inter plantas Redowskianas habemus.

## DIAPENSIA L.

Hic, de loco in systemate naturali haud praejudicans, genus repetimus dubiae affinitatis a nobis hucusque praetermissum. *Primulaceis, Convolvulaceis, Polemoniaceis, Ericaceis, Hydroleaceis* successive adnumeratum est.

Diapensia *lapponica* L., Lapp. t. 1. fig. 1. Wahlenb. Lapp. p. 58. t. 9. flor. Dan t. 47. Bot. mag. t. 1108. Encycl. t. 102. *D. obtusifolia* Salisb. — — Omnino cum scandinavica nostra stirpe convenientem ad sinum et in insula Sancti Laurentii anno 1816 et 1817 legimus. — In Kamtschatka Erman et Redowsky.

## SAXIFRAGEAE R. Br.

## SAXIFRAGA L. Sternberg.

Generossimus illustrissimusque *Revisionis Saxifraga-*

*rum* auctor Casparus Comes de Sternberg nostras determinavit, novasque species in supplemento operis edidit. Sufficiet ergo nomina dicere, locis natalibus additis.

Saxifraga *hieracifolia* W. et K., St. n. 12. p. 9. supp. p. 5. α. *latifolia* sinus Eschscholtzii. Sinus bonae spei. β. *angustifolia*. Sinus et insula Sancti Laurentii. Hic etiam sed dubitanter ducuntur specimina minus evoluta in insula Sti. Laurentii anno 1817 lecta (β. *capitellata* Ser. DC. prod 4. p. 39).

Saxifraga *stellaris* L., St. n. 14. p. 11. Varietas prolifera. Ad sinum Sancti Laurentii.

Saxifraga *nivalis* L. St. n. 16. p. 12. suppl. p. 6. α. Wahlenberg. Unalaschka.

Saxifraga *davurica* W. St. n. 17. p. 13. *S. punctata* Pall. it. 3 app. 91. t. P. f. 2. Unalaschka, sinus Sti. Laurentii. Variet. β. *latifolia* St. suppl. p. 5. t. 5. Inter plantas Redowskianas (haec vera *davurica* addidit Fisch.), DC. p. 38.

Saxifraga *punctata* L. St. no. 26. p. 18. supp. p. 7. Gmel. sib. 4. t. 65. fig. 1. — Kamtschatka ad portum Petro-Pauli. Unalaschka. Insula Chamissonis. Sinus et insula Sti. Laurentii.

Saxifraga *gracilis*. Stephan. St. supp. p. 7. t. 5. Juniori statu. Kamtschatca. (Specimina nostra pro *S. punctata* habemus. Conf. Seringe apud DC. prod. *S. hirsuta* L. variet. *punctata*).

Saxifraga *cernua* L. St. p. 27. p. 18. Insula Sancti Laurentii 1816.

Saxifraga *orientalis* herb. Stephaniani, ob flores majores potius *S. Cymbalaria*, exemplaria ex insula Cypro s. Creta a Siebero allata ad derimandam veram exspecto. Sternb. in Schedula. — Inter plantas Redowskianas. E Rossia occidentali monente Fischero.

Saxifraga *reticulata* W. St. n. 32. p. 21. t. 13. Inter plantas Redowskianas.

Saxifraga *Cymbalaria* Tournef. vel nova species. Insula Sti. Laurentii.

Saxifraga *Cymbalaria* β. Insula Chamissonis, sinus bonae spei, sinus Sti. Laurentii.

Saxifraga. — Inter *S. Sibiricam*, *Bergiusii* et *Lepechini* ambigit, flores desiderantur, vix rite definienda. Chamissonis insula (a superiori pariter ex Insula Chamissonis proveniente distinguere nequimus. Specimina vero majora).

Saxifraga *sibirica* Stephan. St. n. 36. p. 23 et 57. t. 25. fig. 2. Inter plantas Redowskianas.

Saxifraga *Hirculus*. L., St. n. 38. p. 24. Insula Sti. Laurentii sinusque bonae spei.

Saxifraga *flagellaris* W., St. n. 39. p. 25 et 59. t. 6. Sinus Sti. Laurentii. (DC. prod p. 45. RBr. Melvilles. p. 274. Ed. Nees ab E. 1. p. 386.)

Saxifraga *planifolia*. Variat foliis coriaceis glabris, flore aurantiaco. Unalaschka. Sinus Sti. Laurentii. (Non possumus a gravissimo auctore non dissentire. Est *S. serpyllifolia* Pursh 1. p. 311. DC. prod. p. 25. teste etiam Fischero 1822, qui specimina originalia in ipsius Purshii herbario vidisse dixit. Est *S. Fischeri* Ser.! DC. prod. p. 22. — Speciem a *S. planifolia* valde diversam nomine salutavimus olim *S. Eschscholtzii* quam, si cum amicis communicavimus specimina, ne cum *S. Eschscholtzii* St. confundant, animadvertendum erit. Plantula elegans, diapensioides, cespitibus prorepentibus humistratis floribusque aureis et aurantiacis micantibus editiora siccioraque loca passim vestiens.)

Saxifraga *bronchialis* L., St. n. 17. p. 31. t. 10. f. a. Inter plantas Redowskianas. Nos in Unalaschka?

Saxifraga nova species. Kamtschatka Unalaschka. Sinus Sancti Laurentii. (*S. pseudo-burseriana* Fisch.!

1822. — E descriptione et icone *S. nitida* St. no. 49. p. 32. t. 106. f. 4., sed non agnovit celeberrimus speciei auctor. — An eadem, quam sterilem e monte Schiwelutsch Kamtschatcae retulit cel. Erman. Cespites laxiores, foliis minus arcte imbricatis).

Saxifraga *retusa* Gouan. St. n. 56. p. 37. Unalaschka. Sinus Sancti Laurentii. (Erit nostra planta *S. oppositifolia α imbricata* Ser. DC. prod. 4. p. 18.)

Saxifraga *pubescens* Poir. St. n. 78. p. 53. — Unalaschka. Sinus Sancti Laurentii.

Saxifraga *Merkii* Fisch. St. suppl. n. 2. p. 1. t. 1. In monte Schiwelutsch-Kamtschatcae ad nives. A. Erman. et inter plantas Redowskianas. (DC. prod. 3. p. 24.)

Saxifraga *amplexifolia* St. suppl. n. 3. p. 2. t. 2. Unalaschka. (*Leptarrena amplexifolia* RBr. DC. prod. 4. p. 48. *Saxifraga unalaschcensis, parviflora, micrantha* nec non *coriacea* Fisch. in litt.!)

Saxifraga *pauciflora* St. supp. no. 6. p. 6. t. 4. Ad portum Petro-Pauli Kamtschatcae. (DC. p. 42.)

Saxifraga *exilis* Stephan. varietas insignis. St. suppl. n. 8. p. 8. t. 3. Ad sinus Sti. Laurentii Asiae, Schischmareffii et Eschscholtzii Americae. (Seringe apud DC. prod. p. 35. vidit nostram plantam.)

Saxifraga *neglecta* Bray. St. suppl. n. 10. p. 9. t. 6. — Legimus ipsi ad sinum Sancti Laurentii. (DC. p. 43.)

Saxifraga *Eschscholtzii* St. suppl. n. 12. p. 9. (DC. prod. p. 18.) t. 10. — Ad. sinum Sancti Laurentii.

Saxifraga *Chamissonis* St. suppl. n. 14. p. 12. (DC. prod. p. 47.) t. 10. — E sinu Eschscholtzii, nec ex Unalaschka retulimus (confer sequentem).

Saxifraga *Laurentiana* Ser. DC. prod. 4. p. 35. *S. Chamissonis* St. in herbario nostro (nec in Revisione), quo sub nomine cum amicis olim communicavi. Nova species nec *S. rivularis* idem St. 1827. Caulibus subsemipedali-

bus laxis, Unalaschka; bipollicaris in insulis Sanctorum Georgii, Pauli et Laurentii; pygmaea ad sinum bonae spei Americae. (Foliis radicalibus, petiolis basi dilatatis subvaginantibus, habitu pluribusque valde similis est *S. rivulari*).

Saxifraga *sileneflora* n. sp. St. in Schedula — Unalaschka. Sinus Eschscholtzii et insula Chamissonis. (Nonne haec, quam sub *S. hypnoide γ. condensata* enumerat Ser. apud DC. prod. p. 31? Sed non convenit *S. flavescens*. St. ex toto pilis brevibus capitato-glandulosis adspersa et viscidula. Folia palmatim 3 — 5-fida, laciniis nonnunquam pinnatifidis. Caules erecti, firmi, spithamaei, bi- et triflori, foliis 3 — 4 trifidis simplicibusque ornati. Flores fructusque erecti, sat magni. Semina lanceolato-ovoidea, laevia (minime punctato-rugosa); sulci vel plicae longitudinales an exsiccatione immaturorum contracta?)

## CHRYSOSPLENIUM Tourn. L.

Chrysosplenium *alternifolium* L. — *Ch. rotundifolium* Schldl. pat. in reliq. Pallas. ad HW. (ad scaturigines Casan.) — — Tri- et quadripollicare ad sinum Sancti Laurentii et ad sinum Eschscholtzii, pollicare et bipollicare in insula Sancti Laurentii 1816 et ad sinum bonae spei. Semper macilescens glabrescensque; petiolis tantum pilosis; foliis parvis, inflorescentia contracta, bracteis parvis fructus vix superantibus.

Chrysosplenium *oppositifolium* L. (non Walt.) — *Ch. repens* Link! Lusit. — *Ch. camtschaticum* Schldl. pat. l. c. — Vix dubitantes hic revocamus etiam *Ch. camtschaticum* Fisch. *nepalense* Don et *dubium* Gay DC. prod. 4. p. 48. — Legimus in vicinia portus Petro-Pauli, ut superius glabrescens. Specimina maxime evoluta quadripollicaria, ramis brachiatis elongatis ex inferiorum foliorum axillis erumpentibus instructa.

Chrysosplenium *nudicaule* n. sp. Pallas in reliq. Pall. ad HW. „In alpibus corgonensibus praesertim ad flumen Chair cumin." Specimen unicum at sufficiens. Radix valida, descendens, squamis vestita obscure stramineis anguste elongato-triangularibus erectis adpressis, inter quas fibrae crebrae, crassiusculae, brunneae erumpunt; squamae 4 — 5 lineas longae hybernaculum sistunt, e quo folia radicalia duo et caulis nudus, strictus, tripollicaris eferuntur. Plantula ex toto glabra. Folia cordato-reniformia *Ch. alternifolii*, at multo profundius crenato incisa, exterius magis est evolutum, interius minus breviusque petiolatum. Cyma contracta, subcapitata, foliis cuneatis grosse profunde crenatis late involucrata. Flores octandri, lobis calycinis late depresso-arcuatis, germine depresso-obcordato stylis divaricatis bicorni.

Chrysosplenium *macrocarpum* n. *Ch. orientale, Gei facie, magno fructu* Tourn. corol. p. 8. Ex herbario Gundelsheimeriano, ubi in Schedula pro *orientale, galaticum* legitur, in herbarium regium generale transiit. — — Glabrum, oppositifolium. Caulis basi procumbens et radicans, e nodis ramos edens alternos erectos foliosos, apice erecto inflorescentiam extollente aphyllus. Folia ovata et subrotunda, obtuse cuneata et in petiolum lamina breviorem abeuntia, basi integerrima, ambitu crenata. Cyma foliis minoribus involucrata, quasi radiata. Flores nempe inaequales, partibus in cyma exterioribus majoribus. Limbus calycis quadrilobus, lobis ellipticis obtusis. Capsula tenuiter membranacea, in genere maxima, bicornis, fundo calycis tubo adnata, eo plus duplo longior, exserta parte majori quam inclusa, cornibus folia involucralia superantibus. Semina minuta fundo capsulae affixa, ovoideo-globosa utrinque apiculata, laevia, nitentia, pilis glandulosis ornata in seriebus dispositis ab umbilico ad verticem decurrentibus.

### MITELLA Tourn. L.

Mitella *nuda* L. — HW. no. 8475. (spec. Pallas.) Gmel. Sib. 4. p. 175. t. 68. f. 2. DC. prod. 4. p. 49. — — Flores decandri, staminibus petalis alternis et oppositis, calyxque generis. Minime ad *Drummondiam mitelloidem* ducenda. — Inter plantas Redowskianas.

### TELLIMA RBr.

Tellima *grandiflora* RBr. *Mitella grandiflora* Pursh, inter reliquias Pallasianas HW. ex insulis Americam versus jacentibus adest, nomine *M. acerifoliae* a Schldl. pat. olim signata.

## PORTULACEAE Juss. DC.

### CLAYTONIA L.

Claytonia *alsinoides* Sims bot. mag. n. 1309, Pursh 1, p. 175; DC. prod. 3, p. 360. (Patria: Nootka-sound S., ripae fluminis Columbiae P.) — *Cl. unalaschcensis* Fisch., R. S. 5. p. 434. DC. p. 361. — *Cl. bifida* HW. n. 4983. (Pallas Unalaschka). — *Cl. sibirica* hortulanorum. — Vulgaris hortorum hospes, vix cura hominum indigens. Folia prodeunt ex eadem radice venosa et nervosa. An revera specie diversa a *Cl. sibirica* Sims bot. mag. no. 2243? Quam ipse Linnaeus habuerit *Cl. sibiricam* nescimus. — — Unalaschka prope coloniam copiose in montes haud ascendens.

Claytonia *arctica* Adams? mosq. 5. p. 94. — *Cl. Chamissonis* DC. prod 3. p. 361 excl. syn. — Varietas maxima? *Cl. sibirica* HW. n. 4982, excl. specimine folii secundi ultimo (schedulae Pallasianae: „*Cl. sibirica* — frequentissima planta in alpibus Corgonensibus") quacum convenire videtur *Cl. acutifolia* Ledeb. alt. 1. p. 253. excl. synonymis. — Varietas vegetior crassiorque, floribus

majoribus, in insula Sancti Georgii Junio 1817. — Varietas gracilescens floribus minoribus, in insula Santi Laurentii annis 1816 et 1817. — Varietas maxima? radice fusiformi crassa ad collum petiolis foliorum emortuorum vestita, foliis radicalibus quinque pollices longis, caulibus 7-pollicaribus HW. — Superiori speciei affinis, statura minori, floribus majoribus petalisque integris diversa. Specimina describemus insulae Sti. Georgii. Radix simplex descendens, crassitie fili emptorii, collo superficiem soli attingente, vix vestigiis foliorum emortuorum vestito. Folia radicalia subspathulata, forma decursuque venarum immersarum variabilia, similiaque foliis *Cl. alsinoidis*, quae nunc venosa, nunc nervosa diceres; maxime evoluta cum petiolo tripollicaria; in aliis speciminibus sesquipollicaria minoraque. Caules solitarii aut numerosi (ex eadem radice 1—8), adscendentes, crassiusculi, sesquipollicares tripollicaresque, diphylli; foliis oppositis ovatis (l. suborbicularibus) acutis sessilibus minime connatis. Racemus ebracteatus, subquadriflorus, fere inter folia incipiens. Pedicelli maxime evoluti pollicares. Sepala suborbicularia, obtusissima, duas circiter lineas longa. Corolla maxima; petalis integris semipollice longioribus. Genitalia inclusa, calycem paulo superantia. — Specimina insula Sti. Laurentii admodum gracilescunt. Caules filiformes ad quatuor usque pollices elongantur, racemo longius pedunculato. Folia angustantur, lamina in lanceolatam formam vergente. Calyces atque corollae minuuntur; petalis vix quinque lineas longis.

Claytonia *acutifolia* HW. no. 4980 (specimina Siberiae orientalis a D. Merk 1789 lecta fors ad sinum Sancti Laurentii ubi et nos legimus nostra.) RS. 5, p. 436, DC. prod. 3, p. 361. (non autem Ledeb. alt.). — *Cl. virginica* HW. no. 4978 (specimina Pallasiana). — — Radice fusiformi crassa defossa, foliis lineari- vel elliptico-lanceolatis

tis acutis crassis caulibusque crassiusculis adscendentibus diphyllis fasciculatis, fasciculo petiolis aphyllis tenuiter membranaceis latis longe vaginato, racemo bracteato, petiolis (sub anthesi) bracteam duplo superantibus longitudine floris, sepalis suborbicularibus amplectentibus obtusis acutisque vel ovatis acuminatis acutis, petalis calycem longe superantibus integris vel leviter emarginatis. — — Stirps more *Ranunculi pyrenaei* quam maxime quo ad folia varians, nunc anguste lincaria nunc in laminam ellipticam dilatata. Specimina angustifolia sepalis angustioribus longius in acumen protractis sunt donata, varietas e sententia nostra maritima nec diversa species. — Glabra, laevis, carnosula. Radix crassitie pennae cygneae, digiti, imo pollicis; nunc nudiuscula nunc fibris crassis instructa. Vaginae griscae albicantesve nitidae, pollicares, bipollicares longioresque. Folia nunc petiolis nunc laminae tantum parte ex illis emergentia, crassa, more congenerum immerse nervosa; lamina sesqui-vel bipollicari variae latitudinis. Caules circiter quatuor, duos pollices latos longi elatioresque, maximi (HW. no. 4978) semipedales. Folia caulina opposita, sessilia, semiamplexicaulia nec connata, a latiori basi attenuata, acuta, radicalibus similia at minora. Racemus minoribus nostris speciminibus 2—5-florus, maximo supra laudato septemflorus. Bractea quemque suffulciens petiolum, eo sub anthesi brevior, membranacea, ovato-acuminata, acuta. Flos magnus, petalis circiter semipollicaribus, pedicello sub anthesi longitudine circiter floris, paululum demum elongato. — — Ad sinum Sancti Laurentii, angustifolia maritima.

Claytonia *Eschscholtzii* n. Superiori affinis, illique radice et hybernaculo similis; diversa foliis gramineis teneris obtusis, caulibus gracilibus, pedicellis flore ter longioribus, sepalis minus amplectentibus paulo minoribus. Omni facie *Cl. virginicae* simillima, diversa radice, et ra-

cemo bracteato. — — Radix fusiformis defossa, foliis gramineis teneris obtusis, caulibusque adscendentibus gracilibus diphyllis fasciculatis, fasciculo petiolis aphyllis brevius vaginato, racemo bracteato, bracteis parvis, petiolis triplici floris longitudine, sepalis ovatis obtusis parvis, petalis obovatis leviter emarginatis quam sepala ter longioribus. — — Hybernaculum quam superioris speciei brevius, pallidum, nitens. Folia 2—3 pollicaria, lineari-lanceolata, sesquilineas circiter lata. Caules 1—4, tertia circiter parte folia superantes. Folia caulina radicalibus similia, semiamplexicaulia, ad summum semipollicaria. Racemus subquadriflorus, laxus, bracteis angustis acuminatis acutis parvis. Pedicelli sub anthesi pollicares. Sepala circiter sesquilinearia; petala 5 lineas longa. — — Inter plantas Redowskianas.

Claytonia *Chamissonis* Esch. in litteris! Ledeb. Spreng. Syst. 1. p. 790 (nec DC. prod.). — — Radice fibrosa, surculis apice bulbiferis, caule filiformi decumbente ramoso folioso, foliis oppositis obovato-lanceolatis, racemo pauciflоro axillari, petalis integris. — — Herba glabra, habitu fere *Stellariae*, debilis, decumbens, in graminosis herbosis humidis sub umbra degens vegetiorum plantarum. Radix fibrosa parva. Surculi sunt rami inferiores, deficiente luce gracilescentes, elongati, coloris viridis expertes, setacei, squamulis ad nodos instructi membranaceis adpressis vix conspicuis. Bulbillus eorum apicalis, diametro ad summum sesquilineari, gemma est e squamis oppositis crassioribus lutescentibus constans. Caulis semipedalis pedalisque, internodiis bipollicaribus, ramis alternis elongatis, subdichotomus rarius simplex. Folia internodiis breviora, pollicaria, obovato-lanceolata, basi attenuata, nunc acutiuscula, nunc obtusa, cuneata subspathulataque, membranacea, immerse venosa, venis valde obliquis. Caulis apicem versus profert racemum axillarem, longe pedunculatum,

subquinqueflorum; alabastris more generis nutantibus, floribus longe pedicellatis erectis; pedunculus communis internodio longior pedicellique semipollicares et pollicares anthesi progrediente magis magisque elongantur. Terminalem legitime diceres infimum racemi florem, cujus pedicello opposita bracteola squamiformis racemum in sua axilla fovet tardius evolvendum ebracteatum. Flores semel observati sunt primigeni gemini, racemo alari. Flores parvi albidi. Calyx parvus. Sepala suborbiculata, acuminulata, acuta. Petala integra, obovata, apice rotundata, calyce ter quaterque longiora, duas circiter lineas longa. Genitalia generis corolla paulo (tertia circiter parte) breviora. Antherae luteae. Germen triovulatum, deest fructus. — — Unalaschka, circa coloniam in montes haud adscendens.

*Adnot.* Tubera vix Avellanae magnitudine, esculenta, gratae saporis, venum ibant apud Tschuktschos sinus Sti. Laurentii. Pro tuberibus habuimus *Claytoniae* cujusvis, quam demum raram detexisse et collegisse, amisso verum tamen tubere profunde defosso, gaudebamus. Nunc desideratibus desunt specimina.

*Claytonia nemorosa* HW. n. 4980 (Humboldt Javita in umbrosis) cui capsula est bivalvis calyce suffulta pentasepalo parvo, non est hujus loci. — An *gentianea?*

## CALANDRINIA HBK., DC. prod. 3. p. 358.

Calandrinia *arenaria* n. sp. floribus pentapetalis 15-andris, herbacea, rosaceo-humistrata, foliis rhombeis longe petiolatis, caulibus subsimplicibus inferne sparsim, medio dense foliosis, superne denudatis, racemo terminali multidensifloro, bracteis membranaceis. — — Herba arenicola, carnosula, glabra. Folia caulesque e validae simplicisque radicis collo numerosa, rosaceo-pandentia, humistrata. Folia radicalia cum petiolo circiter sesquipollicaria, lamina

in petiolum ter ipsa longiorem longe attenuata; nunc angustata, rhombeo-lanceolata; nunc dilatata, latitudine longitudinem excedente; saepius acuminata, acuta. Folia caulina radicalibus similia at minora. Caules digitales subspithamaeique, inferne crassiores, simplices, foliis minoribus raris sparsis instructi; medio vel infra medium rosula foliorum ornati novam sistente stirpem, e qua rosula gracilior nudiuscula prodit caulis pars vel rami gemini, (pedunculi solitarii vel gemini, qui foliis approximatis duobus squamisque bracteiformibus paucis saepe nec semper sunt instructi). Racemus 6—12-florus. Pedicelli quatuor circiter lineas longi, patentes, bractea suffulti tenuiter membranacea, semiamplexicauli, ovata, acuta. Flos pulcher, coccineus kermesinusve, fulgens. Calyx disepalus, persistens, sepalis membranaceis reticulato-nervosis late-ovatis acutis amplectentibus carinatis tres circiter lineas longis. Petala hypogyna, tenerrima, obovata, integra, calycem superantia. Stamina petalis breviora, longitudine calycis; filamenta filiformia; antherae anguste ellipticae, versatiles, biloculares, loculis appositis, ab invicem solutu faciliores, rima faciali dehiscentes. Pistillum staminibus longior, stylo superne crassiori, trisulcato, quasi trifido, stigmate terminali subcapitato. Capsula membranacea, laevis, calycem implens, obtuse trigono-ovoidea, trivalvis, unilocularis, polysperma; placenta centralis triquetra, angulis seminiferis suturis capsulae oppositis. Semina sublenticularia, atrofusca, nitida, laevia, funiculo umbilicali filiformi placentae affixa, structura familiarium. — — In arenosis maritimis ad ostium fluminis Biobio regni Chilensis.

## MONTIA Mich.

Montia *lamprosperma* n. Hic pertinent e montibus ignivomis Antisana et Rucu-Pichincha regni Quitensis in altitudine 1700 hexapodum *Montia fontana* HBK. ed. mi-

nor 6. p. 79. synops. 3. p. 378. „*a M. fontana* nullo modo distinguenda" K., quae exstat: HW. n. 2377. „*M. pentandra*, pentapetala, pentandra, monogyna. Floribus geminis axillaribus pedunculatis, flores rarissime tres in eadem axilla. Habitat ut supra" W. — Islandica *M. rivularis* a D. Thienemann communicata. — — Quae specimina e Lapponia Fennica Pastor Fellmann dedit, ob semina immatura dubia, hujus esse loci videntur. — — Persimilem esse *Montiae fontanae* L.? Gaertn. 2. p. 220. t. 129. fig. 2. Schrad. Germ. 1. p. 414; Schlecht. berol. 196. M. et K. 1, p. 402. jam e verbis gravissimi auctoris supra laudatis Kunthii intelligis; nil est quod addamus, at momentoso differunt charactere, collatione seminum facillime tutissimeque distinguendae. Verbis vero difficilius est dicenda diagnosis. Icones addere seminum, ut sese sub microscopio composito praebent, haud pigebit.

*M. fontana* semine minori nigro opaco densissime crassiuscule tuberculato quasi echinato t. VII fig. 1. Utriusque varietatis *M. minoris* et *rivularis* Gmel. Bad. semen prorsus idem. Hujus loci est *M. rivularis* Poeppig pl. Chil. exs. no. 41.

*M. lamprosperma*, semine majori atro-castaneo nitente splendente, leviter tenuiter areolato, t. VII fig. 2. Legimus in insula Unalaschka Aleutorum et ad sinum Eschscholtzii. — Videtur esse arctica et alpina cum *M. fontana* in temperatis seu calidioribus degat.

## PORTULACA Tournef. DC.

Portulaca *villosa* n. Similis *P. pilosae* L. Gaertn. 2. p. 212. t. 128. f. 4., quacum facile crediderimus confundi. Erecta, omnibus partibus major, foliis subulatis (nec lanceolatis) longioribus. Diversa insuper semine, ut a *Montia fontana* differt *M. lamprosperma* n. — Semen *P. pilosae* admodum simile est semini *Montiae fontanae*; pariter at grossius tuberculatum, diametro differt bis terque majori.

Semen *P. villosae*, semine *P. pilosae* vix paululum majus, laeve est atque nitens, sub microscopio composito lineis daedaleis impressis leviter eleganter exsculptum. — — Ex insula retulimus O-Wahu Sandwicensium.

Portulaca altera erecta, fruticosa, foliis cuneato-obovatis subemarginatis planis pollicaribus, axillis nudis, floribus flavis, in eadem insula *αὐτόχθων*. — Specimina haud sufficiunt.

Portulaca *oleracea* L. ab indefesso Marini introducta, mox eferata, nunc inquilina ibidem. — Prostat etiam specimen chilense, minimum, vix sufficiens, semine tamen conveniente hic relatum.

Portulaca minori similis varietati sylvestri *P. oleraceae*, at ni fallimur ad genicula pilosa, in insula corolligena *Romanzoffii* observata est. Specimina non sunt collecta.

---

## PLUMBAGINEAE Juss.

### ARMERIA Willd.

Armeria *vulgaris* Willd. Mertens et Koch 2. p. 489. E. Meyer Labrad. p. 37. *Statice Armeria* L. Richardson in Franklin narrat. 4. p. 735. RB. ex ed. Nees ab Es. 1. p. 479. Forma *arctica* nob.

*Maritima* maxime pubescens hortorum a *vulgari elongata* praeter characteres ab auctoribus divulgatos differt: foliis maxime evolutis ab angustiori basi antrorsum paululum dilatatis et quasi in laminam expansis, nec ut in illa stricte linearibus, caudice insuper vel collo radicis supra terram pluries diviso, habitu fruticuloso caespitoso. Cum *maritima* hortensi ad amussim convenit quam in scopulis maritimis prope Plymouth legimus anno 1815. Simillimam vidimus in Labradoria ad Nain lectam, sed habitu diversam minus caespitoso, radice saepius ad collum

indivisa solitarem edens scapum. Quam autem in Pomeraniae littore Rugiam spectante legimus (*A. pubescens* Link Verhand. d. ber. nat. 1. p. 181). habitu, statura, foliis linearibus caeterisque cum *vulgari elongata* convenit, scapo pubescente et uberiori foliorum pube solummodo diversa. *Arctica* nostra foliorum figura cum hortensi *maritima* convenit. Folia illi basi puberula et ciliolulata, antrorsum glabrescentia, scapique glabri magis minusve asperi omnino *vulgaris elongatae*. Foliola involucri omnia capitulo breviora, hyalino-marginata, margine nervum dorsalem superante, subrotunda, obtusissima; exteriora interioribus breviora, minora, minusque marginata, rarissime (quod saepius in *maritima* observatur) ovata acuta, nunquam vero, multis specieminibus collatis, phylloidea elongata. Statione hiemali paululum deprimitur; scapi tripollicares et semipedales capitulis ornantur magnitudine capitulorum majorum *elongatae*. — Unalaschka. Sinus Sti. Laurentii. Sinus Schischmareffii. Promontorium Espenbergii.

*A. scabra* HW. no. 6161 (Pallas ex Asia borcali) Link. Verhand. d. ber. nat. 1. p. 182., R. S. 6. p. 776., Spr. syst. 1. p. 961 vulgatissima *Ar. vulgaris* forma *elongata*, nec specimina a berolinensibus diagnoscere potuissemus. — — De scientia benemeritus, qui tandem totum revidens genus, specierumque numerum irrite synonymis auctum resecans, quas species suut naturales paucas characteribus e fructu forsitan mutuandis nos tute diagnoscere docebit. — Chilensem *Armeriae* e vulgariori grege speciem vide apud Poeppig pl. Chil. exsic. no. 904. — *Ar. macloviana*: *Statice caespitosa* Poir. Durv! simillima *A. alpinae* nostrae, glabra, foliolis involucri obtusissimis, differre videtur: foliis magis gramineis linearibus angustioribus, vagina longiori, calycibus eroso-denticulatis, nec 5-aristatis.

## GROSSULARIEAE.

### RIBES L.

Ribes *fragrans* Pall. DC. prod. 3. p. 480. *R. pneobalsamum* Sievers HW. no. 4858. — — Inter plantas Redowskianas.

Ribes *procumbens* Pall.! ross. 2. p. 35. t. 65. Herb. Willd. no. 4856. — — Inter plantas Redowskianas.

Ribes *rubrum* L. — — In fluminum convallibus a montium jugo versus occasum Kamtschatcae. Ad. Erman. — Specimen mancum identitatem speciei vix evincens.

Ribes *nigrum* L. — — Inter plantas Redowskianas.

Ribes *tubulosum* Eschsch.! act. petrop. Vol. 10, Linnaea 3. litter. p. 146. — San Francisco novae Californiae.

## LENTIBULARIAE Link.

### PINGUICULA L.

Pinguicula *villosa* L. lapp. p. 12. t. 12. fig. 2., RS. 1. p. 190. — HW. no., 424. Reich. Icon. bot. 1. p. 69. t. 82. f. 172—3. — — Prorsus eadem ac lapponica in insula Chamissonis vigebat.

Pinguicula *macrocaras* HW. n. 422 (Unalaschka Pall.). Link Jahrb. 1. 3. p. 54. R. S. mant. p. 168 (non Ledeb. apud Reich., quae sequens est longe diversa species). — *P. kamtschatica* HW. n. 426. RS. mant. p. 168. e fructu vix diversa. — Unalaschka.

Pinguicula *microceras* n. *P. macroceras* Ledeb. Reich. Icon. bot. 1. p. 68. t. 82. f. 169—70. (exclusis synonymis) RS. ad. ad mant. Cl. 2. p. 241. — Altera est species unalaschcensis alpina, nana, jam cornu brevi, laciniis corollae multo breviore, ut in icone bene adumbratum, a *P. macrocerate* diversa, minus glabrescit, pilis bre-

vibus glandulosis adspersa, nec illi omnino deficientibus. Colore floris, foliis habituque cum *P. vulgari* et *macrocerate* convenit. Non est quod phrasi et iconi Reichenbachianis addamus.

## CHENOPODEAE Juss.

### ATRIPLEX L.

Atriplex *angustifolia* Smith, M. et K. 2. p. 314. HW. no. 18930. — *A. patula* Wahlenberg et plur. Varietas *obtusa* n. nana, caule subsimplici erecto, foliis integerrimis ellipticis obtusis. — Insignis certe si mera varietas. Specimina digitalia tribus circiter foliorum paribus instructa, paris intimi saepiusque medii opposita, supremi alterna. Inferiora elliptica obtusa semipollicaria duas circiter lineas lata. Valvae fructiferae integerrimae muticae obtusioresque quam in specie esse solent. — Ad sinum Eschscholtzii in maritimis.

## POLYGALEAE Juss.

### POLYGALA.

Polygala *comosa* Schkuhr 2. p. 324. t. 194. Reich. icon. plant. rar. 1. p. 27 et 91. t. 26. fig. 54 et 56. — HW. sub *P. vulgari* n. 12945. fol. 7 (specimina schedulaque Pallasiana: „usque ad Lenam"). — Species sibirica vulgarior. Ad flumen Don inque montibus altaicis lectam communicavit celeberrimus Fischer Gorenkensis, iterum magnam speciminum copiam celeberrimus Eversman largitus est. Vegetiora elatioraque nostris subpedalia specimina asiatica esse solent caeterum haud diversa. — Inter plantas Redowskianas prostat.

Polygala, Poeppig plant. Chil. exsic. A. 23. — Specimen nostrum nimis mancum. Legimus Talcaguano. Chile 1816.

## SOULAMEA Lam.

Soulamea *amara* Lam. DC. prod. 1. p. 335. — Vulgaris in insulis coralligenis Radack arbuscula.

---

# Ad *LABIATAS.*

AUCTORE CELL. G. BENTHAM.

Linnaea 6. p. 76. s. s. adnotationes proferimus paucas.

Dracocephalum *grandiflorum* L. errore quodam inter nostras Unalaschcenses enumeratur plantas; ab insulis exul, inter plantas habemus vel Kamtschaticas vel Sibiriae maxime orientalis a Redowskio collectas.

Phyllostegia *microphylla* n. sp. Benth. mspt. in herb. Cham. Silentio praeterita est; Patria illi insula coralligena Romanzoffii.

Hyptis *Chamissonis* n. sp. Benth. mspt. in herb. Cham. Silentio praeterita. Brasilia patria.

Labiatas Kamtschaticas quatuor a Riedero acceptas retulit amicissimus Erman. Nempe:

Scutellaria *galericulata* L.

Mentha *arvensis* L. cum speciminibus conveniens, quae apud nos in sylvaticis umbrosis enata, foliis majoribus, cymis depauperatis laxis, gracilescentia glabrescunt.

Prunella e specimine manco haud tute determinanda; an *grandiflora* Pollich, solito hirsutior, ramosa, foliis caulinis ovatis cordatis breviter petiolatis? Corollae magnae *grandiflorae*, folia potius *vulgaris*.

Stachys *Riederi* n. sp. Unicum quod prostat specimen describimus, species, quae nobis herbariis compendiisque pervolutis nova videbatur, in pluribus melioribusque erit recognoscenda. — Habitus gracilescens plantae in sylvis opacis et humidis crescentis. Caulis $2\frac{1}{4}$ pedes altus, sim-

plicissimus, fistulosus, ad angulos pilis subulatis retrorsis albis munitus; internodiis inferioribus 2—2½ pollicaribus, medii caulis 4—5 pollicaribus, summis inflorescentiae decrescentibus; unico ornatus pseudo-verticillo sexfloro, superiori nodo unifloro, sumis foliorum paribus duobus approximatis sterilibus. Folia membranacea, internodiis breviora; inferiora breviter distincte petiolata, angusta, ex ovata basi oblonga, jam emarcida; superiora latiora simul et breviora evadunt, brevius petiolata, ex ovata basi lanceolata; floralia ovata, subcordata, cum petiolari parte 1¾ pollices longa, ¾ poll. lata; summa decrescentia; omnia acuta, margine scabro obsolete depresso-serrata, serraturis obtusis; basi petioloque pilis similibus caulinis ciliata; supera pagina omnino glabra, subtus in nervo tenui et venis obliquis similium pilorum rudimentis vix conspicue instructa. Flores semipollicares, sessiles. Calyces pilis descriptis horridi; dentes auguste elongato-triangulares, nervo medio crasso excurrente subspinescentes. Corolla rubra? calyce ter longior, bis eum superans; labium superius integrum, pilosum. — — *Stachydi boraginoidi* nob. Linn. 5. p. 100 quodam modo similis at minus horrida, hirsuta et aspera, a qua foliorum figura differt caeterisque.

---

## *RANUNCULACEAE.*)

### CLEMATIS DC. l. c.

Clematis *alpina* Mill., *Clem. alpina, sibirica* atque *ochotensis* DC. l. c. p. 10. *Clematis macropetala* Ledeb. Ic. t. 11.

In Kamtschatca ad portum Petropauli primo vere le-

---

*) Auctore D. de Schlechtendal.

git amicissimus de Chamisso (*Cl. ochotensem*), in sylvis humilibus orae occidentalis cl. Erman, in Sibirica maxime orientali Redowski (*Cl. sibiricam*).

Disjungere nequimus priores supra citatas species ab auctoribus coloris gratia distinctas, nullo stabili charactere adjuvante. Pedunculi in Sibiria Europaque folio longiores et breviores reperiuntur, quod ex foliorum diversa evolutione pendere videtur. Petala apice emarginata in europaea non minus occurrunt quam in asiatica, ipsaque in utraque terra angustiora et latiora animadvertis, preeterea longitudine variabilia et numero, in stamina facilius mutantur staminaque in petala. *Cl. macropetala* est forma luxurians petalis elongatis. Specimina kamtschatica Chamissonis flores violaceo tinctos colore offerunt, hinc *Clematidi ochotensi* adjudicanda, quum et petala exiguo adsint numero. Pallasii plantam, quam in Supplemento Hb. W. possidemus, est forma aberrans sepalis sex, uti ab ipso in Flora sibirica 2, p. 69 descripta est; speciem propriam autem non esse convicti sumus, lusoriis distinguitur notis ab Alpium nostrarum cive. Si quis ob colorem *Cl. sibiricam* separare mavult, faciat, non sequemur, quum color albus (cfr. Hallerum) in Alpium Helvetiae speciminibus inveniatur; quum Sibiricae plantae sit color albens (Gmelin) albus (Pallas) sordide et virescenti-ochroleucus et rubore lilacino suffusus (Fischer ex DC.), nullum vero aliud sejunctionis momentum inveniri possit. Quo in rerum statu ne varietatis quidem nomine dignas censemus species supra junctas.

## THALICTRUM L., DC. l. c. p. 11.

*Sect. III. Euthalictrum* §. 2. *Genuina DC. l. c. p.* 12.

THALICTUM *alpinum* L., DC. l. c.

Ad sinum Sti. Laurentii. — Vidimus hanc elegantem

stirpem ex omni Lapponia et Norvegia, ex Islandia et Groenlandia.

Thalictum *acutilobum* DC. l. c. p. 13, Deless ic. sel. 1. t. 10 (optima icon).

Inter plantas Redowskianas ultimae Sibiriae specimina florentia.

Nullum dubium, quin haec sibirica planta eadem sit ac illa ab. ill. Delessert communicata, dubium vero an species sit bene distincta a simillima *Th. foetido*, a quo vix alia nota recedit quam pubescentia, quae solummodo in pagina infera foliorum obvia, in *Th. foetido* autem omnes partes et fructus dense obducit. Certum videtur *Th. foetidum* Sibiriae esse incolam, quum inter plurima Herbarii Willdenowiani specinina, uti e schedulis patet, sibirica adesse videantur. — Lessingius noster in itinere per Norwegiam Thalictrum reperit fructiferum omni modo *Th. acutilobo* jungendum, cujus fructus praeter pubescentiam deficientem ab iis *Th. foetidi* discernere nequimus.

Thalictrum *majus* DC. l. c. p. 13, Wahlbg. Fl. Suec. 1. p. 358.

In Unalaschka insula et prope portum Petropauli in Kamtschatka Ad. de Chamisso, ad Tigil et ubique in sylvosis siccis Kamtschatcae Ad. Erman.

Inter alias accepimus e Lapponia fennica a Pastore Fellmann Thalictrum, optime cum speciminibus peregrinatorum conveniens, quod ad *Th. majus* Wahlenbergii et auctorum ducimus, nullo reliquorum melius congruo, patriaque fere eadem. Non male fors olim dixit Wahlenbergius *Th. flavum rotundifolium*, melius enim hoc modo indicatur cum *flavo* affinitas et differentia.

## ANEMONE L., DC. prodr. I. p. 188.

### *Sect. IV. Anemonanthea DC. l. c. p.* 18.

ANEMONE *parviflora* Michx., DC. l. c. p. 19, Hook. Fl. bor. — Amer. p. 5.

In Unalaschka insula atque ad sinum Sti. Laurentii. *) Planta ut recte monet acutissimus Hooker magnitudine variabilis, maxima quae habemus specimina fructifera spithamaea, minima florentia bipollicaria. Florum amplitudo non minus varia, diametrum in aliis 9 lineas metientem reperimus, quindecim in aliis. Floris pleni, staminibus omnibus in phylla petaloidea introrsum decrescentia s. vera petala mutatis, involucro magis remoto, exemplum praebuit sinus ille in terra Tschuktschorum pulcherrimum.

ANEMONE *nemorosa* L., DC. l. c. p. 20, Hook. l. c. pag. 6.

Ad portum Petropauli Kamtschatkae, primi veris decus. **)

Forma indigena in solo macriori enata, aut frigoris patiens vere intempestivo omni modo respondit Kamtschaticis speciminibus; involucrum quasi contractum flosque breviter pedunculatus statum illum indicat.

ANEMONE *ranunculoides* L., DC. l. c. p. 20. *Var.* β *gracilis*, gracilior, tenerior, segmentis foliorum involucralium sublinearibus integerrimis.

In Kamtschatka ad portum Petropauli cum praecedente inter prima Florae dona. Floris licet minoris et

---

*) In Kamtschatca atque insulis Kurilis legit 1788 Dr. Merk uti ex Hb. Willd. Suppl. patet, ubi sub nomine An. cuneata de Schldl. pat. prostat.

**) Provenit quoque in maxime borealibus ad Jeniseam corollæ polypetala secundum Pallasii specimina in Hb. Willd. Suppl.

carpellorum fere maturorum comparatio in Europaeis Kamtschaticisque nullum praebuit disjungendi rationem, modus crescendi et florendi, foliorumque involucralium dispositio et dissectio eadem; hinc ex deficiente in iis serratura, ex habitu graciliori et teneriori nullam exstruere possumus speciem, quum in majoribus exemplis unus alterve jam proveniat dens, quum et nostratium habitus in statu soloque diversis varius reprehendatur. Specimina habemus fructifera digitum minorem acquantia, alia vero dodrantalia. Flores saepius paulo minores quam in Europaeis, in aliis enim videmus 4—5-lineārem diametrum, in majoribus vero semipollicarem. Cetera omnia ad amussim conveniunt.

Eandem varietatem in Hb. W. Suppl. eodem ex loco possidemus (nomine *An. linearis* de Schldl. pat.), multaque alia ex omni Sibiria vulgatae formae exempla.

Anemone *Richardsoni* Hook. l. c. p. 6. t. IV. A.! (icon optima).

In Insula Unálaschka florentem et fructiferam, in insula Sti. Laurentii, ad sinum ejusdem nominis nec non ad sinum Eschscholtzii atque in Chamissonis insula florentem legit collega noster.

Ex Unalaschka receptam jam nuntiat speciei auctor, cujus specimina in arctica Americes plaga collecta comparavimus. Sub anthesi similis est florenti *Anemonae parviflorae*, sed pistillorum inspectio nos speciem docet.

*Sect. V. Anemonospermos DC. l. c. p.* 21.

Anemone *pensylvanica* Hook. l. c. p. 8. t. III. B.! *An. pensylvanica* et *An. dichotoma* L. et auct.

In Sibiria maxime orientali legit Redowski. *)

*) Ad Lenam Billings, ad Udae fontes Laxmann, ad Selengam Pallas cfr. Hb. Willd. Suppl.

Omnino celeberrimi auctoris sententiae adnuimus, qui *An. dichotomam* et *pensylvanicam* junxit, vidimus specimina americana asiatica et hortensia in vario statu.

*Sect. VI. Omalocarpus DC. l. c. p.* 21.

Anemone *narcissiflora* L., DC. l. c., Hook. l. c. p. 8. *γ monantha* DC. l. c. p. 22., parva, florens digitalis, fructifera dodrantalis, floribus 1—3. — In insula Sti. Laurentii et ad sinum ejusdem sancti. — Ad fretum Kotzebuei eandem varietatem legerunt Angli Lay et Collie (cfr. Hooker). — ζ, *villosissima* DC. l. c. florescens fere dodrantalis, fructifera pedalis et ultra, floribus sub anthesi breviter pedicellatis, specie in involucro cingente sessilibus, caule petiolis pedunculisque villosissimis. — In Unalaschka insula.

Easdem similesve variationes inter Europae specimina videre licet, vix autem varietatum nomen merentur.

RANUNCULUS L., DC. prodr. 1. p. 26.

*Sect. I. Batrachium DC. l. c.*

Ranunculus *aquatilis* Allioni, Schldl. Ran. 1. p. 8., DC. prodr. 1. p. 26. excl. var. ε. *peucedanifolius*, Hook. Fl. bor. — amer. p. 10.

Var. δ. Schldl. l. c. *capillaceus.*

Ex insula Unalaschka.

*Obs. R. peucedanifolius* All. nobis legitima est species, quum mixtam observavimus cum *R. aquatili* in rivulis rapide fluentibus, charactere utriusque immutato, observavimus praeterea *peucedanifolii* in arenosis vadis vix aqua tectis formam subterrestrem abunde distantem a formis terrestribus *R. aquatilis*, laciniae foliorum in *peucedanifolio* apice dilatantur, in *aquatili* basi concrescunt.

*Sect.*

## *Sect. IV. Hecatonia* DC. l. c.

Ranunculus *Pallasii* Schldl. Ran. 1. p. 15. t. 2. In littore occidentali Americae summae arcticae, in sinubus scilicet Eschscholtzii et bonae spei inque insula Sti. Georgii.

Nescimus quo casu omissa sit in Candollii prodromo haec species, ab Hookero in Flora boreali americana producta.

Ranunculus *Flammula* L. et R. reptans L., DC. l. c. p. 32. In lutoso atque exsiccato rivuli alveo in insula Unalaschka.

Conferantur quae de hac stirpe in Animadversionibus nostris I. p. 18 sint prolata. *R. reptantem* inter species haud recipimus, quum transeat in *R. Flammulam.* Plantam Unalaschcensem nunc sine dubio ad *R. reptantis* formas majores s. *Flammulae* minores ducimus.

Ranunculus *sceleratus* L., Hook. fl. bor.-am. p. 15.

Ad Tigil in ora occidentali Kamtschatcae leg. Ad. Erman.

Ranunculus *auricomus* Schldl. Ran. 2. p. 7—10.

Var. foliis radicalibus inciso-dentatis, dentibus acutis.

Primo vere in Kamtschatka.

Ranunculus *affinis* R. Br., Hook. fl. bor.-am. 1. p. 12. t. VI. A., *R. pedatifidus* Schldl. Ran. 2. p. 18 exclus. syn. DC.

Ad sinum Sti. Laurentii.

Variis in regionibus lecta vidimus specimina ab Hookero benevole communicata iconemque verbaque ejus in Flora boreali-americana comparavimus, quo certiores facti sumus, plantam Chamissonianam, olim pro *R. pedatifido* nunciatam, esse *R. affinem*, qualem ad arcticum mare legerunt Richardson, Franklin aliique.

Ranunculus *nivalis* L., Schldl. l. c. II. p. 14, Hook. l, c. p. 17.

Ad sinum Sti. Laurentii, in Sti. Laurentii, Sti. Pauli et Chamissonis insulis.

Ranunculus *Eschscholtzii* Schldl. l. c. II. p. 16. t. 1, Hook. l. c. p. 18.

In insulis Unalaschca et Sti. Georgii.

Vidimus specimina Hookeriana cum illis a Chamissone lectis omni modo congruentia.

Ranunculus *pygmaeus* L., Schldl. l. c. II. p. 1. Hook. l. c. p. 16.

Ad sinum Sti. Laurentii, in insula ejusdem sancti et insula Chamissonis.

Ranunculus *hyperboreus* L., Schldl. l. c. II. p. 12, Hook. l. c. p. 16 excl. syn. *R. Gmelini* Schldl.

Ad sinus Eschscholtzii et Schischmareffii.

Ranunculus *lapponicus* L., Schldl. l. c. II. p. 11, Hook. l. c. p. 16.

Ad sinum Eschscholtzii.

Ranunculus *Purshii* Hook. l. c. p. 15. t. VII. B 1—3.!

*R. Gmelini* DC. l. c. p. 35, Schldl. l. c. II. p. 35!

*R. Langsdorfii* DC. l. c. p. 34!

*R. radicans* C. A. Meyer in Ledeb. Fl. Alt. 2. p. 316.

Ad sinum Eschscholtzii et inter plantas Redowskianas.

In herbario Candolleano vidi *R. Langsdorfii*, qui omnino noster *R. Gmelini*, a *R. Purshii* recedit, ut formae terrestres *R. aquatilis* ab aquaticis. Speciminibus omnibus nostris flores sunt minores omnesque partes teneriores, quam in Americanis *R. Purshii* ab Hookero acceptis, sed fructus idem. Vidimus praeterea *R. Langsdorfii* e montibus Uralensibus ab Eversmanno lectum. — *R. radicans* Fl. Altaicae ex icone citata et descriptione certius noster.

*R. natans* eodem loco p. 315 novus descriptus forma major *R. Pursbii* videtur. Icones Ledebourii inspicere non licuit.

Ranunculus *recurvatus* Poir., DC. l. c. p. 39, Hook. l. c. p. 20, Schldl. l. c. II. p. 28.

In Unalaschka insula.

Specimine *R. recurvati* ab Hookero missi inspecto non dubito, quin planta Unalaschcensis eadem sit, formasque a nobis l. c. descriptas varietates esse ejusdem speciei.

---

*Observ. I.* Inter haud satis notos Ranunculos Candollius enumerat *R. Kamtschaticum* (DC. Syst. 1. p. 302. prodr. 1. p. 43.) dubitatque ob calycem persistentem an verus Ranunculus sit. Calyx persistens in Ranunculi genere pluries occurrit, *R. glacialem* et *Chamissonis* inspicias fructiferos. Monet cum *Ficaria glaciali* proprium conficere posse genus et revera inspecto utriusque specimine in Herbario Candolleano, discrimen inter eos non invenio, speciesque eos non credo diversos. Fischerus Candollio misit *R. Kamtschaticum* ex herbario Pallasii adscripsitque: Sepala 5 — 6; folia grosse et obsolete crenata. Eandem stirpem in herbario Schreberiano, quod Monachii servatur, reperimus, adjecta est schedula a Pallasio scripta: „Ranunculus in paludibus alpinis Dauriae lectus." Specimen defloratum, calyce persistente, carpellis paucis maturis, ex toto glabrum. Habitu ad *salsuginosum* accedit sed flagellis caret. Nova nobis videtur species, cui nomen *Kamtschaticus* haud aptum videtur. Iconem addimus plantae Schreberianae, ut illustretur obscura. (T. VII. F. 3.)

*Observ. II.* Quem inter Mexicanas plantas (Linn. V. p. 210. n. 426.) sub nomine *R. dichotomi* Mocin et Sessé enumeravimus Ranunculum, sub nomine *R. orthorhynchi* ab Hookero in Fl. bor. am. p. 21. t. IX. depictum novum reperimus.

## CALTHA L., DC. l. c. p. 44.

Celeberrimi Hookeri verbis „and indeed the greater number of the species of this genus are but imperfectly characterized" omnino assentio. Ex Unalaschka insula species describitur, quam amicus noster, ex freto Beeringiano *Caltham* modo *palustrem* „a very variable plant" ex acutissimo Hookero reportans, haud inveneral. Sed ut vulgo herbaria componi solent, vulgatiorum plantarum specimina servant rarius completa saepe manca, interdum nulla! quis unquam vidit in herbario *Calthae palustris* tritissimae plantae formarum seriem; tria coram habemus herbaria, sed nullum unico plura complectitur specimina; hic specierum florarum fons, dignoscuntur individua, negliguntur formarum series.

Caltha *palustris* L., DC. prodr. 1. p. 44; Hock. l. c p. 22.

Caulis erectus in diagnosi dicitur, quem saepius infeme procumbentem apice adscendentem reperies, uno alterove nodo ad basin radiculas agentem; flores amplitudine multum variant, si varietatem β *minorem* proponimus, distinguimus: omnium partium minori extensione et florum exiguo numero, nullo autem alio charactere. In Kamtschatka ad Petropauli portum primo vere formam majorem vulgatissimam reperit amicus, minorem caule erecto aut procumbente, tunc radicante saepius unifloro ad Sinum Sti Laurentii inque ejusdem sancti insula. Accurata partium floralium, dentium crenarumque foliorum inspectio nullas praebuit differentias.

Caltha *natans* Pall., DC. l. c. p. 45., Hook. l. c. p. 22.

E Sibiria maxime orientali Redowski.

Gmelini icon haud bona et dubitaremus, quin eadem nostra esset ac illa depicta, nisi characteres e flore de-

sumti atque e fructibus optime in specimine oblato essent observandi.

## TROLLIUS L., DC. l. c. p. 45.

Trollius *europaeus* L. et auctorum,

Var. *γ. napellifolius* Rocpt., DC. l. c. p. 46; *Tr. aconitifolius* Lk., olim *medius* nunc *germanicus* Wender.

In Kamtschatka ad portum Petropauli primo vere.

Wenderothio gratias agimus maximas, quod tres Trolliorum species supra nominatas conjunxerit, inter quas *Tr. aconitifolius* jam diu in horto nostro botanico cultus, nec in ullo libro receptus, solus nobis fuit notus. Folia multo magis dissecta quam in *Tr. europaeo* hanc formam distinguunt, quae inter species recipi haud meretur, quum e flore nulla prodeat differentia. Magnitudine convenit cum indigeno, qui in Alpibus brevior minor evadit.

## COPTIS Salisb., DC. l. c. p. 47.

Coptis *trifolia* Salisb., DC. l. c., Hook. l. c. p. 23.

In Unalaschka copiosissimam legit amicus — vidimus praeterea e Labradoria ad Nain lectam, Groenlandicam et Canadensem.

## AQUILEGIA L., DC. l. c. p. 50.

Aquilegia *parviflora* Ledebour Act. petrop. 1815 (Memoires Tome V.) p. 544, DC. Syst. 1. p. 339, *Aq. thalictroides* Schldl. pat in Hb. W. Suppl.

Inter plantas Redowskianas. — Ad Lenam amic. Billings (Pallas in Hb. W.)

Foliis insignis elegantibus, floribusque parvis. In omnibus quae vidimus speciminibus calcaria s. nectaria basi erant incurva, nec recta ut vult Candollius, cujus diagnosis minus bona.

*Observ. Aquilegia anemonoides* W. (DC. l. c. p. 51.)

et *Isopyrum grandiflorum* Fisch. (DC. l. c. p. 48.) eadem planta, uti ex inspectione herbarii Willdenowiani et Candolleani patet.

*Adnot.* Delphiniorum et Aconitorum specimina ex itinere reportata cum Reichenbachio communicavit Chamissonius noster nominibusque ornata recepit. Sed egregiam illius auctoris monographiam recentiorem quum inspicere non liceat, certiores haud sumus facti, utrum celeberrimus auctor retinuerit nomina, an nova dederit, an jam notis subjunxerit. Hisce generibus plane alienus nuda Reichenbachiana prodere malo nomina, quam proprii facere studii periculum.

## DELPHINIUM L., DC. l. c. p. 51.

Delphinium *pauciflorum* Reichenb. in sched.
Ad sinum Sti. Laurentii Ad. de Chamisso.

## ACONITUM L., DC. l. r. p. 56.

Aconitum *Chamissonianum* Reichenb. in sched.
Ad sinum Sti. Laurentii et in insula Chamissonis Ad. d. Chamisso.

Aconitum *semigaleatum* Pall., Rchb. in sched.
Ad sinum Eschscholzii Ad. de Chamisso.

Aconitum *maximum* Pall., Rchb. in sched.
Unalaschka Ad. de Chamisso.

Aconitum *obscurum* Reichenb. in sched.
Insula Unalaschka Ad. de Chamisso.

Aconitum *kamtschaticum* Pall., Reichenb. in sched.
In Unalaschka Ad. de Chamisso; eandem speciem e Kamtschatka a Riedero lectam attulit Ad. Erman.

Aconitum *delphinifolium* DC., Reichenb. in sched.
Ad sinum bonae spei atque in Chamissonis insula. Ad. de Chamisso.

*Obs.* Adest praeterea specimen Reichenbachio dubium ex Unalaschca, quod ad *kamtschaticum* ponerem; nec credo *obscurum* a *delphinifolio* diversum sicut *Chamissonianum*, quod forma pumila mihi apparet.

## ACTAEA DC. l. c.

Actaea *podocarpa* DC. Syst. 1. p. 282, Deless. ic. sel. 1. t. 66.

In Kamtschatca a Riedero lectam Ad. Erman accepit.

Racemus fructifer plantae Kamtschaticae paulo strictior quam in icone, an *Act. Cimicifugae* var. β? simplex e Kamtschatca DC. l. c. huc reducenda?

Actaea *spicata* L., DC. l. c. p.

Inter plantas Redowskianas Sibiriae orientalis.

# MONOCOTYLEDONEAE.

## COLCHICACEAE DC.

### TOFIELDIA Huds.

Tofieldia *calyculata* Wahlenberg. Lap. p. 90. Helv. p. 68. M. et K. 2 p. 622. RS. 7. p. 1575. —

Habemus inter plantas Redowskianas.

bricatis apicibus latiusculis subspathulatis squarroso-patulis obiecti.

Soviel über die, den nächsten Kreis dieser Formen bildenden Arten. Zu erwähnen sind aber noch folgende, von denen die erstere, obwohl an die bisher betrachteten sich anschliefsend, doch im Gesammtausdruck weit mehr zu der abgeflochten Gestalt der *Jungermannia; blepharophora* hinneigt, indefs die zweite sich entschieden der *J. calva* der Javanischen Flora zugesellt.

9. *Jungermannia Martiana* N. ab E.

J. caule repente, ramis procumbentibus dichotomis divaricatis laxis, foliis sub-horizontalibus imbricatis planodistichis dimidiato-ovatis obtusis vel acutiusculis antrorsum apiceque minute argúteque denticulatis, fructu subterminali, calyce ovato ore contracto ciliato.

*Jungermannia patula* Var. α N. ab E. in Mart. Fl. Bras. I. ined.

Crescit in pluribus Brasiliae regionibus, a cl. Martio primum inventa. Foliorum explanatorum insertione ferè horizontali, cauleque cum ramis 3 — 4 pollices longis procumbentibus laxis a confinibus distincta. Folia dense, nèc late sibi incumbunt; margo eorum posticus rectus; integerrimus nonnihil reflexus, anterior modice arcuatus, a medio in apicem usque subtiliter ciliato-denticulatus. Fructificatio feminea terminalis, et accedente innovatione haud raro dichotomiae inserta. Folia perichaetialia reflexa, calyce paulo breviora, apice quandoque ciliato-dentata. Calyx ovatus, subinflatus, subtrigonus, fuscescens, ore angusto obliquo dentato vel ciliato. Seta saepe calyce brevior; tum capsula ex eius latere emergit. Haec magna est, globosa, rugulosa, fusca; valvulis ovatis obtusis. Fructificatio masculina in distincta planta, primum terminalis,

dein, longius extenso caule, eundem inferne, Melaleucarum fructuum ad instar, cingens, spicaeformis, lanceolata. Folia perigonialia plura, (10 — 12 parium), distiche imbricata, apice extremo patulo, ovata, basi ventricosa, apice contracta dentibusque 3 — 6 instructa, caulinis plus duplo minora. Antherae in angulo singuli folii perigonialis 2 — 3, globosae, filamento brevissimo suffultae, fuscae.

*Adnot.* Hanc speciem, sane distinctissimam, cum ante lustrum illustrationem Hepaticarum Brasiliensium, iubente Martio meo, proelo traderem, ad librorum fidem exemplisque fidelibus carens, Jungermanniam patulam Swartzii esse persuasus, hoc titulo in libro meo tractavi. En, iacet inter haec, longis ingratisque tenebris oppressa ista lucubratio, expectans tempus, quo tandem impressa lucem adspiciat. Procedunt inter haec dies, altero alterum docente, et ipse quidem horum meliori doctrina iam imbutus, dormientem castigo libellum, ut saltem non omnis ex hominum memoria evanescat.

*Martio* dicavi plantam, in isto ordine digno nomine dignam.

10. *Jungermannia mauritiana* N. ab E.

J. caule basi intricato procumbente, ramis adscendentibus subsimplicibus, foliis dense imbricatis ovato-oblongis subintegerrimis acute bidentatis oblique cordatis lobis inferis in cristam nudam conniventibus, fructu laterali, calycibus compressis trapezoideis dentato-ciliatis.

In insula St. Mauritii Sieberus invenit; ex India orientali transmissa exempla in Herb. Lindenbergiano asservantur.

*Jungermanniae calvae* (Hep. Jav. p. 70. n. 97.) verbo magis characteris essentialis quam adspectu similis: rami simplices rariusve divisi, rigiduli, folia latiora,

cordata subtusque cristam margine repandam nec rectam construentia, integerrima vel uno alterove denticulo obsoleto circa apicem praedita, ipso autem apice denticulis duobus acutis, distinctis sinu discretis coronata, optime hanc speciem designant, quae, quod ad folia attinet, *Jungermanniae dendroidi Hep. Jav.* confinis est, nullo tamen alio charactere congruente.

*Adnot.* Ex Herbario Lindenbergiano accepi speciem peraffinem, suis tamen notis, uti videtur, diversam, cui patria Insula St. Vincentii tribuitur.

---

Aus der Verwandtschaft der Büschlig-Aestigen will ich noch einer interessanten Art gedenken, weil sie zu einer unrichtigen Angabe geführt hat.

Es ist dieses eine entschiedene Asplenioidee aus der amphigastrienlosen Reihe, welche ich von Sieber zur Bestimmung erhielt, und *Jungermannia retrospectans* nannte. Hr. Sieber nahm diesen Namen in seine Ausgabe exotischer Kryptogamen auf, lieferte aber unter demselben (ich weiss nicht, ob in allen, aber doch in mehreren Exemplaren) die *Jungermannia arguta* (n. 31.), die er unter n. 33. mit ihrem richtigen Namen nochmals beifügte. Diese kleine Verwechslung brachte die Definition in Herrn Professor Sprengel's *Cur. post. p.* 325. hervor, in welcher man, wie natürlich, die eigentliche *J. retrospectans* vergebens suchen würde. Ich lasse daher die Charakteristik derselben hier folgen.

*Jungermannia retrospectans* N. ab E.

J. (asplenioidea, anamphigastriata): caule repente, ramis erectis subdendroideis, ramulis recurvis, foliis subverticalibus patulo-imbricatis, orbiculato-ovatis, mucronatis,

margine inferiori minutim inaequaliter denticulato-ciliato, fructu.....

Crescit in Nova Hollandia *(Sieber.)*

Ramis validis dendroideis, ramulis elongatis recurvis nonnullis etiam reflexis rigidulis, foliis distiche appressis rotundatis mucronulatis minute denticulato-ciliatis, vel absque fructu satis distincta species.

*Adnot.* Inter species, mihi notas, proxima est isti *J. ramosissima* Hook.; haec autem differt: caule multo magis diviso altiorique, ramulis apice quidem nonnihil recurvis, sed non adeo reflexis, foliis semiverticalibus profundius dentatis.

Ex eadem regione *Lindenbergius* noster exempla obtinuit Jungermanniae cuiusdam subsimilis, sed ramis simplicibus circinatis, foliis secundis (seu potius heteromallis), alienoque igitur habitu insignis, quae utrum huiusce speciei varietas, an propria species sit declaranda, Lindenbergio iudici relinquendum.

---

Ich reihe noch einige kurze Bemerkungen, andere Stellen der Hep. Jav. betreffend, an.

*Jungermannia brasiliensis* Hep. Jav. p. 7. n. 5.

Die *Jungermannia Lyellii* Lehm. Hep. Cap. in der Linnäa a. a. O., nähert sich der *J. brasiliensis* so sehr, dafs sie vielleicht mit ihr zu verbinden seyn dürfte. Die mir vorliegenden Exemplare sind nur etwas einfacher, weniger linienförmig und am Rande sanft geschweift, was aber auch oft bei der *J. brasiliensis* gefunden wird. Die Fructification soll, nach Herrn Lindenbergs Bemerkung, ebenfalls übereinstimmen. Dafs die *J. brasiliensis* übrigens von *J. Lyellii* hinlänglich verschieden sey, scheint mir aus den vorgelegten Angaben klar.

*Jungermannia cupressina* Sw. Hep. Jav. p. 19. adnot.

„Die *Jungermannia cupressina* Sw. scheint in *J. pendulina* Hook. überzugehen.

Eine nahe verwandte Art, die ich *J. penetrans* nenne, wächst in Neu-Holland, woher sie Herr Sieber brachte, doch nur in geringer Menge, und nicht zum Vertheilen geeignet. Ich behalte mir vor, in einem der nächsten Hefte der Linnäa die *J. cupressina* und *penetrans* mit ihren Spielarten auseinander zu setzen.

*Jungermannia uncinata* Hep. Jav. p. 21. n. 20.

Bei dem Citat der *J. Auberti* Schw. ist das Fragezeichen zu tilgen, indem, nach Herrn Lindenbergs Vergleichung, meine javanische *J. uncinata* mit Original-Exemplaren der *J. Auberti* bis auf die bleichere und etwas gleichförmigere Bewimperung der Blätter völlig übereinstimmt. Auch Hookers Figur der *J. serrulata* scheint mir nunmehr ganz, oder doch hauptsächlich auf Exemplare der *J. uncinata* (oder *Auberti*, welche Herr Hooker auch citirt) als auf Swartzische der westindischen *J. serrulata* gegründet. Diese letztere habe ich in Martius Flora Brasiliens beschrieben, dabei aber irrig noch die Synonymie der beiden, wesentlich verschiedenen Arten vermengt.

Ob und in wie weit die *J. serrulata* β *purpurea* Hdok. in Bot. Misc. fasc. I. hieher gehöre, kann ich, da ich dieses Werk nicht zur Hand habe, nicht entscheiden.

*Jungermannia decurrens* Hep. Jav. p. 26. n. 30.

Hier reiht sich *J. Billardierii* Schwaegr. an, die gleichfalls *amphigastria foliis connata* hat.

*Jungermannia contracta* Hep. Jav. p. 28. n. 32.

Eine sehr ähnliche Form, vielleicht nur Spielart der *J. contracta*, aus Neu-Holland, erhielt ich durch Herrn Lindenberg.

*Jungermannia Tomentella* Hep. Jav. p. 34. n. 41.

Die *Jungermannia Tomentella* Ehrh., *tomentosa Sw.* und *Pluma* N. ab E.; Bl. et Reinw. dürften bei vollständigerer Erkenntnifs derselben wieder als drei verschiedne Arten aufzustellen seyn.

*Jungermannia filicina Sw.* Hep. Jav. p. 40. n. 51.

Die, fragweise citirte *Schultesiai brasiliensis Raddi* gehört, wie ich durch Herrn Lindenberg belehrt bin, zur *J. Swartziana* Web., — und mufs also hier wegfallen.

Letztere habe ich, irrig, in der *Fl. Bras.* als *Var. β.* zu *J. laevigata* gezogen, der sie allerdings nahe kommt, aber doch wesentlich verschieden scheint.

*Jungermannia thymifolia* Hep. Jav. p. 43. *Adnot.*

Die *Jungermannia cornuta Lindenb. Hep. Eur.* läfst sich weniger mit der *J. thymifolia*, als mit *J. sordida* und *contigua Fl. Bras.*, besonders mit der letzteren, vergleichen, denn ihre dicht über einander liegenden Amphigastrien haben fast die Gröfse der Blätter. Sie scheint sich indefs durch die vier in Form von Hörnern oder Flügeln über den Scheitel des Kelchs hervorspringenden Ecken hinlänglich zu unterscheiden.

Zu den *Jungermanniae flagelliferae* enthält das Lindenbergsche Herbarium viele sehr ausgezeichnete Beiträge aus verschiedenen Erdstrichen, deren baldige Mittheilung durch den Herrn Besitzer sehr zu wünschen ist.

Ich will hier eine stattliche Art aus dieser Abthei-

lung charakterisiren, welche sich in Herrn Siebers *pl. cr. exot.* befindet.

*Jungermannia longa* N. ab E.

J. caule elongato subsimplici flexuoso, foliis nitentibus reflexis ovato-falcatis cuneatisve minutim tridentatis dentibusque integerrimis, amphigastriis folio duplo minoribus ovato-subrotundis patulis retusis vel obsolete lobulatis, fructificationibus inferis gemmiformibus ciliatis.

*Jungermannia stolonifera* Sieb. pl. cr. n. 35.

In insula St. Mauritii; *(Sieber.)*

Caulis bi-tripollicaris. Tota planta olivaceo-fusca, nitens. Folia basi tantum imbricata, decurva, spisse reticulata; dentes apicis 2 — 3, parvi, quorum medius maior. Amphigastria patula, ex obovato subrotunda, integerrima, antice subretusa, aut tri-quadriloba. Perichaetia plura, seriata, oblonga. Folia et amphigastria perichaetialia imbricata, ovata, concava, laxe reticulata, apicem versus cum ipso apice ciliato-incisa, incurva. Pistilla plura, (5 — 8,) subcylindrica, purpurascentia, basi subincrassata, apice truncata. Paraphyses in nostris non occurrebant.

# DE SYNANTHEREIS

## DISSERTATIO QUARTA

AUCTORE

*CHR. FR. LESSING.*

Cum duae priores de Synanthereis herbarii regii berolinensis dissertationes typis jam expressa essent, herbaria multa ditissimaque pervoluta intelligentiam meam amplificarunt audacioremque me reddiderunt, ita ut de monographia harum stirpium conscribenda cogitarem. Quae vel ad jam dicta perlustranda vel ad nova addenda proferre denuo audeam, ut non displiceant botanicis opto, monographiam non perfectam exspectaturis. Si cui vel in novis generibus exstruendis vel in diu ante exstructis destruendis vel alibi forte novarum rerum studiosus videar, via deflexi hac una de causa ut sententias e sola experientia deductas subtiliter conservem.

Vernoniearum tribus, quarum hucusque 230 innotuerunt, fere vicesimam partem totius familiae sistunt. Habitant Americam $\frac{7}{9}$ *), Africam $\frac{1}{9}$, Asiam $\frac{1}{9}$, nulla Europam vel Novam Hollandiam. Peculiares sunt zonae aequinoctiali $\frac{8}{9}$, quarum 152 americanae sunt; zonae temperatae australi $\frac{1}{18}$, boreali $\frac{1}{18}$; itaque zonam frigidam omnino fugere videntur, cum in zona temperata vel aequinoctiali montes non alte adscendant atque in America 45 gradum lat. bor. et vix 35 gradum lat. austr., in Africa 31 gradum lat.

*) Ex Americanis *Vernoniis* in parte occidentali Americae septentrionalis ne una quidem, meridionalis nonnisi $\frac{1}{14}$ ocurrunt.

lat. bor. et 35 gradum lat. austr. denique in Asia ipsa, si *Gundeliam* excipis, ne tropicos quidem circulos transgrediantur. Omnium amplissima gaudet patria *Vernonia cinerea*, per totum antiquum orbem tropicum divulgata; praeterea crescit *Ethulia gracilis* in Aegypto, in insula Zanzebare et ad fluvium Congo; *Elephantopus carolinianus* in Carolina, India occidentali, Mexico, Brasilia et Guahan, ubi autem aeque ac *Distreptus spicatus* vix indigenus est.

## Subtrib. I. *Vernonieae.*

(*Vernoniées - Prototypes* Cass. Ann. sc. nat. août 1829. p. 28. ex parte.)

Capitula multiflora et homogama aut uniflora involucro imbricato. Styli rami acuminati. Involucrum teres. *)

*Conspectus generum.*

I. Pappus pluriserialis

1. serie ext. setis vel paleis distinctis.

A. Capitulum multiflorum

† Rhachis bracteolata. 1. *Heterocoma* Cand.

†† Rhachis ebracteolata.

a. Pappi series intima multi-setosa. 2. *Vernonia Schreb.*

b. Pappi series interior bisetosa. 3. *Dialestd Kth.*

B. Capitulum uniflorum. 4. *Eremanthus Less.*

2. serie ext. coroniformi.

A. Capitulum uniflorum. 5. *Lychnophora* Mart.

B. Capitulum multiflorum. 6. *Piptocoma* Cass.

*) *Ecaudatas quidem antheras dixi IV. p. 242 et 344 sed caudae latae, integerrimae et breviusculae sunt plerisque et praecipue iis, quae floribus non tam exiguis gaudent.*

II. Pappus uniserialis coropiformis
1. Capitulum uniflorum. 7. *Odontolama Kth.*
2. Capitulum multiflorum.
A. Corolla trifida. 8. *Sparganophorus Gaertn.*
B. Corolla quinquefida. 9. *Ethulia L. Cass.*
III. Pappus nullus
1. Capitulum uniflorum. 10. *Adenocyclus Less.*
2. Capitulum multiflorum. 11. *Oiospermum Lessi*
IV. Pappus uniserialis, setaceus, setis serrulatis, 12. *Amphérephis Kth.*
V. Pappus uniserialis, paleaceus; paleis integerrimis, lineari-semilanceolatis.
1. Corolla regularis. 13. *Platycarpha Less.*
2. Corolla palmata. 14. *Stokesia Herit.*

## VERNONIA (p. 244.)

*Obs.* Cui etiam inserenda sunt genera non satis distincta: *Albertinia* Sprg.; *Acilepis* Don, prdr. fl. nep. p. 169; *Isonema* Cass. Bull. soc. Spthr. 1817. Dict. XXIV. p. 25; *Pacourina* Aubl. Gui. fr. II. p. 890. Kth. n. g. IV. p. 23. Ej. syn. II. p. 367; *Haynea* W. sp. pl. III. p. 1787; *Pacourina* et *Pacourinopsis* *) Cass. Bull. soc. Spthr. 1817. p. 151. Dict. l. c. XXXVII. p. 212. En totius generis synopsin!

### Sect. I. *Hololepis.* (n. 1 — 6.)

*Capitula terminalia in ramis apice quoque foliatis, solitaria, rarissime gemina s. terna. Involucri foliola omnia sicca.*

---

*) *Pacourina rhachin habet nudam atque pappo brevi a Vernonia non magis recedit quam Cinerariae, Senecionis, Othonnae, Eupatorii etc. species multae nec tamen a congeneribus distrahendae.*

1. *V. squarrosa* *) (*Acilepis squarrosa* Don l. c.) Herba foliis puberulis, foliolis acuminatis.

Herba perennis (Don l. c.). Caulis subsimplex, erectus, sesqui-pedalis, ubique foliatus, hirtello-puberulus, capitulo erecto, fere aeque magno ac in *Arctio* (Don l. c.), in siccis 8‴ alto, 12‴ lato, terminatur. Folia alterna, conferta, membranacea, rigida, brevissime petiolata, pennivia, utrinque reticulato-venosa, lucida, scaberrima, punctata, nervis petiolisque puberulis, oblongo-obovata, s. elliptica, acuta, basi obtusa aut acuminata, serrata, serraturis apiceque mucronulatis, 1‴ — 2½‴ longa, 4‴ — 1‴ lata. Involucrum hemisphaericum, floribus aequale, foliolis membranaceis, siccis, planis, squarrosis, obsolete plurinerviis, longe rectilineo-acuminatis, virescentibus, interioribus semipollicaribus, ½‴ latis, apicem versus purpurascentibus, linéari-lanceolatis, exterioribus semilanceolatis, multo minoribus subpungentibus. Rhachis favosa Don l. c. Corollae violaceae, glabrae, semipollicares. Achenia angulata (Don), immatura pilosa. Pappus setaceo-paleaceus, argenteus, biserialis, serie ext. brevi ab interiori longitudine nec latitudine distincta. — In Nepalia legerunt clar. Wallich et Hamilton. (v. sp. 1. in hrb. Horn.)

2. *V. involucrata* (p. 246.*)). Frutex foliis subtus tomentoso-lepidotis; foliolis **) intimis acuminatis.

3. *V. argyrophylla* n. sp. Foliis subtus argenteo-tomentosis, foliolis acuminatis.

Caulis verisimiliter fruticosus. Rami florigeri toti usque ad apicem aequaliter foliati. Folia alterna, adproximata, coriacea, penninervia, nervo primario utrinque complanato, secundariis parallelis, patentia, plana, intima brevissime petiolata, obovata, acuta, supra demum nitida,

*) *Linnaea IV.*

**) *Involucri.*

subtus argenteo-tomentosa. Capitula terminalia, solitaria, erecta, plurimiflora, parum majora quam in *Vl. anthelmintica*. Involucrum arcte imbricatum, campanulatum, floribus brevius, foliolis siccis, muticis, acuminatis, extus magis minusve pilosis, e paryis, rotundis, in linearia, 4‴ longa, superne atropurpurascentia et breviter rigideque ciliata. Rhachis ignota. Ovaria parva, villosa. Pappus stramineus, pluriserialis, serie extima paleacea, ovario multo longiori, ab interipri setacea, serrata, longa latitudine, nec non longitudine distincta. Corollae glabrae, purpureo-violaceae. — Sellow in Brasilia. (v. sp. s. 1.)

4. *V. polygalaefolia* n. sp. Frutex foliis sparse lepidotis; foliolis acuminatis.

Frutex ramis atro-fuscis, teretibus, alternis, adgregatis, superne pube valde adpressa, brevissima, stellata, sublepidota incanescentibus, antiquis aphyllis, annotinis creberrimis, abbreviatis, densissime foliatis capitulisque circiter 9-floris et 5‴ longis, solitariis — ternis, sessilibus terminatis. Folia coriacea, reticulato-venosa, nervis utrinque prominulis, plana, glabra, sparse lepidota, lucida, integerrima, brevissime petiolata, in ramulis annotinis apice fomentoso-lepidotis confertissima, oblongo-obovata, obtusissima — acutiuscula, petiolis intus canaliculatis adjectis 4 — 7‴ longa, 1½ — 4‴ lata. Involucri cylindracei, arcte imbricati foliola rigida, longe rectilineo-acuminata, inermia, parte haud tecta albo-pilosa, longe ciliata obscureque fuscescentia, tecta virescenti-straminea et glabra, ex oblongo-ovatis, exiguis in linearia, 3‴ longa, ne ½ quidem lineam lata. Pappus biserialis, longus, ferrugineus, serie ext. brevi capillari ab interiori longitudine parumque latitudine distincta. Corollis 4‴ longis laciniae lineares, acutae, revolutae; limbus a tubo haud distinctus. Stylus basi late bulbosus. Achenium pilosum, ∞-costatum, subtrigono-obcompressum, inferne angustatum, dorso

planteres. — Specimen in montibus altis provinciae Emirnae Madagascarensis a cl. Bojero lectum atque a cl. Lessone communicatum vidi in hrb. Kth.

5. *V. buxoïdes* (p. 247.) Foliis obovatis, foliolis obtusis.

6. *V. ericoïdes* (p. 247.) Foliis linearibus s. basi parum angustatis, foliolis acutiusculis.

Synonyma excludantur. Est enim *Conyza ericoïdes* Lam. *Liabi* species, de qua infra.

Sect. II. *Pycnocephalum.* (n. 7 — 15.)

*Capitula in glomerulos terminales, solitarios densissime collecta. Involucri foliola sicca.*

§. 2. *Lychnophora* (n. 7 — 13.)

Fruticuli foliis confertis, 1-nerviis, sessilibus, subtus nervis quam margines revoluti humilioribus, in superioribus partibus tecti. Achaenia ∞-costata, glaberrima, obscure fusca. Pappi flavescentis, latius paleacei, 2-serialis series exterior brevis ab interiori longitudine nec latitudine distincta, paleis interioris tortis, caducis. —

7. *V. brunioïdes* (p. 248.) Ramis glabris.

8. *V. proteaeformis* (p. 249.) Ramis tessellato-tomentosis; foliis linearibus, breviter mucronatis, basi nudis.

9. *V. Pinaster* (p. ead.) Ramis tessellato-tomentosis; foliis linearibus, obtusis, basi subattenuatis, nudis, viscidulis.

10. *V. villosissima* (p. ead.) Ramis tessellato-tomentosis; foliis linearibus, obtusis, basi longe lanuginosis, subtus ubique tomentosis.

11. *V. hakeaefolia* (p. ead.) Ramis tessellato-tomentosis; foliis subtus nervo dilatato glabris; capitulis 4-floris.

12. *V. salicifolia* (p. ead.) Ramis tessellato-tomentosis; foliis subtus nervo dilatato glabris; capitulis 6-floris.

13. *V. staavioides* (p. ead.) Ramis tessellato-tomentosis; foliis basi subcordatis, dilatatis.

§. 3. *Pycnocephalum* (n. 14 — 15.)

Herbae, glomerulis caulem simplicissimum basi sola foliatum terminantibus. Achenia turbinata, dense longeque villosa. Pappus pluriserialis, imbricatus, setaceo-paleaceus, flavescens, seriebus confluentibus.

14. *V. scapigera* (p. 250.) Foliis penninerviis.

15. *V. plantaginifolia* (p. 251.) Foliis multiplinerviis.

## Sect. III. *Vernonia* (n. 16 — 129.)

*Capitula in inflorescentiam variam disposita, si glomerulata glomeratis (vere) spicatis aut rarius solitaria ramos superne foliis manifeste rariioribus minoribusque instructos terminant. Pappus biserialis.*

### §. 4. *Vanillosmae* (n. 16 — 24.)

Capitula aut dense glomerulata aut fasciculata aut cymosa, glomerulis, fasciculis et cymis spicatis et foliis suis *) semper longe superatis. — Frutices Americae australis, foliis alternis, petiolatis, penninerviis, reticulato-venosis, subtus incanis.

16. *V. splendens* (p. 252.) Foliis subtus tomentosis, supra nervis venisque prominulis; acheniis **) glaberrimis; glomerulis spicatis.

17. *V. axillaris* (p. 253.) Foliis supra nervis venisque impressis; foliolis intimis acutis; acheniis glaberrimis; glomerulis spicatis; pappi setis exterioribus quam interiores multo latioribus.

---

*) *Nempe ea, e quorum axillis inflorescentiae prodeunt.*

**) *Scilicet maturis.*

18. *V. rotundifolia* (p. 254.) Foliis supra nervis venisque impressis; foliolis intimis acuminatis; achaeniis glaberrimis; glomerulis spicatis; pappi setis exterioribus et interioribus aequaliter angustis.

Differt a praecedente: capitulis 3 aut 4 nec 6 aut 7 floris; achaeniis crassioribus brevioribusque; foliorum forma et setis pappi exterioribus aequaliter angustis ac interioribus.

19. *V. elaeagnoides* (p. 254.) Achaenis pilosis.

20. *V. leprosa* (p. 252.) Foliis subtus leprosis, supra nervis venisque prominulis; achaeniis glaberrimis; glomerulis spicatis.

21. *V. umbellata* (p. 255.) Scandens, foliis basi acuminatis; foliolis apice glabris; umbellis spicatis.

22. *V. ramiflora* (p. 255.) Scandens, foliis basi acutis aut obtusis; foliolis apice glabris; fasciculis spicatis.

23. *V. notata* (p. 256.) Scandens, foliolis apice macula tomentosa notatis.

Recedit a praecedente: foliis angustioribus, adultis basi acuminatis; foliolis omnibus macula tomentosa valde perspicua notatis; pappi multiserialis serie extima non latitudine vix longitudine distincta.

24. *V. Lundiana* n. sp. Arbor fasciculis spicatis.

Arbor circiter 20-pedalis, trunco tenui, ramis dependentibus, alternis, teretibus, crassis, striatis, tomentoso-lepidotis, magis minusve cinereis. Folia penninervia, nervis utrinque sed subtus longe magis prominentibus, coriacea, rigida, maxima, oblongo-elliptica, utrinque obtusissima, integerrima, margine plana, supra nitida, laevia, subtus densissime tomentoso-lepidota, 8 — 10‴ longa, 5‴ et parum ultra lata. Petioli teretes, sulcato-striati, tomentoso-lepidoti, cinerei, crassi, 12 — 15‴ longi. Fasciculi fastigiati, petiolis foliorum ipsis, in quorum axillis sessiles, breviores, ramis brevissimis, subpulverulento-to-

mentosis. Capitula numerosa, plus quam 7-flora. Involucri arcte imbricati, cylindracei foliola coriacea, 1 — ∞-nervia, straminea, apice et ad nervos obscuriora, omnino glabra s. apice solo magis minusve pubescentia, obtusa — acutiuscula, ex minutis, rotundo-ovatis, in oblongo-subelliptica, lineis duabus parum longiora, $\frac{3}{4}$''' fere lata, margine anguste scariosa, tenuiterque ciliata. Pappi argentei series longitudine latitudineque distinctae. Corollae albidae odorem Jasmini exhalant. Ovaria glaberrima. Achaenia matura desiderantur.

In memoriam atque honorem amicissimi *Lund*, Hafniensis, qui commoratus per triennium in Provincia Brasiliensi Rio Janeiro physicis et praecipue zoologicis optime atque diligentissime incubuit et ipse hanc in Serra do Mar prope coloniam Helvetiorum mense Octbr. legit. (v. sp. s. 2.)

## §. 5. *Vernonia.* (n. 25 — 113.)

Capitula in paniculas dichotomas s. fasciculos s. cymas scorpioides (Cand. Organ. I. p. 415.), saepe ramis abortis spicaeformes *) disposita aut rarius solitaria ramos superne foliis manifeste minoribus rarioribusque instructos terminant.

*Involucra cylindracea, oblonga, 3-rarius 4-flora.*

(n. 25 — 29.)

25. *V. capitata* (p. 270.) Capitulis aequaliter pedicellatis, longe plerisque magis minusve basi secum connatis pedicellosque etiam magis minusve connatos et plano dilatatos terminantibus.

*) *Spicae modo verae, modo terminatae. Hae ramis abortis eorumque loco capitulis nonnisi singulis positis; illae ramis omnibus praeter solum terminalem abortis constituuntur.*

26. *V. teretiflora.* n. sp. Foliis membranaceis, subtus densissime lepidoto-tomentosis; capitulis pedicellisque semper distinctis.

Frutex. Ramulus suppetens tripollicaris, angulatus, tomento adpresso, brevissimo cinereus basi folium gerit membranaceum, singulum, rigidum, penninervium, petiolatum, lanceolatum, integerrimum, supra nitidum, subtus petiolamque 3‴ longum densissime lepidoto-tomentosum, 3½‴ longum, 11‴ latum, margine planum terminaturque paniculâ terminata, dichotoma, subfastigiata, folium summum excedente, cujus rami sulcato-angulati capitula distincta, sessilia aut breviter pedicellata, in fasciculos irregulares congesta gerunt. Involucrum cylindraceum, fructibus brevius, arctissime imbricatum, circiter 2‴ longum, foliolis membranaceis, straminéo fuscis, fimbriato ciliatis, parum concavis, ex rotundido-ovatis, acutiusculis, glabris, 1-nerviis in oblongo-ovata, obtusa, subscariosa, pluri-nervia, ¼‴ longa, ½‴ lata, apice pubescentia et pallidiora. Capitula oblonga, cylindracea, 3‴ alta, triflora. Pappi flavescentis series ext. brevissima ab interiori paleis lingulatis, tortis longitudine nec latitudine distinguuntur. Achaenia obcompresso-triquetra, costata, apice punctata, dorso convexa, matura glaberrima, obscure fusca, ⅝‴ longa.

*V. capitatae* proxima, sed foliis basi acuminatis, capitulis distinctis, foliolis interioribus obtusis, pappo, acheniis nec non patria satis superque diversa.

Specimen Madagascarense herbarii Vahliani communicaverat Jussieu sub *Eupatorii* specie ignota.

27. *V. trifloscutosa.* (Kth. n. g. IV. p. 31. N. 16. Ej. syn. II. p. 373. *Eupatorium fasciculatum* W. hrb. 1578.) Foliis membranaceis, subtus glabriusculis; capitulis pedicellisque semper distinctis.

Arbor biorgyalis, ramulis alternis, teretibus, glabris, lenticellatis, cinereis. Folia petiolata, alterna, membra-

nacea, rigida, penninervia, nervis supra planiusculis, subtus convexis, venosa, utrinque punctata et praecipue ad nervos pilosiuscula, subtus pallidiora, oblongo-obovata, acutiuscula, basi acuminata, circiter 2 — $2\frac{1}{2}$''' longa, 9 — 10''' lata. Petioli tenuissime pubescentes, 2 — 4''' longi, intus canaliculati, fusco-straminei. Panicula terminata, terminalis, dichotoma, ramis tenuiter cano-tomentosis, terelibus, primariis suboppositis geminis, reliquis alternis, inferioribus ex axillis foliorum prodeuntibus iisque brevioribus, ulterioribus squamis minutis, utrinque tomentosis basi stipatis, ultimis brevissimis. Capitula 3-flora, cylindracea, oblonga, distincta, 3 — 4''' alta, bina subsessilia aut singula parum longius pedicellata. Involucrum cylindraceum, floribus brevius, arcte imbricatum, foliolis siccis, planiusculis, 1-neviis, ciliatis, albidis, ad nervum viridibus, ex ovatis, acutis, exiguis, extus pilosis in elliptica, margine late scariosa, glabra, rectilineo-acuminata, ad basin acuminis dente utrinque saepe instructa, circiter $1\frac{1}{2}$''' longa. Pappi argentei series confluentes. Corollae glabrae, punctatae, albae. Ovaria canescentia. — In montibus Mexicanis, prope Acaguisotlá alt. 500 hex. Febr. (Humb.); in calidis provinciae Vera-Cruz Martio 1829 (Schiede et Deppe.)

28. *V. dichocarpha* (p. 269.) Foliis coriaceis; capitulis pedicellisque semper distinctis.

Foliola intima acuminata.

29. *V. fimbrillifera* (p. 313. Synon. addatur *Eupatorium coriaceum* Vahl symb. III. p. 95. W. sp. pl. III. p. 1758 *) nec Sprg. syst. III. p. 410, qui idem a Bertero in Hispaniola lectum refert.) Frutex foliis membranaceis, glabris; foliolis acutis; capitulis pedicellisque semper distinctis.

---

*) *Species ficta. In herbario Vahliano exstat ramulus inflorescentiae superior, cui adjectum est folium alius plantae (fortasse Araliae cujusdam integrifoliae)!!!*

Frutex facie *V. senegalensis* famis, etsi forsasse non semper, tamen saepius verticillatis, teretibus, striatis, inferne glabris, cinereis atque vestigiis foliorum delapsorum crebris nodosis, superne s. nonnisi apice dense foliatis hispidulóque obscure pubescentibus. Folia alterna, in partibus superioribus congregata, breviter petiolata, membranacea, penninervia, nervis pubescentibus, subtus prominentibus, venosa, punctata, laevia, nervis exceptis glabra, obovato-lanceolata, acuta — breviter curvilineo acuminata, mucronulata, basi longe cuneata in petiolos 2 — 3‴ longos, pubescentes, supra canaliculatos, subtus convexos basique incrassatos, integerrima s. superne irregulariter denticulata (Cass. l. c.), plana, circiter 4 — 7″ longa, 15. — 24‴ lata. Inflorescentia terminata, terminalis, dichotoma, fastigiata, folia superiora parum superans, ramis aphyllis, angulatis, patentibus, obscure pubescentibus, ultimis brevissimis. Capitula cylindracea, 3. s. 4-flora, erecta, pedicellis aequalibus longiora, magnitudine eadem ac in *V. senegalensi*. Involucrum cylindraceum, fructibus aequale, foliolis membranaceis, ciliatis, extus pilosis, muticis, pallide, in mediis saturate viridibus, aculis, ex rotundo-ovatis, exiguis in lineares, multo majora, $2\frac{1}{2}$‴ longa, $\frac{2}{3}$‴ lata. Rhachis exigua, piloso-fimbrillifera. Pappus rufescens, valde inaequalis, circiter 3‴ longus, setaceo-paleaceus, paleis intimis ante apicem parum latioribus. Corolla fortasse lutea (Cass.) Achaenia matura fere $2\frac{1}{2}$‴ longa, hispida, punctata, fusca, basin versus angustata, subtrigona, dorso teretia, plurimi costata. — Insulae Mascarenes (v. sp. 3. in herb. Kth.)

*Involucri plus quam 4-flori foliola intima saltem longe pleraque obtusa aut acuta; capitula neque solitaria neque in cymas scorpioïdes disposita.* (n. 30 — 56.)

*) *Foliis s. petiolis, si adsunt, late appendiculatis* (n. 30 — 31.)

30. *V. zeylanica* (p. 344.) Frutex foliis petiolatis; involucris subcylindraceis. Foliola membranacea, apiculata. Capitula etiam 5-flora. (v. sp. s. ∞ et ipsa florentia.)

31. *V. appendiculata* n. sp. Frutex foliis inferioribus petiolatis; involucris campanulato-turbinatis. Frutex. Rami subancipites, crassi, saltem apice flexuosi et pubescenti-tomentosi. Folia penninervia, nervo primario subtus valde prominente, venosa, firma, alterna, supra laevia et glabra, nervo autem primario supra plano subtusque (sordide) tomentosa, oblonga, acuminata, 4 — 5″ longa, 9 — 18‴ lata, argute serrata, profunde cordata, inferiora petiolata, petiolis tomentosis, supra planis, subtus convexis, semipollicaribus et ultra longis, basi appendice reniformi, pollicem dimidium fere longa, amplexicauli utrinque auctis, summa sessilia nec interrupta. Panicula, (ut videtur) vera, terminalis, subfastigiata, ramosissima, magna, ramis tomentosis, teretibus, primariis apice umbellas, irregulares, compositas, 3 — 4 radiatas, basi foliis ovato-linearibus pl. elongatis, cordatis, integerrimis, oppositis s. ternis suffultas gerentibus, summis geminis, reliquis alternis, ex foliorum axillis superiorum prodeuntibus iisque brevioribus. Capitula circiter 9 — 10-flora, pedicellis suis longiora. Involucrum campanulato-turbinatum, floribus fructibusque brevius, foliolis membranaceis, pallide viridibus, muticis, numerosis, latis, planis, integerrimis, sparse punctatis, apice extus pilosiusculis, obsolete 3-nerviis, adpressis, ex rotundis, obtusissimis, exiguis, divergentibus in multo majora, obovato-linearia, margine apiceque scariosa, obtusiuscula, circiter 4‴ longa, 1‴ lata. Pappi argentei series ext. brevis ab interiori longitudine latitudineque distincta. Corollae glabrae, purpurascentes,

4‴ fere longae. Ovaria villosa, linearia. — Ammpiadi incolarum. (v. specimen a Bojero in Madagascar lectum atque a clar. Lessone communicatum in hrb. Kth.).

32. *V. pandurata* (p. 261.) Herba foliis sessilibus. Foliola obtusa s. acutiuscula. — Ad fluvium Congo legit Chr. Smith teste herbario clar. Hornemanni.

**) *Foliis basi exappendiculatis (n. 23 — 56) *)*

33. *V. nudicaulis* n. sp. Herba caule pube difformi solaque basi ima foliis obovatis.

Herba annua? *V. Sellowianae* oligocephalae simillima. Caulis simplex, basi nonnisi ima foliatus, caeterum aphyllus, villosus, pilis rigidis, crassis, divergentibus, atropurpureis, grosse capitatis, creberrimis intermixtis, in specime suppetente flexuoso erectus, bifidus, circiter 4½-pollicaris, ramis monocephalis, capitula ipsa excedentibus. Folia sessilia, basi caulis ima in rosulam conferta, membranacea, rigida, penninervia, nervis quinque planis avenia, obovata, obtusa s. acutiuscula, obsolete serrulata s. integerrima, supra pilosa, nervorum villosa, pilis talibus ac in caule sed rarioribus intermixtis, subtus sericeo-villoso-lanata, 19 — 14‴ longa, 4 — 8‴ lata. Involucrum late campannulatum, circiter 3-seriale foliolis coriaceis, planiusculis, pilis capitatis ut in caule, rarioribusque gracilibus, albis intermixtis extus dense obsessis, lincaribus, acutis, erectis, interioribus longioribus et glabrioribus. Capitula quam in *V. anthelmintica* parum minora. Pappus breviter plumoso-serratus, selaceo-paleaceus, seriebus confluentibus. Corollae glabrae, purpureo-violaceae. Ovaria hirsuto-villosa, cylindracea. — In Madagascar Bojer. (v. sp. 1. in hrb. Kth.)

34. *V. zanzibarensis* n. sp. Herba foliis petiolatis,

*) *Corollae pilosae in n. 33. — 35. 51; ex reliquis achaenia (matura) glaberrima tantummodo in n. 37. 41. 42. 44 — 47.*

membranaceis; pappi seriebus latitudine distinctis, exterioribus barbatis; achaeniis glaberrimis.

Caulis herbaceus, teres, striatus, ramosus? superne magis minusve hirsuto-villosus, pilis in siccis flavidis. Folia membranacea, penninervia, subavenia, nervis utrinque hirsuto-villosis, subtus prominulis, in spiram tri- s. tetrameram disposita, petiolata, elliptica, acuta s. acuminata, basi acuta aut brevissime curvilineo-acuminata, mucronulato-denticulata, plana, 2 — 3″ et ultra longa, 7‴ — 15‴ lata, supra pilosa, pilis flavidis, e tuberculis superficiem scabram reddentibus oriundis, demum magis minusve caducis, subtus albo-villoso-tomentosa. Panicula terminata, terminalis, dichotoma, ramis primariis elongatis, foliaque sua parva longe excedentibus, ulterioribus folia linearia angustissima subtusque villosissima basi gerentibus atque decrescentibus ita, ut pedicelli quam brevissimi evadant. Capitula erecta, circiter 12-flora, numerosa, 4‴ longa. Rhachis parva, nuda. Involucrum subcylindraceum, floribus brevius, imbricatum, foliolis fuscis, membranaceis, siccis, erectis, planiusculis, ex semilanceolato-linearibus, acuminatis, extus hirsutis in majora, oblongo-elliptica, acuta aut obtusa, mucronulata, 3-nervia, 3‴ longa, linea magis minusve angustiora. Pappus rufescens, setaceus, ser. ext. brevi ab interiori latitudine vix longitudine distincta. Corollae purpurascentes, 3 — $3\frac{1}{2}$‴ longae, laciniis barbatis. Ovaria glaberrima, angulata, nectario leviter alveolari stipite ampliori suffulto; callo basilari. — Bojer in insula Zanzebar. (v. sp. in hrb. Horn.)

ℓ 35. *V. Smithiana* n. sp. Herba foliis sessilibus, linearibus; corollis pilosis; foliolis emucronatis.

Herba perennis. Caulis erectus, teres, striato-sulcatus, sericeo-argenteus, simplex, ubique dense foliatus terminatur panicula pluries dichotoma, subfastigiata, ramis primariis accessoriis, quam folia, e quorum axillis orium-

tur, saltem in statu nondum perfecto, quo specimen suppetens est correptum; brevioribus; ultimis aequalibus aut subaequalibus, quam capitula, quibus terminantur, brevioribus. Folia sessilia, alterna, conferta, membranacea, linearia, integerrima, subtus sericeo-incana, quam in *V. pinifolia* parum latiora. Involucri campanulati pauci (2—3)-serialis, floribus brevioris, laxe imbricati foliola 3-nervia, membranacea, extus magis minusve piloso-canescentia purpureoque colorata, mucronibus prorsus destituta, plana, ex oblongo-ovatis rectilineo-acuminatis in ampliora subobloñgo-elliptica, obtusiuscula, circiter $1\frac{3}{4}'''$ longa, $\frac{3}{4}'''$ lata. Rhachis brevissime alveolata. Pappi argentei ser. ext. brevis ab interiori longitudine nec latitudine distincta. Corollae purpureo-violaceae, extus pilosae. Ovaria pubescentia. — *V. pinifoliae* proxima, attamen ab ea involucro, caule multo humiliori, foliis latioribus pubeque magis densa satis diversa. — Ad fluvium Congo Chr. Smith. (v. sp. 2. in hrb. Horn.)

36. *V. pinifolia.* (p. 257.) Herba foliis sessilibus, anguste linearibus, margine revolutis; corollis pilosis; foliolis mucronatis.

Huc adducatur *Erigeron capense* Houtt. Pfl. S. IX. p. 333. t. 69. f. 2. Caulis adeo bipedalis. Folia quoque penninervia, et lineam lata. Capitula 18 — 20-flora. (v. sp. s. ∞.)

37. *V. nudiflora.* (p. 258.) Herba foliis sessilibus, angusle linearibus, margine revolutis, subtus lanatis; corollis glabris.

38. *K. altissima.* (p. 265.; nec Ell. sk. bot. II. p. 289. qui foliola in diagnosi acuta, in descriptione acuminata dicit; *K. praealta* L. vera?) Herba foliis brevissime petiolatis, elongatis, subglabriusculis; foliolis interioribus obtusis; corollis glabris; achaeniis glaberrimis.

Caulis herbaceus, erectus, elatus, striatus; superne

angulatus et ramo uno alterove instructus; magis minusve pubescens, 6 — 12′ altus (Nutt.). Folia alterna, conferta, penninervia, membranacea, oblongo-ovata, elongata, longe acuminata, basi obtusa aut acuta, argute serrulata, margine plana, sparse punctata, scabriuscula, supra glabra — obsolete pilosiuscula et avenia, subtus pilosiuscula, pallidiora et venosa, 3 — 4‴ longa, ½ — 1‴ lata. Inflorescentia et capitula adproximata, pseudo-lateralia sessilia aut subsessilia eadem ac in *V. praealta*. Involueri campanulati, fructibus floribusque multo brevioris folioła sicca, multinervia, membranacea, adpressa, plana, parte libera rubro-colorata, mucronibus prorsus destituta, glabra, ex ovalis, acutis, apiculatis, ciliatis in ampliora oblongo-elliptica, circiter 2½‴ longa, ¾‴ lata, obtusa, margine glabra et scariosa. Pappi sordide lilacini series longitudine atque latitudine distinctae. Achaenia immatura subglaberrima. — Nuttallio l. c. jam suspicante *V. praealta* L. vera nec W.; praesertim cum sub hoc nomine in herbario Vahliano asservetur. — Differt ab affinibus foliis basi obtusis aut acutis, foliolis interioribus obtusis, emucronatis, omnibus siccis; capitulis magis adproximatis. — In Georgia pr. Savanna atque per totas civitates Ohiensibus et Kenluckensibus ad margines fluviorum et paludum vulgaris. (v. spc. in hrb. Vahl. et Kth. et in horto paris. culta.).

39. *V. lucida* (p. 260.) Frutex foliis sessilibus, oblongo-ellipticis, glaberrimis, basi obtusis.

40. *V. nitidula* (p. 260.) Frutex foliis sessilibus, oblongo-obovatis, basi acuminatis, subtus demum glaberrimis.

Synonoma est teste specimine autographo in herbario Kunthiano asservato:

*Baccharis montevidensis* Sprg. syst. III. p. 460. Folia nonnunquam ferrugineo-pubescentia.

41. *V.*

41. *V. Chamaedrys* (p. 259.) Frutex foliis sessilibus, ellipticis, subtus albo-tomentosis.

42. *V. suaveolens* (p. 265.) Frutex foliis petiolatis; acheniis glaberrimis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

43. *V. senegalensis* (p. 265.) synonymis adde: *Chrysocoma amaram* Schum. beskriv. af Guineiske planter in kongl. danske viensk. Selskabs naturviensk. og math. Afhandl. t. IV. p. 157.

Frutex foliis petiolatis; foliolis exterioribus longe subcurvilineo-acuminatis; pappi seriebus non latitudine distinctis; achaeniis glaberrimis.

44. *V. mespilifolia* (*Eupatorium capense* Sprg. fil. suppl. p. 22.) Frutex foliis petiolatis, antice sinuato-lobatis, basi acuminatis; foliolis exterioribus obtusis aut acutis; pappi seriebus non latitudine distinctis.

Frutex ramis alternis, teretibus, striatis, patenti-divergentibus, junioribus praecipue apicem versus obscure pubescentibus. Folia penninervia, alterna, petiolata, membranacea, pl. obovata s. subrotunda, juniora vix unquam oblongo-obovata, basi subintegerrima in petiolos 4 — 8‴ longos, obscure pubescentes longius breviusve curvilineo-acuminata, irregulariter sinuato-lobata, saepe nonnisi apice 3-loba, lobis apiculatis, obtusis aut acutis, utrinque pilosiuscula, subtus punctata, nervis prominulis pubescentibus eorumque axillis barbatis, petiolis adjectis 1½ — 4″ longa, 9‴ — 3″ lata. Paniculae terminatae, terminales, fastigiatae aut subfastigiatae, parum amplae, dichotomae, ramis gracilibus, primariis quam folia sua perfecta brevioribus, ulterioribus basi nudis, ultimis aequalibus aut subaequalibus, quam capitula erecta, 5-flora, pollicem dimidium alta brevioribus. Rhachis parva, nuda. Involucri campanulato-cylindracei, fructibus multo brevioris foliola membranacea, sicca, obsoletissime plurinervia, glabrius-

cula, margine tenuiora, ciliata, concava, fusco, s. viresi centi-flava, apice obscuriora, ex patentibus, exiguis, obtusis aut acutis in obovato-elliptica, obtusissima, 2‴ longa, lineam lata. Pappi subferruginei series ext. brevis, ab interiori longitudine nec latitudine distincta. Corollae glabrae, in siccis luteolae. Ovaria oblonga, obconica, pilosa, dense punctata. — Mundt et Maire legerunt in nemore pr. Plettenbergs-Bay Majo 1821.; Zeyher pr. Uitenhagen in Prom. b. sp. (v. sp. s. ∞.).

45. *V. multiflora* n. sp. Frutex foliis petiolatis, scabris, ramis inflorescentiae subfastigiatae primariis inferioribus folia sua longe superantibus, foliolis obtusis, mucronulatis; pappi seriebus non latitudine distinctis; acheniis glaberrimis.

Frutex. Rami alterni, patenti-divergentes, hispidulo-pubescentes, teretes, striati. Folia alterna, breviter petiolata, penninervia, nervis supra planis, subtus prominentibus, reticulato-venosa, venis transversis, subparallelis, elliptico-lanceolata, utrinque breviter curvilineo-acuminata, argute serrata, superiora integerrima, plana, scabra, pilosiuscula et punctata, glandulis autem pilisque in pagina inferiori pallidiori frequentioribus, petiolis supra planis, subtus convexis, hispido-pubescentibus 2 — 3‴ longis adjectis $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$‴ longa, $\frac{3}{4}$ — 1‴ lata. Paniculae terminatae, dichotomae, subfastigiatae, terminales lateralesque in terminales abeuntes, ramis pubescentibus, patenti-divergentibus, folia sua superantibus, primariis summis geminis, caeteris alternis, ultimis semper quam capitula singula; erecta, circiter 12-flora, 3‴ longa, aequa magna ac in *V. odoratissima* brevioribus, saepe brevissimis, aequalibus s. inaequalibus. Involucrum campanulatum, fructibus floribusque brevius, foliolis membranaceis, plurinerviis, ciliatis, extus magis minusve pilosis, concavis, obtusis, mucronulatis, apice pallide, nervo intermedio

superne saturate viridibus, ex rotundis, exiguis, divergentibus in oblongo elliptida, 3‴ longa, erecta. Rhachis parva, nuda. Pappi rufescentis series longitudine nec latitudine distinctae, exterior valde caduca. Corollae glabrae, circiter 2‴ longae. Achaenia glaberrima, punctata, ∞ costata. — *V. asperae* proxima sed inflorescentia diversa. — In Pegu lectam dedit Reynaud. (v. sp. 1. in hrb. Kth.)

46. *V. aspera* (Ham. Linn. Trans. XIV. p. 219?)

Foliis petiolatis, scabris; ramis inflorescentiae haud fastigiatae primariis inferioribus foliis suis haud aut vix longioribus; foliolis exterioribus acutis.

Caulis herbaceus (lignosus Ham. l. c.) 6-pedalis (Ham.), teres, striatus, erectus, magis minusve hispidulo-pubescens, inferne glaber. Folia membranacea, penninervia, venosa, venis transversis, subparallelis, nervis praecipue subtus prominentibus, alterna, adproximata, breviter petiolata, elliptico lanceolata (elliptica, acuta Ham.) in utroque fine curvilineo-acuminata, inaequaliter argute serrata (dentata Ham.), plana, punctata, supra aspera, glabriuscula s. hispidiuscula, subtus hispidulo-subpubescentia, scabra et pallidiora, 2 — 5‴ longa, 9 — 18‴ lata. Petioli 2 — 3‴ longi, supra planiusculi subtus convexi. Inflorescentiae terminatae, ellipticae, terminales erectae, circiter 4 pollicares et 2‴ latae, laterales, si adsunt, minores. Capitula 5 — 8-flora, 3‴ longa, cylindracea, in apicibus ramorum hispidulo-pubescentium, quam folia sua breviorum s. ea parum superantium sessilia aut subsessilia glomeratimque congesta. Involucri cylindraceo-campanulati, floribus brevioris, laxe imbricati foliola membranacea, 1 — 3-nervia, plana, adpressa, mucronulata, glabra, pallida, apice virescentia, ex rotundo-ovatis, minutis, acutis; ciliatis in oblongo-obovata, obtusa aut acutiuscula, margine scariosa, fere 2‴ longa, $\frac{2}{3}$‴ lata. Pappi setaceo-paleacei series longitudine nec latitudine distinctae. Corollae pallide

roseae, glabrae. Ovaria glaberrima. — Ex India orientali misit clar. Wallich (hrb. Horn.); in insulis Mascarensibus colitur. (v. sp. s. ∞.)

47. *V. cuneata* n. sp. Frutex foliis petiolatis, laevibus, obtusissimis; foliolis acutis, apiculatis, pappi seriebus non latitudine distinctis; acheniis glaberrimis.

Caulis ± hispidulo-puberulus, teres, striatus, punctatus. Folia alterna, breviter petiolata, membranacea, penninervia, nervo primario supra plano, subtus vix prominulo, reticulato-venosa, oblongo-obovata, obtusissima, basi longe cuneata, margine reflexa, integerrima, plana, laevia, pilosiuscula, punctata, glandulis pilisque ad nervos et subtus frequentioribus, petiolis pilosiusculis, 2 — 3''' longis, supra planis subtusque convexis additis 2½''' longa, 9 — 15''' lata. Inflorescentiae longae, pyramidales, terminalis in specimine suppelente fere pedalis lateralesque in terminales abeuntes, ramis primariis alternis, folia sua superantibus, patenti-divergentibus, apice racemum s. corymbum terminatum, oligo-saepius 2 — 3-cephalum stipantibus, pedicellis aequalibus, foliis exiguis setaceis hinc inde adspersis capitulisque plus quam 3-floris brevioribus. Involucri cylindracei foliola firma, concava, acuta, ciliata, apice extus pilosiuscula ex rotundo-ovatis, apiculatis, parvis in ampliora, elliptica, circiter 2''' longa et 1''' lata. Rhachis parva, obsoletissime fimbrillifera. Pappus aequalis, setaceo-paleacus, circiter 3''' longus, paleis apice parum latioribus. Achaenia immatura glaberrima, multicostata, punctata. — In insula Rowack, fortasse haud procul ab insula Timor sita, lectam dedit cl. Gaudichaud (v. sp. 1. in hrb. Kth.)

48. *V. madagascarensis* n. sp. Frutex scandens, foliis petiolatis, laevibus, longe acuminatis; foliolis obtusiusculis; pappi seriebus non latitudine distinctis; acheniis glaberrimis.

Frutex scandens, ramis gracilibus, flexuosis, angulatis, striatis, inferne glabris, superne pilis albis, adpressis, sparsis. Folia alterna, petiolata, satis remota, membranacea, penninervia, venosa, punctata, laevia, albo-pilosiuscula, oblongo-ovata, longe acuminata, basi (nisi margines in siccis nimis complicati fallunt) acuta nec acuminata, 2 — 3″ longa, 12 — 15‴ lata, plana, pli reflexa, subtus pallidiora. Petioli trilineares, intus canaliculati, pilis brevibus, adpressis, sparsis, albis. Paniculae terminatae, dichotomae, parvae, oligocephalae, satis contractae, terminales, foliis summis breviores, ramis angulatis, gracilibus, striatis, adpresse et albo pilosiusculis, basi nudis. Capitula ∞flora, circiter 5‴ longa, pedicellos aequales s. subaequales superant. Involucrum hemisphaerico campanulatum, fructibus multo brevius, diametro et altitudine 2½-lineari, foliolis coriaceis, planis, plurinerviis, ciliatis, glabris, integerrimis, obtusiusculis, exterioribus ovatis in elliptico ovata, ampliora, circiter 1½‴ longa, 1‴ lata, margine tenuiora pallidioraque. Rhachis nuda. Pappus flavescens, serie exteriori brevi ab interiori 3‴ longa longitudine nec latitudine distincta. Corollae glabrae, in siccis flavidae, fere 4‴ longae. Achaenia matura glaberrima, flavo-fusca, obcompresso-subtrigona, basi parum attenuata, lineam longa, fere ⅓‴ crassa. — Bojer prope Marou-voai in insula Madagascar. (v. sp. 2. in hrb. Horn. et Kth.)

49. *V. menthaefolia* (p. 268.) Frutex foliis petiolatis, membranaceis, penninerviis; foliolis muticis, exterioribus acutis; ovariis pilosis.

Folia serrata.

50. *V. andromachioides.* (Linnaea VI. 397.) Frutex foliis petiolatis, membranaceis, triplinerviis; achaeniis pilosis.

51. *V. serratuloides.* (Linnaea IV. 286.) Herba foliis

petiolatis; foliolis mucronatis, exterioribus subrotundis; ovariis pubescentibus.

52. *V. laxiflora*, n. sp. Herba foliis inferioribus petiolatis; foliolis mucronatis, exterioribus angustissime semilanceolatis; achaeniis hirsutis.

Herba forsan annua, facie *V. cinereae*. Caulis erectus, teres, striatus, viridis, punctatus, magis minusve pilosus, 0''' — 1' et ultra altus, superne dichotomus. Folia membranacea, penninervia, nervo primario subtus prominulo, avenia, punctata, laeviuscula, supra glabra s. hispidiuscula, subtus parum pallidiora, et pilosa, mucronulata, acuta, ex spathulato rhombοïdeis, crenato serratis, utrinque acuminatis petiolisque adjectis 1''' longis, circiter 4''' latis, in sessilia remotiora, linearia, basi angustata; integerrima 1½''' — 2''', longa, 2 — 2½''' lata. Paniculae terminatae, dichotomae, laxae, ramis pilosis, teretibus, striatis, patenti divergentibus, folia sua excedentibus, pedicellis basi folio setaceo stipatis iisdemque adspersis, inaequalibus, capitula sua superantibus. Capitula multiflora, facie et magnitudine ut in *V. cinerea*. Involucrum turbinatum, floribus fructibusque brevius; foliolis planis, extus pilosis, pallide, ad nervos apiceque saturatius viridibus, ex angustissime semilanceolatis, in mucronem rectilineo acuminatis, ciliatis, divergentibus, uninerviis in oblongo elliptica, multo majora, acuta, mucronulata, trineryia, erecto patentia, 2''' longa, ½''' lata. Rhachis nuda. Pappi argentei series ext. brevissima ab interiori longitudine atque latitudine distincta. Corollae purpurascentes, 2''' longae, laciniis praecipue apice pilosis. Achaenia etiam matura hirsuta, ∞-costata, exigua, circiter ½''' longa. — Differt a *V. cinerea* pube sparsiori, foliis superioribus longioribus, capitulis parum majoribus, inflorescentiis minus ramosis et praecipue foliolis ext. divergentibus, intimis aculis. Gaudichaud in insula Timor (v. sp. 1. in hrb. Kth.)

53. *V. corymbosa* * (*Staehelina corymbosa* L. suppl. 359. W. sp. pl. III. p. 1786. Thbrg. fl. cap. p. 628.): Frutex foliis brevissime petiolatis, penninerviis, obdeltoïdeis subtus cinereo-tomentosis; foliolis exterioribus obtusissimis, interioribus acutiusculis apiculatisque; achaeniis hirsutis.

Frutex pedalis et ultra, erectus. Rami alterni, teretes, striati, adpresse cinereo-tomentosi. Folia brevissime petiolata, alterna, firma, penninervia, nervis subtus nec supra prominulis, secundariis parallelis, avenia; oblonga, deltoïdea; apice profunde s. obsolete dentata, dentibus apiceque mucronulatis, acuta — truncata, basi obtusiuscula, laevia, supra viridia et pilosa subtus petiolique circiter semilineares, supra plani, subtus convexi cinereo-tomentosa, 9‴ — 14‴ longa, 2½‴ — 4‴ lata. Paniculae terminatae, paryae, dichotomae, terminales s. laterales, fastigiatae, ramis angulatis, cinereo-tomentosis, abbreviatis, primariis quam folia sua brevioribus, pedicellis brevissimis. Capitula erecta, circiter 6 — 7-flora et 5‴ longa. Involucrum cylindraceum, oblongum, floribus multo brevius, arcte imbricatum, foliolis numerosis, membranaceis, concavis, ciliatis, obsoletissime nervosis, magis minusve extus sericeo-pilosis, pallide viridibus apiceque anguste purpurascentibus, ex rotundis, obtusissimis, exiguis in multo majora, oblongo elliptica, acutiuscula, apiculata, 3‴ longa et circiter 1‴ lata. Rhachis minuta, nuda. Pappi argentei series longitudine nec latitudine distinctae. Corollae albidae, 4‴ longae, glabrae, limbo profunde 5-fido tuboque breviori. Achaenia oblonga, angulata, hirsuta, dense pellucido-punctata.

In Capite bonae spei trans Camtousrivier Dcbr. legit Thbrg; a Zeyhero (N. 167.) lectam dedit amicissimus Lucae. (v. sp. s. plura.)

54. *V. mucronulata* (p. 266.). Frutex foliis brevis-

sime petiolatis, coriaceis, cordatis, supra lucidis; achaeniis hispidis.

55. *V. oligactoides* n. sp. Foliis subsessilibus, coriaceis, oblongis, haud cordatis, supra lucidis; ovariis hirsutiusculis.

Facies *Liabi sessiliflori.* Caulis fruticosus, teres, striatus, fulvo-tomentosus. Folia subsessilia, fere eadem ac in *Senecione laurifolio* Kth., coriacea, penninervia, nervis tantum subtus prominentibus, secundariis parallelis, oblongo-elliptica, acuta, basi obtusissima nec cordata, alterna nonnunquam opposita, adproximata, supra lucida et scabriuscula, subtus, fulvo-tomentosa, margine reflexa, antice saepe obsoletissime serrulata, $2\frac{1}{2}$''' longa, $1\frac{1}{2}$''' lata, superiora minora nec rariora. Panicula vera, terminalis, oblonga, pyramidalis, ramis alternis, fulvo-tomentosis, basi foliis parvis suffultis, erecto-patentibus, apice capitula circiter 12-flora, 3''' alta, basi vix squamis parvis suffulta racemosim glomerata, terna s. plura gerentibus. Involucrum imbricatum, cylindraceo-campanulatum, multiseriale, floribus brevius, extus magis minusve fulvo-tomentosum, foliolis siccis, muticis, ex rotundis, parvis, brevissime mucronato-acuminatis, extus fulvo-tomentosis, in oblongo-elliptica, obtusa, $2\frac{1}{2}$''' longa, ciliata, multinervia, magis glabra. Rhachis nuda, plana. Pappus albidus, serie exteriori brevi, paleacea, ab interiori longa, setacea longitudine latitudineque distincta. Corollae glabrae, purpureo-violaceae. Ovaria hirsutiuscula, punctata. — Sellow in Brasilia. (v. sp. s. 1.)

56. *V. cordata* (p. 267.) Frutex foliis petiolatis, coriaceis, cordatis, supra opacis; achaeniis hispidis.

*III. Involucri plusquam 4-flori foliola conformia, intima saltem longe pleraque obtusa aut acuta; capitula in cymas scorpioïdes pedunculis aphyllis dispositae aut*

*rarius terminalia solitariaque in ramis superne aphyllis.* (n. 57—66.)

57. *V. ferruginea* (p. 271.) Foliis alternis, petiolatis, coriaceis, subtus tomentosis, basi obtusis aut acutis, involucris campanulatis.

Foliola conformia, mucronulata, obtusa.

58. *V. discolor* (p. 274.) Frutex foliis alternis, petiolatis, lanceolatis, subtus densissime tomentosis, involucris turbinatis.

59. *V. diffusa* (p. 272.) Foliis alternis, petiolatis, adultis basi acutis, subtus obsolete tomentosis, involucris turbinatis.

60. *V. oppositifolia* (p. 273.) Foliis oppositis. — Achaenia dense punctata. Involucrum circiter 4 seriale.

61. *V. serrata* (p. 275.) Herba, foliis alternis, petiolatis, membranaceis, ellipticis, utrinque breviter acuminatis, involucris campanulatis.

62. *V. puberula* n. sp. Foliis alternis, petiolulatis, papyraceis, basi acuminatis, obsolete puberulis; involucris turbinatis.

Caulis fruticosus, erectus pluri-pedalis, ramis alternis, sulcatis, sordide puberulis. Folia papyracea, alterna, adproximata, petiolulata, antice obsolete et remote serrulata, penninervia, nervis tantum subtus prominulis, venosa, oblongo-elliptica, acuta s. aduminata, basi in petiolos puberulos, circiter 2‴ longos, supra canaliculatos rectilineo-acuminata, utrinque obsolete puberula, subtus pallidiora et dense excavato-punctata, 2 — 2½‴ longa, 3 — 18‴ lata. Cymae obsolete scorpioides, terminales, supradecompositae, ramis sulcatis, sordide puberulis, patentibus, primariis summis pl. ternis, accessoriis alternis, quo inferioribus eo remotioribus foliaquae sua parum excedentibus, pedunculis gracillimis, abbreviatis, pl. 3-rarius 2 s. 4-cephalis. Capitula quo inferiora eo longius pedicellata,

9 s. 10-flora, 3‴ alta. Involucrum laxe imbricatum, turbinatum, circiter 4-seriale, floribus multo brevius, foliolis siccis, rigido-membranaceis, obtusis, mulicis, extus pilosis, margine tenuioribus, ex rotundis, minutis in oblongo-elliptica, 2‴ longa. Rhachis parva, nuda. Pappus albus, serie exteriori brevi, paleacea ab interiori setacea, longa, longitudine latitudineque distincta. Ovaria oblonga, hirsuto-canescentia. — Sellow in Brasilia. (v. sp. s. ∞).

Primo intuitu similis *V. nitidulae* sed diversa: foliis petiolatis, majoribus, utrinque puberulis; involucri laxe imbricati foliolis magis pubescentibus, in series pauciores dispositis atque inflorescentia.

163. *V. Westiniana* n. sp. Herba caule hispidiusculo-pubescente; foliis petiolatis, firmis; involucris basi obtusis.

Caulis erectus, pluripedalis, simplex, herbaceus, sulcatus, sordide et obscure hispidiusculo-pubescens, teres. Folia firma, petiolata, conferta, alterna, nonnunquam subopposita s. subverticillata; penninervia, nervo primario tantum subtus prominulo, integerrima s. obsolete serrulata, supra scabra et obscure sordide hirsuto-pubescentia et venoso-rugosula, subtus sordide tomentosa — pubescentia, obtusa — acuminata, oblongo-elliptica, basi obtusa aut acuta, nonnunquam oblongo-obovata et basi acuminata, inferiora circiter 5‴ longa, 1½‴ lata, superiora minora nec rariora. Petioli teretes, supra canaliculati, 1½‴ longi, superiores breviores, pube eadem ac caulis obsessa. Panicula terminata, terminalis, supra convexa, ramis patentibus, teretibus, atro-hispidiusculo-tomentosis; ramis primariis summis verticillatis, accessoriis alternis folia sua excedentibus, pedunculis oligo-pl. 3-cephalis, aphyllis. Capitula 12-flora, 4‴ longa, oblonga, sessilia — breviter pedicellata. Involucrum campanulatum, basi obtusum, floribus multo brevius, pluriseriale, foliolis planis, siccis, ciliatis, obtusis, mucronatis, margine tenuiori purpurascen-

tibus, intimis ellipticis, 2‴ longis. Pappus rufescens, setaceus serie exteriori brevi ab interiori longitudine nec latitudine distincta. Cor. purpureo-violaceae, glabrae. Ovaria hirsuta. — Vidi specimina prope Villa Rica Aug. in montibus lecta atque in herb. Upsaliensi asservata nec non Sellowiana plura.

Formas duas enumerare juvat.

α.) *angustifolia* foliis oblongo-ellipticis, basi obtusis, $\frac{1}{2}$‴ latis;

β.) *cuneata* foliis obovatis, $\frac{5}{4}$‴ latis, basi cuneatis. Similis sequenti, sed satis superque diversa.

64. *V. Beyrichii* (p. 275.) Herba caule glabro; foliis alternis, petiolatis, lanceolatis; involucris turbinatis.

65. *V. iicana* (p. 277.) Herba foliis alternis, sessilibus; foliolis acutis.

66. *V. echioïdes* (p. 278.) Herba foliis alternis, sessilibus; foliolis obtusissimis.

*IV. Involucri plus quam 4-flori foliola aut conformia et acuminata aut difformia et extima acuminata intimaque saepius inter acuta vel acuminata ambigua; capitula in cymas scorpioïdes pedunculis aphyllis dispositа aut rarius solitaria terminaliaque in ramis superne aphyllis* (n. 67 — 86.)

67. *V. odoratissima* (p. 271.) Frutex foliis petiolatis, obovatis, utrinque obtusis aut acutis, subtus glabriusculis; involucris campanulatis; pappi seriebus longitudine nec latitudine distinctis.

Foliola ex ovatis, acuminatis, mucronulatis, ciliatis in oblongo-ovata, mutica, apice obsoletissime serrulata, $1\frac{1}{2}$‴ longa, modo magis, modo minus acuminata. Pappi series setaceae, ext. brevis ab interiori longitudine nec latitudine distincta.

68. *V. polyanthes* * (*Eupatorium polyanthes* Sprg.

syst. III. p. 435. *V. patens* p. 276. ex parte et excl. syn. Ktli. et W. hrb.) Arbor foliis alternis, membranaceis, lanceolatis, adultis petiolatis; involucris campanulatis; pappi seriebus latitudine haud distinctis.

Arbor 20-pedalis, trunco in ambitu 6 — 8-pollicari, cortice cinereo, glabro, odorem foliorum *Fagi sylvatici* tritorum respirante. *) Folia penninervia, nervis subtus valde prominentibus, primariis supra planis, alterna, membranacea, rigida, petiolata, ramea summa subsessilia, integerrima aut remote et obsolete serrata, elliptico-lanceolata, supra scaberrima, nervis pilosiusculis exceptis glabra, subtus scabriuscula petiolique usque ad 1‴ longi intusque canaliculati pubescentia, 3 — 7‴ longa, 9‴ — 1½‴ lata. Cymae ramosae, scorpioïdes, divaricatae, laterales minores in terminales maximas abeuntes, ramis in verticillos saepissime 2-radiatos collectis, primariis suminis geminis, caeteris alternis ex axillis foliorum superiorum prodeuntibus, quorum inferiores foliis suis breviores; pedunculis pl. 3-cephalis. Capitula multiflora, distantia, singula, pseudo-lateralia alariaque sessilia aut subsessilia, circiter 3‴ alta. Involucri campanulati, fructibus brevioris follola membranacea, 1 — 3-nervia, plana, adpressa, viridia, superne obscuriora, margine scariosa, extus pilosiuscula, acuta aut obtusiuscula, innocue mucronulata, ex ovatis ciliatis in elliptica, margine glabra. Pappi flavescentis series confluentes. Corollae glabrae, albae? odorem dulcem exhalant. Ovaria pilosa et punctata. Differt a *V. frangulaefolia* praecipue foliolis inermibus; a *V. odoratissima* foliis elliptico-lanceolatis, utrinque acuminatis, majoribus nec obovatis, apice et basi obtusis aut acutis; a *V. patenti* praetev pappum, foliis supra scaberrimis, latioribus, ramis acute angulatis, capitulis magis remotis

*) *Quam observationem debeo amicissimo Lundio.*

etc. — In confinio urbis Rio Janeiro legit Beyrich ad latera viae supra montes Estrellae et Lund in Serra do Mar altitudine 2 — 3000 pedum, ubi frequentissima sistit pro maxima parte sic dictas Capueiro, a Trochilorum grege eximia circum streptas. Flor. Jul. et Aug. In Portebello (hrb. Holm.). (v. sp. s. ∞.)

69. *V. patens* (Kth. n. 9. IV. p. 32. Ej. syn. II. p. 373. *Baccharis rugosa* W. hrb. N. 15601. *V. patens* p. 276. ex parte excl. syn. Sprg.) Arbor foliis alternis, membranaceis, breviter petiolatis, anguste lanceolatis; involucris campanulatis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

Arbor. Rami alterni, superne junioresque obsolete angulati et obscure pubescentes, infernie teretiusculi. Folia membranacea, rigida, penninervia, nervis subtus valde prominentibus, primariis supra planis, alterna, breviter, petiolata, anguste lanceolata, subcrenato-undulata, scabriuscula, supra rugosa, glabriuscula, subtus petiolique 2 — 3‴ longi obscure hispidulo-pubescentia, circiter 3‴ longa, $\frac{1}{2}$‴ lata. Cymae ramosae, scorpioïdes, patentes, ramis in verticillos 2-aut 3-radiatos collectis, accessoriis ex axillis foliorum superiorum prodeuntibus eaque parum excedentibus, pedunculis 2 — 5-pl. 3-cephalis. Capitula ∞-flora, subadproximata, omnia sessilia, circiter 3‴ alta. Involucri campanulati, fructibus brevioris foliola membranacea, sicca, obsolete 3 nervia, margine scariosa, adpressa, plana, inermia, acuminata, ex ovatis, ciliatis extusque apice pilosis in glabra, elliptica, circiter $1\frac{1}{2}$‴ longa. Pappi ferrugineo-flavescentis series ext. ab interiori longitudine atque latitudine distincta. Corollae glabrae, albae (Kth.). Achaenia pilosa, punctata, ∞-costata, oblonga, teretiuscula; — Clar. de Humboldt in America meridionali. (v. sp. s. ∞.)

70. *V. scabra* (Pers. syn. II. p. 404. *Baccharis*

*brasiliensis* L. sp. pl. 1205. W. sp. pl. III. p. 1917. *Tremate* Brasiliensibus Marcgrav. hist. pl. bras. lib. II. p. 81. fig. summa, quae optima!) Foliis petiolatis; involucris turbinatis; pappi seriebus non latitudine distinctis.

Frutex ramis alternis, divaricatis, atro-purpureis, angulatis, magis minusve hirtello-puberulis. Folia membranacea, rigida, penninervia, venosa, brevissime petiolata (nec sessilia ut Marcgr. l. c.) alterna, remota, obovato-elliptica, obtusa aut acutiuscula, basi obtusissima, subintegerrima, obscure viridia, supra scaberrima, lucida, glabra, subtus punctata et obscure hirtello-pubescentia, 1 — $\frac{5}{4}$''' longa, 6 — 8''' lata. Petioli supra plani, subtus convexi, obscure hirtello-puberuli, circiter lineam longi. Cymae scorpioides terminales lateralesque, ramis primariis summis verticillatis, pl. semel, s-bis dichotomis, accessoriis alternis, remotis, multis, ex axillis foliorum superiorum prodeuntibus eaque longe superantibus, pedunculis ∞-cephalis, flexuosis, pl. 2-pollicaribus. Capitula ∞-flora, remota, brevissime pedicellata, 4''' alta, singula nec gemina. Involucrum turbinatum, floribus fructibusque brevius, foliolis membranaceis, latius rectilineo-acuminatis, ciliatis, extus glabriusculis, fuscis, parum squarrosis, paullulumque carinatis, ex ovatis, minutissimis in oblongo-ovata, multo ampliora, circiter 2''' longa, $\frac{1}{2}$''' lata. Pappi rufescentis ser. ext. brevis ab interiori longitudine nec latitudine distincta. Corollae purpureo-lutescentes, glabrae, uti et folia odorem styracis exacte referunt (Marcgr. l. c.). — Differt a *V. rigida* ramis angulatis, florigeris non flexuosis, foliis brevius petiolatis, obovato-ellipticis, subtus hirtello-pubescentibus nec excavato-punctatis, rugosis, inflorescentia ramosiori; capitulis minoribus, remotioribus, singulis nec geminis denique pappo; a *V. odoratissima*, cui valde similis, pappo, involucro foliolisque intimis nec non foliorum forma et pube rariori. — Bra-

silia. (v. sp. 1. in herbario Marcgravii ipsius Hafniae conservato fol. 15.)

71. *V. Deppeana* (Linnaea VI. 398.) Foliis petiolatis, subtus subfloccoso-tomentosis, involucris turbinatis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

72. *V. adproximata* n. sp. Foliis petiolatis, basi cordatis, supra scabriusculis, subtus molliter pubescenti-tomentosis; involucris turbinatis; pappi seriebus et latitudine distinctis.

Caulis fruticosus. Rami teretes; striati; sordide tomentosuli. Folia membranacea, penninervia; petiolata, alterna, obsolete et irregulariter crenulata, elliptica, obtusa, ampla, basi cordata, rugulosa, supra pilosiuscula et scabriuscula, subtus pallidiora et molliter pubescenti-tomentosa nervisque prominentibus, circiter $\frac{1}{2}$-pedalia et 3″ lata. Petioli teretiusculi, sordide tomentosi, circiter sesquipollicares. Cymae scorpioides, subfastigiatae, ramis sordide tomentosis, summis geminis; accessoriis alternis foliisque suis brevioribus, pedunculis aphyllis, curvato-divergentibus. Capitula circiter 11-flora, aeque magna ac in *V. oppositifolia*, lateralia pedicellata. Involucrum turbinatum, achaeniis aequale, floribus multo brevius, circiter 8-seriale; foliolis siccis, rectilineo acuminatis, muticis, extus tomentoso-incanis, adpressis, intimis oblongis, utrinque angustatis, 2‴ longis, exterioribus minutis, rotundis. Rhachis platta, nuda. Pappus albus, biserialis; serie exteriori paleacea, brevi ab interiori longa, setacea longitudine latitudineque distincta. Corollae glabrae, purpureo-violaceae. Achaenia immatura oblonga, villoso-canescentia, epunctata. — Sellow in Brasilia (v. sp. 2. s.)

Similis *V. oppositifoliae* sed distinctissima: caule fruticoso; foliis majoribus, cordatis; longius petiolatis, rugulosis, semper alternis; involucris 8 nec 4-serialibus, tomentoso-incanis, foliolis omnibus et praecipue intimis con-

stanter rectilineo-acuminatis; achaeniis epunctatis, villoso-incanis nec valde punctatis parumque pilosis.

73. *V. quinqueflora* n. sp. Foliis petiolatis, utrinque acuminatis, subtus hirsuto-pubescentibus; involucris cylindraceis, basi obtusis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

Caulis herbaceus, teres, sordide hirsuto-pubescens, erectus, pluripedalis, striatus. Folia alterna, membranacea, adproximata, petiolata, penninervia, elliptico lanceolata, utrinque acuminata, integerrima, s. antice remote et obsolete serrulata, supra scabra et hispidiuscula, subtus sordide hirsuto-pubescentia et pallidiora, inferiora 5‴ longa et 1½‴ lata, superiora minora nec rariora. Cymae terminales, obsolete scorpioïdes, pyramidales, terminales, ramis subfiliformibus, hirsuto-pubescentibus, pl. oppositis s. verticillatis, primariis quam folia sua brevioribus, pedunculis 2 s. 3-cephalis. Capitula aeque magna ac in *V. oppositifolia*, 5-flora, longe pedicellata, pedicellis inaequalibus, involucro saepe aequalibus. Involucrum cylindraceum, circiter 4-seriale, floribus multo brevius, foliolis siccis, membranaceis, pilosis, muticis, praecipue intimis constanter rectilineo-acuminatis, extimis patenti-divergentibus. Rhachis parva, glabra. Pappi nivei series exterior anguste palpacea, brevis, ab interiori longa, serrata, setacea longitudine parumque latitudine distincta. Corollae glabrae, purpureo-violaceae. Ovaria linearia, hirsuta, epunctata. — Sellow in Brasilia. (v. sp. s. ∞.)

Proxima *V. adproximatae* sed diversa: caule herbaceo; foliis minoribus, utrinque acuminatis nec rugosis, subtus hirsuto-pubescentibus nec molliter pubescenti-tomentosis; cymis subfastigiatis, obsolete scorpioïdeis; capitulis 5 nec 11-floris; involucris 4 nec 8-serialibus, foliolis pilosis nec tomentosis. Similis quoque *V. oppositifo-*

*tifoliae* sed jam foliis oppositis foliolisque acuminatis valde distincta.

74. *V. frangulaefolia* (p. 276.) Foliis petiolulatis, coriaceis, adultis basi acuminatis; involucris campanulatis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

75. *V. canescens* (p. 284.) Foliis breviter petiolatis, oblongis, basi obtusis aut acutis, subtus piloso-canescentibus; involucris campanulatis.

α. *V. canescens* Kth. l. c. (*V. reticulata* W. hrb. N. 14824. et *V. geminata* Kth. l. c. teste ej. herbario nec Linnaea IV. p. 303.) foliis oblongo-ellipticis, subrectilineo-acuminatis, basi in angulum acutum angustatis.

β. *V. micrantha* Kth. l. c. (*V. acuminata* W. hrb. N. 14831.) foliis latioribus, oblongo-ovatis, longe curvilineo-acuminatis, basi obtusis; pedunculis brevioribus, minus curvatis, ramis inflorescentiae primariis accessoriis paucioribus subfastigiatisque. — Provincia Cumanensis?

Utraque autem, si ex analogia partium in aliis Vernoniis variantium judicare mihi licet, vix atque ne vix quidem a se diversa est, praesertim cum specimina neque multa neque optima suppetant.

76. *V. mollis* (p. 283.) Foliis brevissime petiolatis, oblongis, basi obtusis aut acutis, subtus lanatis; involucris campanulatis.

77. *V. flavescens* n. sp. (*V. scorpioides* p. 282. excl. syn.). Foliis petiolatis, supra laevibus, subtus ad summum villosis, adultis basi obtusis aut acutis; paleis pappi exterioribus latissimis, ovario brevioribus; rhachide huda.

78. *V. tournefortioides* (Kth. l. c. *Stachelina solidaginoides* W. hrb. N. 15233.) Foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, supra scabris, subtus pubescentibus; paleis pappi exterioribus angustis, ovario subaequalibus; rhachide levissime alveolata.

Herba ramosa, scandens? Rami alterni, teretes, atro-

purpurei, striati, superne-petiolique 3 (6 Kth.)‴ longi, intus canaliculati flavido-pubescentes. Folia membranacea, penninervia, alterna, adproximata, breviter petiolata, ovato-lanceolata, subintegerrima, 2 — 3″ longa, 14 — 16‴ lata, supra scabra et hirsutiuscula, subtus pallidiora, molliter pubescentia et punctata. Involucrum foliolis punctatis extusque flavido-pilosis, capitula, inflorescentia et corollae prorsus ut in *V. scorpioïde*. Rhachis levissime alveolata. Pappi series ext. ovario subaequalis, paleis angustis; interior 2‴ longa. — Inter *flavescentem* et *scorpioïden* quasi intermedia; ab hac autem diversa: pube totius plantae flavescente, foliis brevius petiolatis, supra scabris pubeque rigidiori, paleis pappi exterioribus angustioribus ovarioque subaequalibus, denique rhachide levissime alveolata nec longe paleaceo-fimbrilifera; ab illa praeterea: foliis utrinque curvilineo-acuminatis capitulisque majoribus, pappi serie int. 2 nec 1‴ longa. — Ill. de Humboldt in America meridionali. (v. sp. s. 1.)

79. *V. scorpioïdes* (Pers. syn. II. p. 404. *Conyza* Lam. enc. II. p. 404. *Lepidaploa* Cass. Dict. XXVI. p. 16. *V. tournefortioïdes* p. 281. excl. syn. Kth. et hrb. Willd.) Foliis petiolatis, basi acuminatis, supra laevibus, subtus pubescentibus; rhachide longe paleaceo fimbrillifera.

80. *V. ignobilis* n. sp. Foliis petiolatis, supra asperrimis, subtus hirsutiusculo-pubescentibus; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

Caulis verisimiliter fruticosus. Rami hispidiusculo-pubescentes, pube sordide atra, teretes, graciles, ramulosi, florigeri superne manifeste minus foliati. Folia membranacea, petiolulata, alterna, adproximata, penninervia, rigida, supra rugosula, hispidiuscula et asperrima, subtus pallidiora sordideque hirsutiusculo-pubescentia, pervis venisque parum prominulis, oblongo-oboyata, obtusa, inferne quidem longe angustata sed revera obtusiuscula, 3″

longa, 1‴ lata, superiora ramorum fertilium rariora, parum minora. Cymae obsolete scorpioides, aphyllae, ramis sordide hirsuto-pubescentibus, brevibus, sublastigiatis, pedunculis 2 s. 3-cephalis. Capitula 10-flora, ferè 5‴ alta. Involucrum semiglobosum, circiter triseriale, imbricatum, floribus fere duplo brevius, foliolis siccis, glabriusculis, virescentibus, uninerviis, obsolete ciliatis, acuminatis, exterioribus rotundis, intimis ellipticis, margine scariosis, 1½‴ longis. Rhachis plana, nuda. Corollae glabrae, violaceae. Ovaria villoso-canescentia. Pappus setaceus, albus, serrulatus, longus, inaequalis, seriebus confluentibus. — Sellow in Brasilia. (v. sp. 1. s.)

81. *V. brevifolia* (p. 285.) Foliis sessilibus, anguste linearibus, foliolisque ad summum pilosis.

82. *V. pellita* (p. 279.) Foliis sessilibus, subtus lanatis; foliolis extus sericeo-lanatis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

83. *V. obovata* (p. 279.) Foliis sessilibus, obovatis; foliolis extus pilosis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

84. *V. simplex* (p. 280.) Foliis sessilibus subtus tomentosis; pappi seriebus confluentibus.

85. *V. sessilifolia* n. sp. Glaberrima foliis sessilibus; pappi serie extima ab interioribus longitudine latitudineque distincta.

Similis *V. grandiflorae*. Herba glaberrima. Caulis simplex, pluripedalis, erectus, teres, purpurascens, sulcatus, superne aphyllus. Folia alterna, papyracea, penninervia, parum venosa, nervis utrinque prominulis, laevissima, supra nitida, subtus opaca et eleganter atropunctata, basi lata sessilia, unde decurrunt lineae ternae in caule prominentes, linearia, integerrima, margine reflexa, acuminata, erecto-patentia, 5 — 6‴ longa, 3 — 4‴ lata, infima nonnunquam abbreviata. Cyma obsolete scorpioïdes,

pedunculis aphyllis 2. rarius monocephalis, nonnunquam reliquis abortis spicam veram simplicem fingens. Capitula plurimiflora, aeque magna ac in *V. macrocephala*, lateralia pedicellata. Involucrum profunde campanulatum, basi obtusum, multiseriale, arcte imbricatum, foliolis siccis, rigidis, planis, extus minute hispidiusculis, margine tenuiori breviter rigidegue ciliolatis, virescentibus, apice saturatioribus, mutici, ex semilanceolatis parvis in lineares, rectilineo-acuminata, 7‴ longa, fructu parum breviora. Rhachis ignota. Ovaria linearia, elongata, villosissima, 3‴ longa. Pappus pluriserialis, apice sordidescens, serie extima perbrevi, multipaleacea, ab interioribus aequalibus, setaceis longitudine latitudinecque distincta. — Sellow in Brasilia. (v. sp. s. 2.)

*V. Involucri plus quam 4-flori foliola intima saltem longe pleraque obtusa; cymae scorpioïdes, pedunculis ad basin capitulorum folia perfecta gerentibus, inferioribus abortis saepe spicas veras fingunt.* (n. 86 — 99.)

86. *V. grandiflora* n. sp. Nitida, foliis brevissime petiolatis, sublinearibus; foliolis exterioribus acuminatis.

Herba glaberrima facie *V. Sellowii*. Caulis gracilis, erectus, sulcatus, circiter sesquipedalis, simplex aut basi ramosus, basi apiceque aphyllus. Folia papyracea, brevissime petiolata, sparsa, pennineivia, nervis venisque utrinque prominulis, linearia s. lineari-lanceolata, in utroque fine acuminata, integerrima, erecto-patentia, 2 — 6‴ longa, 3‴ circiter lata. Capitula plurimiflora, magna aut terminalia et solitaria s. gemina basique folio parvo suffulta, aut in corymbum oligocephalum, terminatum disposita pedunculisque inferioribus folio perfecto basi stipatis. Involucrum hemisphaericum, floribus brevius, arcte imbricatum, multiseriale, foliolis planis, siccis, subcoriaceis,

glaberrimis, multinervis ex oblongo ovatis, acuminatis per elliptica, mucronulata in oblongo elliptica, 6‴ longa, obtusissima, superne atro-purpurea margineque scarioso lacero-dentata. Rhachis plana, nudissima. Pappus sordide flavescens, biserialis, serie exteriori brevi ab interiori longa longitudine atque latitudine distincta. Corollae glabrae, purpureo-violaceae. Achaenia stramineo-fusca, sulcata, trigona, extus convexa, hirsuta, 1½‴ longa. — Sellow in Brasilia. (v. sp. s. ptura.)

87. *V. Sellowii* (p. 301.) Foliis sessilibus inferioribus obovatis; foliolis exterioribus acuminatis, spinescentibus.

88. *V. ovata* (p. 294.) Foliis petiolatis, pilosis, ovatis s. obovatis, membranaceis.

Merckel in Paraiba (herb. Hofm.)

89. *V. glabrata* (p. 294.) Foliis brevissime petiolatis, papyraceis, glabris; foliolis exterioribus acuminatis; achaeniis glaberrimis.

Exstat varietas inter plantas Sellowianas recenter missas foliis oblongo-obovatis, antice argute serratis, mucronato-acuminatis, brevioribus et latioribus, supra scaberrimis; ovariis imperfectis tenuiter hirsutis foliolisque obsolete ciliatis.

90. *V. coriacea* n. sp. Foliis brevissime petiolatis, coriaceis, subtus tomentoso-incanis, foliolis exterioribus acutis; achaeniis nitidis.

Rhizoma lignosum, multicaule. Caules erecti, teretes, saepissime simplices, graciles, bipedales et ultra, striati, atropurpurei, superne albo-tomentosi, toti aequaliter foliati. Folia alterna, remotiuscula, coriacea, penninervia, rete venarum utrinque valde prominente, brevissime petiolata, petiolo gibbo, supra nitida, subtus tomento tenerrimo incana, linearia, obtusa aut acuta, integerrima, 3‴ — 6‴ longa, 4‴ — 6‴ lata, patenti-divergentia. Cyma scorpioïdea, spicam fingens, pedunculo tenuiter tomentoso, foliato,

simplicissimam; oligocephalam. Capitula aeque magna ac in *V. macrocephala*, plurimiflora; singula singulis foliis multoties longioribus suffulta, lateralia brevissime pedicellata, demum remota. Involucrum semiglobosum, floribus brevius, multiseriale, arcte imbricatum, foliolis siccis subcoriaceis, subglabratis s. extus obsoletissime et tenuissime tomentosis, multinerviis, inermibus, planis, ex minutis, rotundis, acutis, in lineam 4‴ longa, obtusa. Achaenia nitida, sulcata, fusca, irregulariter trigono-obcompressa, extus convexa. Pappus pluriserialis, serie extima brevi, paleacea ab interiori longa, setacea longitudine latitudineque distincta. Corollae purpureo-violaceae, glabrae. Rhachis plana, nudissima. (v. sp. s. plura)

91. *V. rubricaulis* (p. 299.) Foliis sessilibus, foliolis exterioribus acutis.

92. *V. obtusata* n. sp. Foliis petiolatis, involucri cylindracei foliolis extimis acutis.

Herba glaberrima, *V. obscurae* haud dissimilis. Caulis simplex, erectus, teres, striatus, totus subaequaliter foliatus, pluripedalis. Folia rigido-papyracea, petiolulata, penninervia, nervis, relequeque venarum ramosissimo prominulis, integerrima s. minute denticulata, alterna, laevia, supra nitida, subtus opaca sparseque atro-punctata, oblongo-obovata, basi acuminata, circiter 4‴ longa, $\frac{5}{4}$‴ lata, superiora parum minora nec rariora. Petioli concavo-conduplicati, brevissimi. Cyma scorpioïdes, terminalis, nondum fastigiata, ramis folia sua excedentibus, in specimine suppetente simplicibus, polyphyllis, erecto-patentibus, polycephalis. Capitula 10-flora, aeque magna in *V. obscura*, omnia sessilia, pl. gemina in axilla foliorum singulorum ellipticorum, magnopere obtusorum iisque multo minora, remotiuscula. Involucrum cylindraceum, floribus brevius, arcte imbricatum, multiseriale, foliolis siccis, rigidis, extus obsolete pilosis, margine tenuiori nigro-ciliatis ex ro-

tundo-ovatis, acutis, apiculatis, concavis in linearia, supeine latiora, plana, mutica, obtusa, 3''' longa. Rhachis nuda, plana. Ovaria hirsuta. Pappus sordidus, serie exteriori, brevi, paleacea ab interiori longa, setacea longitudine latitudineque distincta. Corollae glabrae, purpureo-violaceae. — Sellow in Brasilia. (v. sp. 1. s.)

93. *V. sericea* (p. 295.) Foliis breviter petiolatis, elongatis, subtus sericeis; foliolis ciliatis, exterioribus squarrosis; achaenlis pilosis.

94. *V. acutifolia* (Hook. bot. mag. 1831 t. 3062 vol. V.) Foliis petiolulatis, elongatis, subtus obscure pilosis; foliolis ciliatis, exterioribus squarrosis; achaeniis pilosis.

Differt a *praecedente* nonnisi foliis supra glabris, subtus obscure pilosis, foliolis ciliatis (ex icone). — Prope Rio Brasiliensium legit Boog.

95. *V. Schiedeana* (Linnaea VI. 399.) Foliis petiolulatis, sublanceolato-ellipticis, subtus pilosis; foliolis exterioribus adpressis; ovariis sericeo-villosis.

96. *V. obscura* (p. 296.) Foliis brevissime petiolatis, subtus villoso-tomentosis; involucris subcylindraceis.

97. *V. axilliflora* (p. 297.) Foliis petiolulatis, ovalis — oblongo-obovatis, basi saepe inaequali acutis, subtus villoso-tomentosis; involucri campanulati foliolis exterioribus obtusissimis, mucronatis.

98. *V. Cotoneaster* (p. 298.) Foliis petiolulatis, ovalis, basi obtusis aut obtusissimis, subtus villoso-tomentosis; involucri campanulati foliolis exterioribus mucronatoacuminatis.

99. *V. acuminata* n. sp. Frutex foliis petiolulatis, membranaceis, utrinque curvilineo-acuminatis, pilosiusculis; involucris turbinatis.

Frutex. Rami alterni, divaricati, stricti, teretes, subtilissime striati, pubescentes. Folia membranacea, rigida,

penninervia, nervis utrinque sed subtus magis prominentibus; venosa; breviter petiolata, alterna, subrotundo-s. ovato-lanceolata, summa saepius lanceolata, omnia longius breviusve utrinque curvilineo acuminata, integerrima, scabra, pilosiuscula, subtus frequenter punctata, 1 — 2½‴ longa, 4‴ — ⅝‴ lata. Petioli pubescentes, circiter 2‴ longi, supra canaliculati, infra convexi. Cymae scorpioïdes, terminales lateralesque, breves, ramis primariis divaricatis, circiter 2-pollicaribus, simplicibus s. bifidis, summis geminis, reliquis accessoriis, alternis, folia sua subaequantibus; pedunculis folia ovato-lanceolata s. lanceolata gerentibus curvatis, ∞-cephalis, usque ad pollicem longis. Capitula approximata, circiter 15-flora, 3‴ alta, sessilia, multa foliis lanceolatis basi stipata iisque breviora. Involucrum campanulatum fructibus parum brevius, foliolis membranaceis, extus obsolete pilosis, paullulum carinatis, 1 — 3-nerviis, fusco-stramineis, muticis, deinde stellato-patentibus, ex minutissimis, acuminatis in multo ampliora, obtusa aut acuta, oblongo-ovata, 2‴ longa, ¾‴ lata. Rhachis glabra. Pappi flavescentis series ext. brevis ab interiori 2‴ longa longitudine atque latitudine distincta. Achaenia subtrigono-turbinata, pilosa, ∞-costata, ¾‴ longa. — Differt ab affinibus pube totius plantae rara, foliis basi curvilineo acuminatis, pl. subrotundis s. brevibus, involucris turbinatis, foliolisque exterioribus minutissimis, latius nec angustissime acuminatis, capitulis denique achaeniisque minoribus. — Vidi spec. plura a Swartzio lecta in hrb. Hafn. Ups. et Holm. asservata.

*VI. Involucri plus quam 4-flori foliola conformia, intima saltem longe pleraque acuminata; cymae scorpioïdes pedunculis folia perfecta gerentibus, inferioribus saepius abortis spicas veras fingunt.* (n. 100 — 118.)

100. *V. arbuscula* n. sp. Frutex foliis petiolulatis,

obovatis, subtus villoso-incanis, capitulis foliis suis semper superatis.

Arbuscula verisimiliter humilis, ramis villo brevissimo densissimoque incanis, teretibus, rigidis. Folia firma, penninervia, nervis supra planis, subtus prominentibus, avenia, breviter petiolata, alterna, conferta, obdeltoïdeo-obovata, obtusissima — acutiuscula, basi acuta nec acuminata, integerrima, plana, supra piloso-canescentia, subtus villoso-incana. In specimine suppetente cymae scorpioïdes pedunculis simplicibus s. 2 fidis, polyphyllis, circiter 2-pollicaribus, rigidiusculis, summis quaternis, accessoriis paucis, alternis foliaque sua longe excedentibus sistuntur. Capitula sessilia, magnitudine atque facie ut in *V. arborescente*, a qua abhorret foliorum forma atque consistentia, ramis rigidioribus, foliolis inermibus. Involucrum turbinatum, floribus fructibusque multo brevius, foliolis villosis, punctatis, paullulum conduplicatis, recti lineo-acuminatis, 1-nerviis, inermibus, pallide fuscis, ciliatis, ex ovatis, exiguis in oblongo-ovata, multo majora, circiter 2‴ longa, linea dimidia parum latiora. Pappi argentei series ext. brevis ab interiori longitudine latitudineque magnopere distinguitur. Achaenia turbinata, villosa. — Insula Mauritii. (v. sp. 1. in hrb. Kth.)

101. *V. arborescens* (p. 302.) Frutex foliis petiolatis, ovatis s. oblongo-ovatis, membranaceis; pedunculis elongatis, polyphyllis; capitulis foliis suis semper superatis; involucris turbinatis.

Variat foliis planis — undulatis, obtusis — acuminatis, subtus sericeo-canescentibus — pilosis; 9‴ — 3″ longis, 3 — 15‴ latis. — Capitula 11 s. 12-flora, foliis suis saepius latiora. Foliola interiora latiora, circiter 2½‴ longa, ½‴ lata, exteriora patentia. Rhachis leviter alveolata. — In mont. ad Porto bello Billberg Apr. 1826.

102. *V. divaricata* (p. 306.) Frutex foliis petiolu-

latis, oblongo-ovatis, basi obtusis aut acutis, membranaceis, subtus ad summum villosis; pedunculis oligophyllis; capitulis quam folia sua lanceolata longioribus aut rarissime brevioribus multoque latioribus; involucris campanulatis. — Capitula 20-flora. Rhachis subnuda.

103. *V. Vahliana* (p. 306. VI. 399.) Frutex foliis petiolatis, membranaceis, pilosis, pedunculis oligophyllis, capitulis quam folia elliptica s. oblongo-elliptica, obtusa aut acuta pl. brevioribus, involucris campanulatis.

104. *V. rigida* (p. 314.) Foliis petiolatis, glabris, subcordatis, involucris turbinatis, pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

Frutex s. fruticulus (Sw. l. c.). Caulis ramosus ramique alterni, steriles stricti et rigidi (Sw.), florigeri flexuosi teretes, subtiliter striati, adulti cinerei et glabri, juniores sordide tomentosuli. Folia petiolata, alterna, penninervia, nervis utrinque prominentibus, reticulato-venosa, membranacea, rigida, integerrima, scaberrima, lucida, glabra, vix ad nervos hirtello-puberula, subtus pallidiora atque impresse-punctata, magis minusve obtusa, pleraque rotundo — elliptica s. elliptica, rarius obovata, subcordata, obtusissima — acuta 12 — 21‴ longa $\frac{3}{4}$ — 1″ lata. Petioli 1 — 2‴ longi, obscure tomentosuli, supra plani, subtus convexi. Cymae scorpioides terminales lateralesque, ramis primariis simplicibus, flexuosis, ∞-cephalis, oligophyllis, circiter tripollicaribus, summis geminis, accessoriis alternis paucis, folia sua longe superantibus. Capitula circiter 12-flora, brevissime pedicellata, pl. gemina, quorum complura basi foliis stipantur iisque superantur. Involucrum turbinatum, arcte imbricatum, 5‴ longum, fructibus parum brevius foliolis numerosis, parum carinatis, membranaceis, plurinerviis, fusco-stramineis, extus sparse pilosis, brevissime ciliato-serrulatis, longe lateque rectilineo-acuminatis, ex ovatis, minutis in oblongo-ovata,

$2\frac{1}{2}'''$ longa, $\frac{3}{4}'''$ lata. Rhachis nuda. Pappi series exterior brevis ab interiori longitudine latitudineque eximie distincta. Corollae desiderantur. Achaenia turbinata, multicostata, subsericeo-hirsuta, lineam longa. — *Swartz* rarius in montibus calcareis petrosis Jamaicae borealis. (v. sp. plura Swartziana.)

105. *V. obtusifolia* (p. 308.) Frutex foliis petiolatis, coriaceis (vel carnosis) obtusis, pilosiusculis.

106. *V. gracilis* (p. 302.) Herba foliis petiolatis, oblongo-ovatis, elongatis, basi obtusis aut acutis; foliolis adpressis. Foliola extima divergentia. Rhachis levissime alveolata. — Ad Carthagenam cl. Billberg Febr. 1826.

107. *V. stenophylla* n. sp. Herba foliis anguste linearibus, brevissime petiolatis.

Herba perennis, multicaulis. Rhizoma lignosum, horizontale? Caulis erectus, striatus, teres, basi glabriusculus, superne albo-villosissimus, in specimine suppetente 10-pollicaris, gracilis, simplex. Folia membranacea, 1-nervia, nervo subtus prominulo, avenia, laevia, anguste linearia, elongata, alterna, brevissime petiolata, acuta, mucronata, integerrima, margine revoluta, supra viridia, pilosa, subtus dense sericeo-villosa, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}'''$ longa, circiter lineam lata. Petioli vix lineam longi, densissime albo-villosi. Capitula aeque magna ac in *V. arborescente*, singula in axillis foliorum multoties longiorum sessilia, basique immediate folio breviori stipata, inferiora breviter pedicellata fingunt spicam racemosam simplicem, terminalem. Involucri campanulati foliola plana, subadpressa, linearia, longissime in mucronem subpungentem acuminata, extus villosa, membranacea, ex angustissimis in majora, circiter $2'''$ longa, vix $\frac{1}{2}'''$ lata. Pappi series ext. ab interiori longitudine latitudineque distincta. Corollae

glabrae, nimis in alabastro. Ovária villosa. — St. Domingo. (v. sp. 1. in brb. Kth.)

108. *V. macrophylla* n. sp. Herba foliis petiolatis infimis ovátis, amplissimis, acuminatis, basi obtusissimis. Herba perennis, dendromorpha. Caulis 20-pedalis, erectus, diametro circiter $1\frac{1}{2}$-pollicari, medulla farctus, magis minusve villoso-pubescens, teres, striatus, apice solo ramosus et foliatus. Folia membranacea, penninervia, nervis subtus prominentibus, venosa, alterna, petiolata, supra hispidiuscula, praesertim infima scabra venisque impressis rugulosa, subtus laevia, molliter villoso-pubescentia et punctata, remote et inaequaliter serrata, serraturis mucronatis, infima ovata, acuminata, basi obtusissima — acutiuscula, 17‴ — $1\frac{1}{2}$′ longa, 9 — 11‴ lata, reliqua lanceolato-elliptica, basi brevius, apice longius acuminata, fere 6‴ longa, $2\frac{1}{2}$‴ lata. Petioli villoso-pubescentes, extus convexi, intus canaliculati, foliorum infimorum $1\frac{1}{2}$‴ longi, reliquorum multo breviores. Cymae scorpioïdes, divaricatae, terminales maximae, pedales totidemque fere latae lateralesque minores, ramis magis minusve villoso-pubescentibus, primariis folia sua superantibus, inque pedunculos 3 — 4-pollicares, 3 — 5-cephalos dichotome magis minusve divisis, summis geminis, accessoriis alternis, multis. Capitula in siccis 6‴ alta, 9‴ lata, solitaria, sessilia, remota, multa foliis elongato-lanceolatis, longissime acuminatis, latitudine variis basi sufulta. Involucrum late campanulatum, fructibus aequale, foliolis membranaceis, planis, fuscis, apice obscurioribus, adpressis, ∞-nerviis, inermibus, ex ovatis, minutis, acutis, dense longeque cilialis, apice praecipue extus pilosis, per elliptica, obtusa in oblongo-elliptica, magis minusve late rectilineo-acuminata, 4‴ et parum ultra longa, $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$‴ lata, extus praecipue basi pilosa, margine anguste scariosa, serrulata nec ciliata. Pappi sordide flavescentis

series ext. brevis ab interiori longitudine latitudineque distincta. Corollae glabrae, violaceae. Ovaria longe villosa. — Amicissimus Lund legit in Serra do Mar altit. 2000 ped. provinciae Rio Janeiro.

109. *V. geminata* (p. 303. excl. syñon. quae ad *V. canescentem* pertinent.) Herba volubilis, foliis petiolulatis, oblongo-ovatis, basi obtusissimis aut acutis; foliolis exterioribus squarrosis.

110. *V. bardanoïdes* n. sp. Herba erecta foliis rotundis aut ellipticis, subsessilibus, basi obiter cordatis; foliolis squarrosis.

Caulis herbaceus, erectus, teres striatus, pluri-pedalis, hirto-villosus, basi subglabratus, atropurpurascens, totus aequaliter foliatus, in speciminibus suppetentibus simplex. Folia rigido-membranacea, penninervia, reticulato-venosa, nervis venisque utrinque prominentibus, subsessilia, basi obiter cordata, asperrima, supra lucida, subtus opaca et pilosa, mucronato-acuminata, ex orbicularibus, antice obsolete serrulatis, 2 — 3″ longis, 1½ — 2″ latis in elliptica, integerrima, minora nec rariora. Cyma scorpioïdes, pauciradiata, pedunculis erecto-patentibus, hirsuto-villosis, elongatis, polyphyllis, polycephalis, summis geminis, accessoriis alternis paucis. Capitula numerosa, multiflora, aeque magna ac in *Arctio majori*, pseudo-lateralia sessilia singulaque foliis binis, altero minori, basi stipata iisque pl. minora. Involucrum *V. argenteae* campanulatum, multiseriale, imbricatum, floribus brevius, foliolis siccis, linearibus, longe rectilineo-acuminatis in mucronem subpungentem, extus pilosis, exterioribus rigidis, angustissimis, patenti-divergentibus, interioribus multo latioribus, parum longioribus, multinerviis, margine scarioso obsolete ciliatis, tenuioribus, circiter 5‴ longis. Pappus argenteus, serie exteriori brevi, paleacea ab interiori longa, setacea, serrata longitudine latitudineque distincta. Co-

rollae purpureo-violaceae, glabrae. Rhachis plana, nuda. — Sellow in Brasilia. (v. sp. s. 3.) Simillima *V. geminatae* Less. sed bene distincta: facie *Arctii Lappae*, foliis mucronato-acuminatis, rotundis aut ellipticis; capitulis multo majoribus; foliolis glabrioribus, rigidioribus; inflorescentia simpliciori, pedunculis folia numerosa ad basin capitulorum gerentibus.

111. *V. Chamissonis* (p. 304.) Herba erecta, foliis petiolatis, ovato-lanceolatis; foliolis exterioribus longe angusteque mucronatis, erecto-patentibus.

112. *V. tomentosa* (p. 305.) Herba foliis petiolulatis inferioribus elliptico-lanceolatis, subtus villoso-incanis; foliolis exterioribus latius acuminatis, adpressis.

113. *V. megapotamica* (p. 308.) Foliis subtus lanato-tomentosis, sessilibus.

114. *V. remotiflora* (Rich. d. l. Act. soc. d'hist. nat. Par. p. 105. Pers. syn. II. p. 404. *V. sessiliflora* Linnaea p. 309.) Herba annua. foliis pilosis, sessilibus.

Caulis ramosus quoque ramis simplicibus. Folia punctata, supra scabra, pilosa, adulta glabra, saepe mucronata, $\frac{1}{2}$ — 1‴ lata, superiora saepius ovato-lanceolata. Inflorescentiae rami accessorii interdum desunt. Folia, e quorum axillis capitula singula prodeunt, 1 — 4‴ lata. (v. sp. ∞. in hrb. Vahl. et Kth., quorum unum ab ipso clar. Richardio erat communicatum.)

115. *V. verbascifolia* (p. 310.) Herba perennis ubique foliata, foliis sessilibus, villosis, intermediis obovatis.

116. *V. flexuosa* (p. 311.) Herba perennis, superne aphylla, foliis utrinque pilosis s. hirsutis, superioribus lineari-lanceolatis.

117. *V. cognata* n. sp. Herba perennis tota foliata, foliis sessilibus, discoloribus; capitulis 10 — 12-floris.

Caulis erectus, pluripedalis, herbaceus, totus subaequaliter foliatus, striatus, magis minusve villosus, pilis in

siccis flavicantibus. Folia membranacea, sparsa, exacte sessilia, penninervia, basi obtusiuscula, discolora, supra scabra et hirsutiuscula, nec rugosa, subtus pallidiora et magis minusve villosa, villo saepius densissimo et subsericeo, ex obovatis, acutis, circiter 4‴ longis, 1½‴ latis in linearia, acuminata, minora, circiter 3 — 4‴ lata, pl. undulato-serrata, nec rariora. Cyma *V. platensis*, ramis nempe elongatis, erecto-patentibus, villosissimis, folia autem sua semper superantibus, pedunculis polycephalis, polyphyllis. Capitula 10 — 12-flora, magis minusve remota, foliis suis pl. majora, pseudo-lateralia sessilia, gemina s. singula. Rhachis plana, nuda. Involucrum in axillis foliorum corollae et pappus prorsus ut in *V. platensi* et *obovata*, cui proxime accedit, a qua autem differt caule toto dense foliato, altiori et crassiori, pedunculis foliatis, crebrioribus, erecto-patentibus, multo longioribus, foliis superioribus linearibus, capitulis 10 s. 12-neq 16-floris. A *V. platensi* distinguitur; foliis haud rugosis, inflorescentiae ramis insidentibus s. eorum bases stipantibus multo minoribus; capitulis 10 — 12 nec 37-floris; pube totius plantae crebriori et longiori. — Brasilia.

118. *V. platensis* (p. 312.) Herba perennis; ubique foliata, foliis sessilibus elongato-lanceolatis, supra hispidis, subtus villoso-canescentibus; capitulis 37-floris.

*VII. Involucri plus quam 4-flori foliola intima saltem longe pleraque acuminata; capitula neque solitaria neque in cymas scorpioïdes disposita.* (n. 119 — 130.)

119. *V. linearis* (p. 285.) Foliis anguste linearibus; involucris campanulato-cylindraceis; capitulis lateralibus singulis singulo folio basi stipatis, sessilibus aut subsessilibus.

120. *V. rosmarinifolia* (p. 286.) Foliis angustè linearibus; involucris campanulato-cylindraceis; capitulis lateralibus singulis foliis pluribus basi stipatis, sessilibus aut subsessilibus.

121. *V. linearifolia* (p. 287.) Foliis anguste linearibus, subtus lanato-tomentosis; involucris campanulatis, capitulis quam rami sui brevioribus.

122. *V. barbata* (p. 287.) Foliis sessilibus ovatis; corollis barbatis.

123. *V. viscidula* (p. 289.) Frutex foliis sessilibus, ovatis s. obovato-oblongis, coriaceis; corollis glabris.

124. *V. ruboides* (p. 290.) Suffrutex foliis obovatis, brevissime petiolatis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

125. *V. speciosa* (p. 290.) Frutex foliis ovatis, brevissime petiolatis; pappi seriebus non latitudine distinctis.

126. *V. arctioides* (Linnaea VI. 400. *Diazeuxis serrata* Don Linn. Trans. XVI. 254.) Frutex foliolis petiolulatis, firmis, obovato-lanceolatis; pappi seriebus latitudine haud distinctis; corollis achaeniisque glaberrimis.

127. *V. argentea* n. sp. Caule herbaceo, foliis subtus argenteo-tomentosis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis; corollis glabris.

Caulis herbaceus, teres in speciminibus suppetentibus 2 — $2\frac{1}{2}$-pedalis, simplex, erectus s. adscendens, teliusculus, sulcatus, argenteo-tomentosus. Folia coriacea, penninervia, nervis subtus prominentibus, supra nitida, reticulato-venosa, et sparse impresso-punctata, subtus argenteo-tomentosa, ex oblongo-obovatis, acutis, antice obsolete serrulatis, 4‴ longis, $1\frac{3}{4}$‴ latis, sessilibus in rotunda, mucronato-acuminata, brevissime petiolulata, integerrima, multo minora nec rariora. Capitula multiflora, aeque magna ac in *V. anthelmintica*, in racemum terminalem, terminatum, linearem, 2 — 8-pollicarem dispo-

sita,

sita, singula singulo folio orbiculari, breviter curvilineo-acuminato, caeterum caulinis simillimo suffulta eoque superata. Involucrum floribus brevius, campanulatum, multiseriale, laxe imbricatum, foliolis siccis, linearibus, conformibus, in mucronulum pungentem longissime rectilineo-acuminatis, intimis subglabratis, tenuibus, plurinerviis, virescentibus, apice purpurascentibus, obsolete ciliatis, exterioribus extus albo-tomentosis, parum brevioribus, multo angustioribus. Rhachis leviter alveolata, plana. Pappus flavescens, serie exteriori paleacea ab interiori setacea et serrata longitudine latitudineque distincta. Corollae purpureo-violaceae, glabrae. Ovaria oblonga, hirsuta. — Sellow in Brasilia. (v. sp. 2.)

128. *V. cinerea* (p. 291.) Herba annua, foliis oblongo-obovatis.

Huc quoque pertinet: *Chrysocoma violacea* Schum. fl. guin. l. c. p. 158! *Chr. purpurea* Forst. (sec. specimen Forsterianum in herbario Upsalensi asservatum) *Conyza mollis* W. sp. pl. III. p. 1924!; *Conyza prolifera* Lam. Enc. II. p. 84, quam clar. Vahl ipse in herbario Lamarckiano vidit et varietatem esse *C. cinereae* in mss. dixit; nec non fortasse: *Conyza heterophylla* Lam. Enc. II. p. 84, cujus specimen ab ipso auctore missum in herbario Vahliano adservatur, quod nonnisi foliis 3 — 4‴ longis; 3 — 4‴ latis, rotundis, firmioribus, obtusissimis — acutis, basi subcordatis — breviter curvilineo-acuminatis, crenato-repandis differt. *) — Exstant in herb. Horn. specimina ab Hoffmang-Bang in China, Zeylona, in hrb. Kth. in Coromandel, Madagascar, insula Mauritii et Waighiou. In

*) *Conyzae spathulatae Vahl. mss.; a cinerea haud diversae adjecta est nota haec: Planta, a Koenigio sub nomine Conyzae cinereae saepe missa, asservatur in herbario Linn. sub nomine Conyzae sinensis; descriptiones vero Linnaei minime cum mea plantâ quadrant.*

Guinea Thonning; ill. Ehrenberg reperit ubique in agris pr. Gumfude in Arabia atque in iis qui inde austrum versus porrigent; in Japonia Ceylona, Java Thbrg.

129. *V. chinensis* (Linn. VI. 105.) Herba annua, pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis.

Folia etiam obovata. Paniculae dichotomae, terminatae, non scorpioides, parum ramosae, oligocephalae, pedicellis inaequalibus, folio basi saepissime stipatis eoque brevioribus, quam capitula modo longioribus modo brevioribus. Foliola in mucronem innocuum longe rectilineo acuminata, exteriora multo angustiora et patentia. — Exstant specimina plurima in herbariis spontanea, in China, prope Bataviam, in Pegu et Java lecta. Secundum schedulas Thunbergianas Javanensibus audit *Kassi Bukan.*

130. *V. Roxburghii* n. sp. Frutex foliis sessilibus, obovato-lanceolatis, membranaceis.

Frutex ramis teretibus, striatis, superne hispidulo pubescentibus. Folia membranacea, rigida, penninervia, sessilia, alterna, obovato-lanceolata, argute serrata, ad nervos praecipue subtus hispido-pubescentia, $1\frac{1}{2}$ — 4‴ longa, 6‴ — $1\frac{3}{4}$″ lata, supra aspera, avenia, subtus reticulato venosa, scaberrima, punctata. Fasciculi terminales lateralesque, oligo (2 — 6-) cephali, parvi, ramis abbreviatis, inferioribus folia sua fere aequantibus s. superantibus, aut nonnunquam spicae terminatae, simplices, terminales. Capitula aeque magna in *V. anthelmintica*, 6‴ alta totidemque fere lata, brevissime pedicellata, pedicellis hispido-pubescentibus. basi folia perfecta pedicellis ipsisque capitulis longiora gerentibus. Involucrum campanulatum, fructibus parum, floribus multo brevius, foliolis subcoriaceis, ∞-nerviis, planis, superne et ad nervum medium viridibus, ex ovatis, in mucronem brevem, rigidum, subpungentem rectilineo-acuminatis, vix $1\frac{1}{2}$‴ longis et 1‴ latis, superne longe ciliatis extusque pilosis in oblongo-

elliptica, obtusissima — acuta, mucronulata, margine late scariosa, apice nonnunquam purpurascentia, 5‴ longa, 1‴ lata. Pappi series confluentes. Corollae glabrae colore ignoto. Achenia ∞-costata, 2‴ longa, diametro circiter ½ lineari, pallide fusca, subregulariter obconica, punctata, valleculis pilosa. — Vidi specimina duo in herb. Horn., sub *Eupatorio aspero* Roxb. a clar. Wallichio communicata.

Sect. IV. *Ascaricida.* (n. 130—139.)

*Involucri campanulati foliola inermia, exteriora patentibus, totis foliaceis per superne foliacea foliolisque extimis simillima, atque inferne sicca foliolisque intimis simillima in tota sicca. Pappus biserialis, serie int. longa.*

131. *V. populifolia* (p. 256.) Frutex. — Folia pennivervia, in partibus superioribus conferta, ovata. Pedunculi sulcato-angulati, dense tomentosi, fastigiati, subcymosi, foliis suis perfectis multo breviores, circiter ½—1‴ longi, simplices et monocephali s. brevissime 2-fidi et dicephali, summi gemini, reliqui pauci, alterni, magnopere adproximati. Capitula 5‴ alta, plurimiflora. Involucri foliola angusta, ex linearibus, foliaceis, squarrosis, utrinque lanatis, per semilanceolata, latiora, inferne sicca et intus glabra, superne foliacea et utrinque lanata in linearia, acuminata, majora, circiter 3½‴ longa, ½‴ lata, tota sicca, nonnisi extus lanata. Rhachis plana, nuda. Achaenia obconica, ⅝‴ longa, multicostata, fusca, semper pilosa. (v. sp. s. ∞.)

132. *V. anthelmintica* (p. 293.) Herba pube capitata nulla; foliolis intimis obtusis aut acutis; pappi seriebus non latitudine distinctis.

133. *V. paniculata* (p. 292. Synonymis addatur: *V. senegalensis* Desf. Catal. H. Par. ed. 3. p. 400 (ex hrb.

Kth.) et *Centrapalus galamensis* Cass. Dict. VII. p. 383. ex descriptione.) Herba pube capitata nulla, foliolis intimis acuminatis, pappi seriebus non latitudine distinctis.

Folia scabriuscula etiam elliptico s. obovato-lanceolata, 1‴—3‴ longa, $\frac{1}{2}$‴—1‴ lata. Capitula solitaria s. gemina. Involucri foliola membranacea, punctata, in mucronem subpungentem longe recitilineo acuminata, extimissimis, foliaceis, divergentibus, remote breviterque ciliatis in sicca, parum longiora, multo latiora, superne breviter serrato-ciliata, 4$\frac{1}{2}$‴ longa, $\frac{2}{3}$‴ lata. Corollae purpurascentes, circiter 5—6‴ longae. — (v. sp. s. ∞.)

134. *V. Bojeri* n. sp. Herba pube caulis ramorumque capitata; pappi seriebus non latitudine distinctis.

Caulis herbaceus, dichotomus, ramique foliis, e quorum axillis proficiscuntur, longiores, teretes, striati, obscure hirsuto-pubescentes, pilis divergentibus, capitatis, longis. Folia membranacea, penninervia, nervis subtus prominulis, sessilia, alterna, mucronulata, integerrima, punctata, supra scabra et hirsutiuscula, subtus obsolete albo-tomentosa et pallidiora, caulina obovato-lanceolata, 4‴ longa, $\frac{5}{4}$‴ lata, ramea oblongo-ovata s. elliptica, pluries minora. Capitula solitaria, terminalia, quam in *V. pandurata* multo majora, in siccis 7‴ longa totidemque lata, ramis ultimis brevibus, quos terminant, longiora — parum breviora. Involucri campanulati foliola numerosa, plana, ex foliaceis, ciliatis, squarrosis, in mucronem longissimum, innocuum acuminatis, basi ovatis, angusstissime linearibus, superne pilis crassis, divergentibus, longis capitatis, obscuris gracilibusque rarioribus, albis utrinque instructis iisque ciliatis in erecta, sicca, pl. 1-nervia, linearia, acuminata, multo ampliora, circiter 5‴ longa et $\frac{2}{3}$‴ lata, apice ciliata extusque albo-pilosa, dense punctata, straminea, apice obscuriora. Pappus argenteus, breviter serrato-plumosus, serie exteriori brevissima ab interiori longitudine nec la-

titudine distincta. Corolla purpurascens, punctata, circiter 5''' longa. Ovaria piloso-canescentia. — Specimina a Bojero in insula Zanzebar lectum atque a cl. Lessonio communicatum suppetit in herbario Kunthiano.

135. *V. praealta* (p. 264.) Herba foliis breviter petiolatis, linearibus, elongatis, foliolis filiformi-acuminatis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis, achaeniis glaberrimis.

Huc fere absque dubio pertinet: *V. glauca* (W. sp. pl. III. p. 1633. *Senatula glauca* Lu. sp. pl. 1146. Gron. virg. 116. *Senatula maryilandica* Dill. elth. 354. t. 262.); *V. tomentosa* Ell. sk. II. p. 288; nec non *V. Baldwini* James in Ann. of Lyceum of N. York II. p. 211., quae omnes secundum descriptiones notis nonnisi levissimis a se paullulum recedunt.

136. *V. angustifolia* (p. 262.) Herba foliis sessilibus, linearibus, supra laevibus, subtus ad summum pilosiusculis; foliolis filiformi-acuminatis, corollis glabris, achaeniis hispidulis.

Vidi in herbario Kunthiano specimen a Michaux lectum et a Richard communicatum. Planta nonnisi foliis margine revolutis, flaccidis, angustissimis, ne $\frac{1}{2}$''' quidem latis, minute pilosiusculis, 1-nerviis diversum.

137. *V. scaberrima* (p. 263.) (synonymis adde: *V. angustifoliam* et *scaberrimam* Elliot. sketch. etc. II. p. 286.) Herba foliis sessilibus, linearibus, supra scaberrimis; foliolis longe filiformi-acuminatis, corollis glabris, achaeniis hispidulis.

Suppetit in hrb. Kunthiano specimen a Le Comte lectum et ab ipso Richardio communicatum. Haec uti praecedens variat quam maxime foliis latioribus angustioribusve, margine revolutis vel planis, foliolorum appendiculis longioribus brevioribusve.

138. *V. oligophylla* (p. 314. Ell. sk. II. p. 286.)

Herba superne aphylla; foliis inferioribus oblongo-ob-
valis, nitore[illegible]

Herba perennis radice stolonifera (Ell. l. c.). Caulis pilosiusculus, scabriusculus, teres, striatus, erectus, 1—3' altus, simplex, superne aphyllus, atque in paniculam terminatam, dichotomam, subprafastigiatam divisus, ramis divaricatis, sulcato angulatis, pubescentibus, basi squamis angustissime semilanceolatis stipatis. Capitula circiter 4‴ alta, multiflora, pedicellis suis magis minusve breviora. Folia sessilia, membranacea, penninervia, nervis utrinque planis, pilosiuscula, scabra, supra subaveniaa, sparse punctata, subtus frequentius et immerse punctata, pallidiora et venosa, ex confertis, oblongo obovatis s. subspathulatis, acutis s. obtusis, basi longe attenuatis, irregulariter et profunde crenato-serratis, 2—7‴ longis, ½—3‴ latis in lanceolato-linearia, elongata, breviora et multo angustiora, mucronato, denticulata, remoti. Involucrum campanulatum, fructibus floribusque multo brevius; foliolis planis, glabris, ciliatis, ex foliaceis, divergentibus, ovato-linearibus, angustissimis, longe filiformi et curvilineo acuminatis in longiora latioraque, acuta, longius breviusve filiformi-mucronata, 2‴ et parum ultra longa, vix 1‴ lata, ∞-nervia. Pappi series ext. brevis ab interiori longitudine atque latitudine distincta. Corollae glabrae, 4‴ longae. Achaenia 1½‴ longa, obcompresso-trigona, ∞-costata, punctata, fusca, costis hispidulis. In pinetis humilibus et paludosis Carolinae borealis et australis. Nutt. l. c. (v. sp. plura in hrb. Vahl. et Kth.)

139. *V. squarrosa* n. sp. (*V. rubricaulis squarrosa* Linnaea IV. 300.) Herba tota foliata, foliis sessilibus, linearibus; foliolis obtusis aut acutis; achaeniis hirsutis. Rhizoma lignosum, multicaule. Caules erecti, simplices s. ramosi, teretes, pl. purpurascentes, obsolete tomentosi — subglabrati, basi lignosi et aphylli, caeterum

aequaliter dense foliati et herbacei. Folia membranacea, sessilia, sparsa, uni-s. penninervia, erecto-patentia — patenti-divergentia, linearia, elongata, inferiora saepe oblongo-obovata, obtusa — acuminata, supra glabra, scabra et rugosa, subtus albo-tomentosa, rarius glabrata et pallidiora, integerrima, margine revoluta — plana, 1½ — 3¼ longa, 1 — 6‴ lata. Cymae terminales, scorpioïdes, longae s. breves, ramis primariis, pl. simpliciformibus, suprafastigiatis, erecto-patentibus s. patenti-divergentibus, polyphyllis, pl. elongatis et polycephalis, summis verticillatis, caeteris accessoriis alternis folia sua superantibus. Capitula multiflora, circiter ½″ alta, magis minusve distantia, foliis suis pl. breviora, rarius gemina. Involucrum *V. macrocephalae* campanulatum, fructibus vix brevius, multiseriale, foliolis muticis, planis, obtusis aut acutis, ciliatis — valde ciliatis, ex oblongo-ellipticis, foliaceis, squarrosis, subtus albo-tomentosis in linearia, acuta, glabrata, 3‴ longa, tota sicco membranacea, superne atropurpurascentia. Rhachis nuda, plana. Pappi argentei series exterior brevis palcacea ab interiori setacea, longa longitudine latitudineque distincta. Corollae purpureo-violaceae, glabrae. Achaenia hirsuta, multi-costata, oblonga, obcompresso-subtrigona, dorso convexa.

α) *angustifolia* foliis confertis, angustis margine revolutis; cyma polycephala.

β) *plantaginea* foliis rarioribus, latioribus, inferioribus margine planis; cyma oligocephala.

Differt a *V. rubricauli*: foliorum tomento, si adest, opaco nec sericeo, nervis supra impressis nec prominulis, pagina superiori rugosa; foliolis squarrosis, extimis foliaceis, interioribusque apice foliaceis extus semper tomento albo et persistenti obsessis nec omnibus siccis et sibi adpressis et ad summum obsolete arachnoïdeo-tomentosis.

140. *V. macrocephala* (p. 298.). Herba foliis petio-

lulatis; pappi seriebus longitudine latitudineque distinctis; achaenis sericeis.

141. *V. mexicana* n. sp. Frutex foliis petiolatis, obovatis; foliolis intermediis obtusissimis; pappo abbreviato; achaeniis glaberrimis.

Frutex *V. arctioidi* haud dissimilis. Rami teretes, crassi, obsoletissime cinereo tomentosi. Folia tenero membranacea, penninervia, petiolata, venosa, obovata, acuta, basi cuneata, supra scabriuscula et glabriuscula, subtus tenuiter tomentoso incana, mucronulato denticulata, circiter 8‴ longa, fere 6‴ lata. Petioli nerviique supra plani subtusque convexi, illi obsoletissime tomentosi et 1½—2‴ longi. Capitula aeque magna ac in *Cardio acanthoide* corymboso paniculata, ramis obsoletissime tomentosis, angulatis, erecto-patentibus, flexuosis, basi aphyllis. Involucrum globosum, multiseriale, imbricatum, foliolis glabris, planis, muticis, ex rotundo-ovatis, perexiguis, acuminatis in ampla, rotundo-elliptica, obtusissima, apice foliacea, squarrosa in linearia, acuta, fere 9‴ longa, flaccida, tota subscariosa, purpurascentia. Rhachis plana, nuda. Ovaria fusca glaberrima. Pappus setaceus, flavescens, multiserialis, inaequalis, linea parum longior. Corollae 6‴ longae, coeruleae, limbo cylindraceo 5-fido longe turbinatum in tubum gracilem, puberulum, longum. Antherae ecaudatae. Stylus ut in omnibus congeneribus. — Schiede ad Cuesta grande de Chiconquiaco Septbr. 1829. (v. sp. s. 2. manca.)

Sect. V. *Pacourina* (n. 141. 142.)

*Involucri subglobosi foliola exteriora foliacea, spina terminata, in intima tota sicca sensim abeunt. Pappus multiserialis, brevis, seriebus confluentibus.*

Herbae meridionali-americanae caulibus carnosis; foliis membranaceis, glabris;

142. *Pacourina edulis* (Aubl. l. c. t. 316. *Pacourinopsis integrifolia* Cass. l. c. *Haynea edulis* W. l. c.) Foliis spinuloso-serratis.

Radix fibrosa (Aubl.) Caulis inanis, crassus; simplex, striatus, vix apice puberulus, ubique aequaliter foliatus 3 — 4-pedalis. Folia semiamplexicaulia, glandulis immersis, crebris scabriuscula, spinuloso-serrata, in utroque fine sub-integerrima, ovato-s. elliptico-lanceolata, basi angustissime curvilineo-acuminata, venosa, nervo primario inferne dilatato, plano et striato, superne subtus prominente, 5 — 8″ longa, $\frac{3}{4}$ — 3″ lata. Cymae scorpioïdes, terminales, pl. 1. s. 2. (fortasse quoque pluri)-radiatae, spicas fingunt solitarias s. geminas, pedunculis erecto-patentibus, 3 — 4-pollicaribus, capitula sessilia, remotiuscula, plurimiflora diametro semipollicari, magnitudine fere eadem quam in *Astere chinensi*, singula folio multoties ampliori, caulinis parum minori iisque simillimo basi suffulta gerentibus. Involucri globosi foliola glabra, exlotis foliaceis, viridibus, paucis, patentibus, spinoso-mucronatis, ellipticis, obtusis, multiplinerviis, venosis, perlatiora, inferne sicca et straminea, apice dilatata, patentia, foliacea et viridia in tota sicca, straminea linearia, acuta?, inermia, vix mucronulata, longiora quidem sed angustiora, margine late scariosa, circiter 7‴ longa et $1\frac{1}{2}$‴ lata. Pappus circiter lineam longus. Corollae purpurascentes, circiter 7‴ longae, limbo inflato tubum longe superante. Stylus gracilis. Ovaria glaberrima. — Guiane française (Aubl. Martin). (v. sp. 3. in lib. Kth. et Horn.)

143. *Pacourina cirsiifolia* (Kth. l. c.) Foliis grosse dentato-spinosis.

## Sect. VI. *Albertinia*.

(Sprg. syst. III. 355. Linnaea IV. 340 ex parte.)

*Rhachis profundissime alveolata.* — Frutex brasiliensis.

144. *V. brasiliensis* * (*Albertinia brasiliensis* Sprg. Linnaea IV. 341.)

Rhachis non bracteolata sed revera alveolata s. paleaceo-fimbrillifera, fimbrillis connatis, quam rudimentariam in multis sectionum praecedentium speciebus invenimus.

*Vernoniae* speciebus, quas videre adhuc mihi non licuit, addo: *V. persicifoliam* Desf. Catal. h. paris. 1829. p. 400.

## EREMANTHUS (p. 317.)

2. *E. incanus* (*Albertinia incana* Linnaea IV. 342.) alteri speciei simillimus sed differentiae sat numerosae e descriptionibus jam apparent.

Glomeruli obsolete et irregulariter lobati e capitulis unifloris inferne connatis lanaque densissime conjunctis constantes, quos olim pro capitulis habui, insident ramis inflorescentiae, superne complanatis et valde dilatatis. Inflorescentiam simillimam reperimus etiam in *Vernonia capitata* sed huic capitula sunt pluriflora. Folia himai (olim bracteolae) a reliquis distincta, caduca.

## SPARGANOPHORUS (p. 335.)

Suppetunt in hrb. Vahliano et Thbrg. specimina, sub *Ethulia Struchio* a Swartzio missa, pappo 2—4-ernato, s. irregulariter repando.

## ETHULIA (p. 336.)

(*Pirarda* Adans. fam. II. p. 499. *Leighia* Scop.)

Herbae erectae, ubique aequaliter foliatae, superne magis minusve hirsutae, pl. ramosae caulibus teretibus; foliis membranaceis, penninerviis, breviter petiolatis, punc-

talis; capitulis parvis; paniculis terminatis, terminalibus; involucri campanulati foliolis parvis, linearibus, ciliatis, punctatis, glabriusculis, interioribus majoribus; corollis purpureo-violaceis, inferne pilosiusculis.

1. *E. conyzoïdes* (L. Syst. veg. p. 612. Sp. pl. p. 1171. L. fil. dec. rar. I. p. 1. At. 1. Houtt. Pfl. S. IX. p. 235.) Ramis inflorescentiae primariis inferioribus quam folia sua brevioribus.

Radix annua, tenuiter fibroso-fusiformis, ramosa, perpendicularis. Caulis 10‴ — 4′ et ultra altus, sulcato-striatus, simplex s. ramosus ramique alterni magis minusve hirsuti. Folia tenera, nervis primariis plano-dilatatis striatisque, serrata s. crenato-serrata, adulta pl. glabra, juniora magis minusve hirsuta, ex obovatis, subspathulatis, acutis, basi longe curvilineo-acuminatis, circiter $1\frac{1}{2}$ — 4″ longis, $\frac{3}{4}$ — 2″ latis, oppositis, basi (linea) conjunctis in elliptico-lanceolata, alterna, $\frac{5}{4}$ — $\frac{10}{4}$ longa; $\frac{1}{2}$ — 1″ lata. Paniculae contractae, subcymosae, ramis patentibus — patenti-divergentibus, alternis s. verticillatis, hirsutis, sulcatis, prioribus foliis perfectis, elliptico-lanceolatis basi stipatis iisque multo brevioribus. Involucri foliola subfoliacea, viridia, superne saturate viridia, acutiuscula — acuminata, interiora circiter lineam longa. Rhachis convexa. Achaenia lineam longa. ♃ Habitat in India orientali (sec. L.); in Aegypto (pr. Damiette Sieber; ad ripam Nili in limo Novbr. Forsk.) (v. sp. ∞. s. et viv.)

2. *E. gracilis* (p. 336.) Ramis paniculae folia sua longe excedentibus.

Caulis striatus, fusco-purpurascens, ramosus, magis minusve hirsutus, fortasse pedalis et ultra. Folia, quae suppetunt, alterna, hirsuta, juniora subsericeo-canescentia, nervis subtus prominulis, uniformia, anguste lineari-lanceolata, remote serrulata, subtus excavato-punctata, petiolis hirsuto-canescentibus, intus canaliculatis, adjectis

1½‴ — 3‴ longa; 1½‴ — 4‴ lata. Paniculae laxae, dichotomae, amplae, ramis gracilibus, patentibus, inferioribus elongatis foliaque angustissime lineari-lanceolata, e quorum axillis prodeunt, longe excedentibus, superioribus gradatim brevioribus, filiformibus et hirsuto-canescentibus. Capitula aeque magna ac in *Chrysanthemo pusillo*. Involucri foliola sicca, apice viridia, caeterum straminea, acuta s. obtusa, interiora circiter lineam dimidiam longa. Rhachis plana. Corollae circiter 1‴ longae. Achaenia exigua, ⅓‴ fere longa. — Distinguitur a praecedente, cui est simillima: statura omnium partium praecipue acheniorum minori hirsutieque densiori, foliis omnibus lineari-lanceolatis, multo angustioribus, remote serrulatis, subtus excavato punctatis: panicularum ampliorum ramis multo longioribus, gracilioribus, alternis, vix unquam oppositis, inferioribus folia sua multo angustiora longe superantibus; rhachide plana, denique foliolis magis obtusis apiceque tantum viridibus. — Prope El-Querebyn. Africae orientalis Caillaud; ad Congo Chr. Smith (h. Horn.); in insula Zanzebar Bojer (h. Kth. et Horn.).

## AMPHEREPHIS.

(*Centratherum* p. 319. *Ampherephis*; *Centratherum* et *Herderia* Cass. Ann. sc. nat. 1829. p. 28 et 29.)

Capitulum multiflorum. Pappus uniserialis, paleis distinctis. Corolla regularis.

Plantae aequinoctiales, ramosae, foliis brevissime petiolatis, alternis, penninerviis, inermibus, nervis utrinque planis; capitulis solitariis, terminalibus.

1. *A. aristata* (*C. punctatum* p. 320.) Foliis etomentosis; foliolis omnibus in spinam acuminatis. Frutex erectus, ramosissimus, simpliciusculus, vix pedalis; ramis alternis, teretibus, fuscis, hirsuto-pubescentibus, junioribus subangulatis et canescentibus (Kth. l. c.).

Folia conferta, avenia (venosa Kth.), plana, membranacea, oblongo-obovata, acuta s. acuminata, basi in petiolos brevissimos pubescentes, canaliculatos (Kth.) angustata, serrata, supra pilosiuscula, subtus pilosa, pallidiora et excavato-punctata, 5 — 11‴ longa, 2 — 3‴ lata. Involucrum campanulatum, imbricatum, floribus aequale, basi foliis pluribus inaequalibus, divergentibus, capitulum ipsum excedentibus suffultum, foliolis sicco membranaceis, stramineo-fuscis, apice purpurascentibus, spinoso-aristatis, plurinerviis, extus pilosis, ex semilanceolatis in elliptico-lanceolata, 3‴ longa. Rhachis nuda, plana (Kth.) Capitula solitaria ramos superne aphyllos terminant. Corollae glabrae, limbo cylindraceo, purpureo, 5-fido, tubo longo, tenui. Achaenia cylindracea, costato-angulata, apice obtusa, glaberrima, lineam longa, fuscescentia (Kth.) — Ill. de Humboldt in ripa fluvii Orinoci juxta pagum Maypures ♄. Majo. (v. sp. 2. in hrb. Kth.)

2. *A. intermedia* (Lk. l. c; p. 320.) Foliis elomentosis; foliolis exterioribus in spinam longe acuminatis, intimis obtusis aut acutis, mucronatis.

Herba annua, dichotoma, circiter pedalis, caule tereti, hirsuto, toto aequaliter foliato. Folia ovato-s. elliptico-spathulata, acuta, apiculata, basi longe angusteque curvilineo-acuminata et integerrima, crenata, obsolete hirsutiuscula, subtus pallidiora et excavato-punctata, petiolis brevibus adjectis $1\frac{1}{2}$ — 2‴ longa, 8 — 12‴ lata, lamina unigui, multo minori. Capitula solitaria, terminalia, aeque magna ac in *Erigeronte alpino*. Involucrum campanulatum, floribus brevius, foliis pluribus, inaequalibus, divergentibus, capitulum ipsum pluries superantibus basi suffultum, foliolis planis, siccis, ex triangulari-ovatis, in spinam rigidam, longam longe rectilineo-acuminata, eciliatis in oblongo-elliptica, obtusa aut acuta, margine late scariosa et purpurascentia, superne pilis brevibus, capitatis

ciliatis extusque obsessa, mucronata, circiter $2\frac{1}{2}'''$ longa. Rhachis plana, nuda. Corollae purpureo-violaceae, longae et regulariter 5-fidae; laciniis acuminatis, tubo gracili longo, extus pilosiusculo. Antherae breviter caudatae ut in *Vernoniis*; alis acutis. Pappi setulae lineam longae, serrulatae, valde caducae. Stylus *Vernoniae*. Achaenia immatura glaberrima. — (v. cultam.)

3. *A. muticа* (Kth.: *Centratherum* Linnaea IV. 320.) Foliis tomentosis; foliolis obtusis, mucronatis.

Caulis herbaceus, subpedalis, ramosissimus, erectus, ramis alternis, teretibus, junioribus hirsuto-pubescentibus, purpurascentibus. Folia penninervia, avenia, elliptica s. obovato-lanceolata, basi longe cuneata et integerrima, caeterum crenato-serrata, acuta, supra hirsuta, subtus hirsuto-pubescentia et pallidiora, petiolo canaliculato; piloso addito 8 — $12'''$ longa, 2 — $3'''$ lata. Capitula solitaria, terminalia in ramis apice aphyllis. Involucrum campanulatum, imbricatum; foliolis numerosis, planis, sicco-membranaceis; trinerviis, glabris, erectis, ex subrotundo-ellipticis, acutis, mucronatis, ciliatis, integerrimis per oblongo-elliptica, obtusissima, mucronulata, in oblongo-ovata, obtusa, mutica, margine toto latissime scariosa, ciliato-denticulata, multo ampliora. Rhachis plana, nuda. Corollae purpureo-violacae, laciniis linearibus, acuminatis, parte integra multo brevioribus, tubo gracili, longo pilisque subcapitatis pilosiusculo (nec glabrae). Achaenia ex cel. Kunthio oblongo-cylindracea, sulcata, glabra, laevia, pallide fuscescentia, $3'''$ longa. Genitalia praecedentium. Pollen echinulatum. — Ill. de Humboldt locis temperatis Novae Andalusiae in monte summo Cocollar alt. 410 hexap. (v. sp. s. pauca.)

4. *A. indica* n. sp. Foliis subtus tomentosis.

Caulis herbaceus? pilis longis, sparsis, articulatis brevissimisque intermixtis obsessus. Folia petiolulata, rugi-

losa, reticulato-venosa, crenulata, firma, supra viridia, nervisque subtus hispidiuscula, subtus tomento denso incana, obovata — ovata, obtusiuscula, saepe mucronulata, basi subcordata, 9 — 12‴ longa, 6 — 8‴ lata. Petioli circiter lineam longi, hirsuti. Capitula solitaria in ramis superne nudis. Involucrum campanulatum, imbricatum, foliolis inermibus, ex subrotundo-ovatis, acutis, multiplinerviis, foliaceis, rigidis, hirsutis, circiter 4‴ longis et 3‴ latis, integerrimis in sicco membranacea, margine scariosa, linearia, obtusa — acutiuscula, 3-nervia, glabra, 5‴ longa, vix 1‴ lata, apice eroso-crenata. Corollae purpureo-violaceae? circiter 5‴ longae, profunde quinquefidae, inferne pilis brevissimis adspersae. Pappus valde caducus, setis subpaleaceis, breviter plumosis, acuminatis, vix 2‴ longis, aequalibus. Stylus *Vernoniae*. Achaenia nitida, sulcata, in specimine suppetente infania. — Lechenault in India orientali. (v. sp. 1. in hrb. Kth.)

5. *A. senegalensis* (*Herderia truncata* Cass. Ann. sc. nat. XXXVII.) Foliis utrinque glabris — sericeo-villosis; foliolis muticis, acutis.

Herba saltem culta annua. Radix lignescens, fusca, perpendicularis, glabra, pennam corvinam crassa, fibris crebis, simpliciusculis. Caules plurimi, diffusi, flexuosi e radice prodeunt 3: pollicares, unipedales, ramosi, ramique alterni teretes, striati, magis minusve albo-pilosi s. villosi, saepe purpurascentes, filo emptorio vix crassiores, ubique aequaliter foliati. Folia membranacea, alterna, saepe satis conferta, penninervia, nervis nullibi prominulis, avenia, plana, brevissime petiolata, glabriuscula — sericeo-incana, obovata rarius oblongo-obovata, obtusissima s. acutiuscula, basi longissime cuneata, integerrima s. apice dente imo alterove obsoletissimo instructa, 3 — 15‴ longa, 2 — 5‴ lata. Capitula solitaria, aeque magna ac in *Cotula coronopifolia*, 3‴ longa, 23 — 27-flora. Involucrum

campanulatum; floribus parum brevius, achaeniis aequale, imbricatum, circiter 2-seriale, foliolis planis, acutis, muticis, ciliatis, punctatis, extus pilosis, exterioribus foliaceis, spathulatis, inaequalibus, capitulo ipso nonnunquam majoribus, divaricatis, interioribus numerosis, aequalibus, subsiccis, multinerviis, pallide viridibus, oblongo-ellipticis, 1½‴ longis, vix ½‴ latis, erectis longius densiusque ciliatis. Rhachis plana, nuda. Pappus niveus, serratus, paleaceo-setaceus, setis numerosis, uniserialibus, persistentibus, plurimis truncatis, achaenioque sextuplo brevioribus, paucis (1 — 3) elongatis, achaenio autem brevioribus, superne valde attenuatis. Corollae purpureo-violaceae, glabrae, punctatae, lineam longae. Antherae caudatae, caudis latis, brevibus, integerrimis. Stylus *Vernoniae*. Achaenia matura, 1½‴ longa, glaberrima, fusca, nitida, 5 — 4-angulata totidemque costata, punctata, obpyramidata, parum curvata, callo apicali annuliformi. — Ad Senegal prope Richardstown legit Prieur (v. sp. plura in hrb. Kth.)

Specimina in horto botanico anno 1829 culta differunt a spontaneis: caule humili, foliis oblongis, majoribus pubeque omnium partium sparsiori, indumento his folia fere nummularia sunt.

Ante *Stokesiam* (p. 321.) inseratur:

***Platycarpha*** n. g.

*Cynara glomerata* Thbg. cap. 622! sistit genus proximum *Stokesiae* sed distinctum pappo persistenti et corolla regulari. Cfr. Synanth. Cap. ined.

Subtrib. II. *Elephantopeae* (V. p. 135.)

Capitula discoïdea, pauciflora. Corollae palmatae. Involucrum compressum, pluriseriale, foliolis seriei cujusque qua-

quaternis, alternis conduplicatis, alternis planis conduplicatis distichis. Folia alterna.

## ELEPHANTOSIS (p. 322.)

Ad *E. quadriflorum*, iquam quoque ill. de Humboldt pr. Cumanam legit, pertinet *Elephantopus angustifolius* Sw. prdr. p. 115. Ej. fl. ind. occ. II. 1383. etc. nec. Less. Linnaea l. c. p. 327. ubi synonymum deleatur.

## ELEPHANTOPUS (p. 323.)

*E. carolinianus* (p. 324.) Foliis planis.

Ab hoc *E. mollis* Kth! haud diversus. *E. tomentosus* (p. 326.) aeque iacit, qui sub hoc nomine in herbario Vahliano militant, sunt nonnisi varietates magis villosae. Num etiam Linnaei *hyrsutus*?

*E. scaber* (p. 325.) ab Hofman Bang in China lectus est (hb. Horn).

5. *E. micropappus* n. sp. Capitulorum glomerulis lateralibus, sessilibus, pappo abbreviato.

Caulis strictus, gracilis, simplex, tantum basi foliatus, hirsuto-canescens, 1 — 1½-pedalis. Folia utrinque pilosa, haud rugosa, ex oblongo-obovatis, acutis, bipollicaribus, obsolete crenatis, confertis in linearia, acuminata semiamplexicaulia, multo minora, erecta, remota. Capitula 4-flora, glomerulata, glomerulis polycephalis, sessilibus, spicatis, remotis, suffultis folio uno alterove, quorum maximum trinervium est, nervis lateralibus obsoletissimis, anguloque valde acuto cum intermedio concurrentibus. Foliola acuminata, superne atropurpurea, extus pilosa. Achaenia piloso-canescentia, teretia, basi longe cuneata sextuplo superant pappi paleas aequales, multas, acuminatas, serrulatas, basi dilatatas. — Sellow in Brasilia (v. sp. s. 2.)

Proximus *E. angustifolio* sed ab omnibus jam pappo brevi distinctus.

*Obs.* Superest specimen totum crassius hirsutissimoque canescens atque foliis majoribus, spica composita, glomerulis adproximatis foliolisque minus saturatis recedens.

## DISTREPTUS (p. 327)

Synonymis *D. spicati* addatur *Metamoria spicata* Llav. et Lex. l. c. I. p. 8.

7. *Distreptus spirdlis* n. sp. Pappo superne spiraliter torto.

Caulis ramique ascendentes et folia forma et magnitudine eadem ac in praecedentibus, utrinque hirta. Capitula 3. s. 4 flora, 3‴ alta, simpliciter spicata, singula singulis foliis suffulta, iisque plus aequalia, spicis linearibus, acuminatis. Achaenia linea vix parum longiora, compressa, oblongo-obovata, glabra, densissime lucido-punctata, multicostata, areola laterali. Pappi setae 4. s. 6 subcapillares, achaenio ipso longiores, superne absque certo ordine spiraliter tortae, quarum una vel duae basi gerunt singulam laciniam capillarem, breviorem. — In Jamaica lectum vidi specimen in herbario Thunbergiano.

Differt a *spicato*: pappi structura; achaeniis glaberrimis; capitulis minoribus; spicis linearibus, acuminatis nec obtusis; capitulis singulis a singulis foliis stipatis; foliis hirtis, capitula superiora stipantibus, dense ciliatis.

## Subtrib. III. *Trichospireae.*

Capitulum multiflorum. Rhachis bracteolata. Involucrum nullum.

*Trichospira* (p. 342)

## Subtrib. IV. *Rolandreae*.

Capitulum uniflorum. Involucrum 1-seriale, ad summum 4-s. 5-phyllum, saepe gamophyllum, aut rarissime 2-phyllum basique auctum. Pappus saepissime coroniformis.

### CORYMBIUM (p. 330.)

Pappus 1-serialis, coroniformis. Corolla carnosula, lacinis tubum brevissimum superantibus. Involucrum 2-phyllum, basi auctum. (*Contarena* Adans. fam. II. p. 120.)

Synonymis *C. glabri* adde *C. nervosum* Thbrg. fl. cap. p. 729.

2. b. *C. villosum* (L. suppl. 392. W. sp. pl. I. 1107. *C. hirtum* et *villosum* Thunb. fl. cap. p. 730.! *C. filiforme* et *scabridum* Berg. cap. p. 341.!) Foliolis foliisque planis muricatis.

Caulis teres, erectus, flexuosus, muricatus, muricibus pilis longis, albis, ad exortum foliorum confertis intermixtis, viscidus. Folia plana, muricata, muricibus quam caulini longioribus, capitatis pilisque albis, longis, mollibus, magis minusve crebis intermixtis, omnia subaequaliter conferta, conformia, linearia, acuminata, infima 5-pollicaria et 2‴ lata, superiora minora. Involucri semipollicaris foliola muricata, intima trinervia, margine latissime scariosa, apice integerrima. — Differt a *C. scabro*, cui propius quam aliis accedit, pube diformi, caule ubique subaequaliter dense foliato, foliis conformibus, ramos inflorescentiae basi stipantibus perfectis longioribusque, demque foliolis longioribus, acutis apiceque integerrimis. — Specimen ex herbario Royeni a Brugmanns communicatum adservatur in hb. Vahliano.

## SPIRACANTHA (p. 321.)

**Pappus pluriserialis.**

Capitula in spicam disticham, foliatam, dense congesta. Achaenium compressum, oblongo-obovatum, basi cuneatum, disco epigyno parvo, areola terminali. Pappus setaceo-paleaceus, pluriserialis, inaequalis, brevis. Corolla 5-fida, limbo infundibuliformi, tubo tenui (Kth.). Genitalia . . . Involucrum 4 — 5-phyllum, 1-seriale, basi lana stipatum, flore brevius (Kth.), foliolis subaequalibus, scariosis, 1-nerviis, conduplicatis.

### *Sp. cornifolia* (Kth. l. c.)

Fruticulus ramosissimus facie *Rolandrae* ramis alternis, gracilibus, teretibus, subtilissime striatis, virescentibus, pilosis, apice villosis. Folia petiolata, juniora subsessilia, membranacea, penninervia, nervis subtus tantum prominentibus et longissime pilosis, secundariis parallelis, venosa, alterna, oblongo-ovata, acuminata, spinoso-mucronata, basi in petiolos usque ad 3 — 5‴ longos, striatos, basi dilatatos, semiamplexicaules, pilososque, angustata, supra nitida, subtus tenuiter albo-tomentosa, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$″ longa, pollicem fere et ultra lata. Capitula in spicam disticham, compactam disposita, singula singulis foliis subcoriaceis, apice scariosis, canaliculatis, in spinam rectam ipsis duplo breviorem, patentem terminatis, obovatis, obtusissimis, retusis, ciliatis, basi lanatis, 5-nerviis extus cincta. Spicae denae — quindenae glomerulatae; glomerulis foliis sessilibus basi suffultis iisque multo minoribus, ramos longiores brevioresve terminantibus. Involucri foliis, in quorum axillis latent, brevioris foliola mucronato-acuminata, integerrima. Corollae violaceae (Kth.). — Ill. de Humboldt in umbrosis, humidis ad portum Sapote pr. Rio Sinu (Nov. Granat.) Martio. (v. sp. s. ∞. fructifera.)

## ROLANDRA (p. 332.)

Pappus uniserialis, coroniformis. Corolla tenera, laciniis tubo longo, gracili brevioribus. Involucrum 2-phyllum.

*R. argentea.* Radix fibrosa, fusca, fibris rigidis, sublignosis. Caulis fruticosus, saepe altitudine humana ramique divaricati teretes, fusci, tenuiter striati, glabri, juniores apice sericeo-hirti, saepius villosi, pilis longissimis, rigidis, adpressis, albis, quales nervis foliorum paginae inferioris in *Spiracantha* insident. Folia alterna, petiolata, penninervia, lanceolata, rigido-mucronato, minute denticulata vel subintegerrima, 1 — 4″ longa, 3 — 12‴ lata, supra scabra, lucida, glaberrima, juniora pilosa, subtus albo-tomentosa, nervis petiolisque usque ad 2‴ longis longissime sericeo hirtis, secundariis simpliciusculis et parallelis. Receptaculum (capitulorum) pilosum. Glomeruli ∞-cephali, subglobosi, foliis pl. pluribus basi cincti, terminales primi evoluti lateralesque foliis, e quorum axillis proficiscuntur, longe superati. — In Peruvia ab Adr. de Jussieu lectum, specimen exstat in hrb. Kth.

## LAGASCEA.*

(*Lagasceae* sp. auct. *Nocoaeae* sp. Cass.)

Pappus uniserialis, paleis distinctis. Filamentum papillosum. Involucrum gamophyllum.

Capitula glomerulata. Achaenium . . . disco epigyno villoso, nectario alveolari. Pappus 2 — 5-paleaceus, brevis, inaequalis, paleis semilanceolatis, villosis. Corolla regularis, limbo breviter 5-fido, cylindracea, longo, superne puberulo. Antherae alâ angusta. Filamentum papillosum. Styli rami longi, semisubulati, longe exserti. Involucrum flore brevius, gamophyllum, tubulosum, apice longius breviusve 5-fidum, nervosum.

Frutices s. suffrutices Mexicani foliis scabris, de-

cussatis, rigidis, scabris; glomerulis terminalibus, foliis pluribus basi involucratis, paniculatis.

1. *L. rubra:* (Kth. n. g. IV. p. 24. t. 311. (4to). Ej. syn. II. p. 365. *Naccaea rubra* Cass. Dict. XXV. p. 102.) Foliis breviter petiolatis.

Frutex 6 — 10-pedalis, ramis suboppositis (Kth.), teretibus, sulcatis, fuscis, glabris, superne incano-pubescentibus. Folia supra basin triplinervia, nervis subtus prominentibus, breviter petiolata, elliptica si oblongo-elliptica, in utroque fine obtusa aut acuta, plana, obsoletissime serrulata, utrinque asperrima, supra punctis callosis, albidis, creberrimis exasperata, subtus calloso-strigosa, 2½ — 4″ longa, 1 — 2″ lata. Petioli glabriusculi, 3‴ longi, intus canaliculati, basi dilatati lineaque conjuncti. Glomeruli 10 — 20-cephali, foliis circiter 6 subaequalibus, oblongo-ellipticis, acuminatis, sessilibus, laevibus, circiter semipollicaribus cincti atque in inflorescentiam dichotomam, parum ramosam, ramis abbreviatis, incano-pilosis, quam folia sua brevioribus, dispositi. Involucrum, flore fere triplo brevius, extus praecipue basi sericeo-villosum, foliolis inaequalibus, apice anguste semilanceolatis, quoque nervis ternis, magis minusve obsoletis, quorum laterales glandulis concatenatis, alternis oblongis, alternis rotundis multoque minoribus teguntur, percurso. Pappi paleae fuscescentes, ovariis glabris pluries breviores. Corollae rubrae, 5‴ longae, 10-nerviae, nervis primariis ramos intramarginales emittentibus, accessoriis quam laciniae acutae, breviusculae limbum fere circiter triplo excedentes vix longioribus. Antherarum alae oblongo-ovatae, acuminatae, a valvis utrinque sinu distinctae. Achaenia matura desiderantur. — In temperatis regni Mexicani alt. 700 hex. Jul. (Humb.) (v. sp. 1. in hb. Kth.)

† 2. *L. helianthifolia* (Kth. l. c.) Foliis sessilibus, subtus scabriusculo-hirtellis.

3. *L. suaveolens* (Kth. l. c.) Foliis semiamplexicaulibus, subtus molliter piloso-canescentibus.

Suffrutex 4 — 6-pedalis, ramis teretibus striato-sulcatis, superne villosis. Folia coriacea?, penninervia, superiora supra basin triplinervia, nervis primariis supra basi dilatatis et planis, subtus prominentibus, semiamplexicaulia, oblongo-elliptica, breviter curvilineo-acuminata, basi subcordata $3\frac{1}{2}$ — 4‴ longa, 1 — $\frac{5}{4}$‴ lata, superne inaequaliter et obsolete serrata, supra scaberrima juniora-que pilosa, subtus laevia et molliter piloso-canescentia. Receptaculum capitulorum piloso-fimbrillifera, areolata. Glomeruli foliis inaequalibus, patentibus, multis, quam folia caulina minoribus sed iis simillimis basi involucrati iisque breviores, breviter pedunculati, subterni, in apice ramulorum paniculatim aut corymbosim dispositi Kth. l. c. Involucrum corolla pubescente multo brevius, extus dense lanato-sericeum, inferne angustatum, 5-dentatum, dentibus anguste linearibus, acuminatis, inaequalibus, unico s. duobus longioribus. Genitalia haud vidi! — Clar. de Humboldt in declivitate occidentali montium Mexicanorum inter fluvium Papagallo et Vente Colorado alt. 90 — 200 hex. Aprili. (v. sp. 1. in hb. Kth.)

## NOCCAEA.

(*Lagascea* p. 333.)

Pappus uniserialis, coroniformis. Filamentum papillosum. Involucrum gamophyllum.

## GUNDELIA. (p. 334.)

(*Gundelsheimera* Cass. Dict. LVII. p. 344.)

Pappus uniserialis, coroniformis. Filamentum laeve. Involucrum gamophyllum.

## Subtrib. V. *Liabeae.*

Capitulum radiatum. Styli rami in ♀: longiuscul, pl. obtusi. Cor. disci regularis 5-fida; filam. laevia. — Folia subtus tomentosa, basi nuda, saepissime opposita.

### LIABUM.

*Obs.* Nomen primus dedit Adanson (1763), nec plantas ad hoc genus relatas novit. *Starkea* W! (1800), *Andromachia* Kth! *Liabum* et *Oligactis* Cass. (1817). *Liabum* et *Andromachiam* olim distinxi, tantummodo descriptione, a cel. Cassini de *Liabo Brownei* facta, nitens.

Pappus biserialis.

Herbae s. frutices erecti, omnes Americae meridionalis vel Indiae occidentalis incolae.

#### Sect. I. *Chrysactinium.*

(Kth. l. c.)

Herbae simplices, foliis membranaceis, decussatis, laevibus; foliolis involucri late campanulati acuminatis.

1. *L. acaule** (*Andromachia acaulis* Kth. l. c. t. 336.) Capitulis solitariis.

Rhizoma obliquum, crassum fibris validis, simplicibus, magis minusve villosis, elongatis. Caulis flexuosus, gracilis, obsolete tomentosus, pilisque nigricantibus intermixtis obsessus, simplicissimus, circiter semipedalis. Folia tenera, conferta, sessilia, oblongo-obovata, acuta, basi longissime angustata, antice remote denticulata aut dentata, sub trinervia (Kth.), reticulato-venosa, supra glabra, subtus niveo-tomentosa, 16 — 18‴ longa, 3 — 5‴ lata. Involucrum late campanulatum, foliolis planis, subscariosis, glabris, erectis, virescentibus s. fuscescentibus, e triangularibus, acutis s. obtusiusculis, multinerviis in longiora, angustiora, paucinervia, linearia, rectilineo-acuminata, 4‴ longa. Pappus subaequalis, ar-

genteus. Corolla lutea, tubo pilóso (glabro Klh.), radii: 8$^{lin}$ longa, lingula 3-dentata, 4-nervia, lineari, $\frac{2}{3}^{lin}$ lata tubum longe excedente. — In montibus Quitensibus (El Assuaye) inter Los Paredones et villam Turcie alt. 1700 hex. Jul. (Humb.) (v. sp. 1 in hb. Klh.)

2. *L. Brownei* (Cass. Bull. sc. Novbr. 1817. p. 184. *Andromachia Poiteauvi* Cass. Dict. XXVI. p. 203. *Starkea umbellata* W. sp. pl. III. p. 2216! *Amellus umbellatus* L. sp. pl. 1276. Amoen. acad. V. p. 407. Sw. obs. p. 310! *Solidago villosa* Brown Jam. p. 320. t. 33. f. 2.) Capitulis cymosis; foliis petiolatis.

Rhizoma repens. Caulis flexuosus, albo-lanatus, uni — sesqui-pedalis, simplex folia gerit basi conferta, cæterum remota et pauca s. nulla atque cyma irregulari, simplici s. prolifera terminatur, ramis albo-tomentosis, lomgioribus brevioribusve, verticillatis, rarius oppositis, simplicibus et monocephalis s. apice cymulas simplices, parvas iterum protrudentibus, folia sua pl. minuta et squamæformia longe excedentibus. Folia membranacea, opposita, averna, nervis primariis utrinque complanatis et striatis, petiolata, lævia, tomento supra tenerrimo, albido, in adultis magis minusve obsoleto, subtus niveo, denso, adpresso et persistente obducta, denticulata — subintegerrima, ex confertis, penninerviis, spathulatis, acutis, rarius obtusis, limbo amplissimo partem angustatam multo superante, petiolis adjectis 2 — 7$^{lin}$ longis, 8$^{lin}$ — 2$\frac{1}{2}^{lin}$ latis in triplinervia, valde remota, lanceolato-elliptica, 1$\frac{3}{4}^{lin}$ longa, 10$^{lin}$ lata. Involucrum campanulatum, disco æquale foliolis membranaceis, planis, erectis, 1-nerviis, longissime acuminatis, ex triangularibus, oblongis, circiter $\frac{1}{2}^{lin}$ latis, extus magis minusve obsolete tomentosis in linearia, glabriuscula, circiter 4$^{lin}$ longa, multo angustiora longioraque. Rhachis paleaceo-fimbrillifera, plana, fimbrillis lineam circiter longis, acuminatis. Capitula magnitudine

fere eadem ac in *Erigeronte uniflora*, in siccis 10‴ lata, 6‴ alta. Pappus setaceo-paleaceus, 2-serialis, inaequalis, flavescens, circiter 3‴ longus, seriebus confluentibus, paleis apice paullulum crassioribus. Corollae luteae (Sw.), in mediis pilosiusculae, radii: circiter 4‴ longae; ligulalatae, lingula integerrima, angustissima, tubo gracili longissimoque breviori; disci: 3‴ longae, limbo 5-fido, a tubo distincto eoque parum breviori. Antherae caudatae, caudis integris, articulos filamentorum excedentibus, alis latis, oblongo-ellipticis, obtusis. Styli basi aequalis rami longi, semisubulati. Achaenia cylindracea, multicostata, hirsuta, disco epigyno magno, areola terminali. — In montibus frigidis Jamaicae (Sw.); St. Domingue (Balbis). (v. sp. s. ∞.)

3. *L. grandiflorum*.* (*A. grandiflora* Kth., n. 9. IV. p. 99. Ej. syn. II. p. 405.) Capitulis cymosis; foliis semiamplexicaulibus.

Caules subtripedales, simplices, sulcati, teretes, obsolete lanato-tomentosi, inferne crassitie calami scriptorii, apice in cymam irregularem divisi, radiis ternis s. quaternis, tomento lanato, subfloccoso, albo vestitis, valde inaequalibus, foliisque integerrimis, parvis, linearilanceolatis basi stipatis, simplicibus et monocephalis s. 2-fidis, pedicellis monocephalis, foliaque eadem ac ad exortum totius cymae basi gerentibus. Folia subtripli penninervia, nervis utrinque planis, subtus (prominentibus Kth.) lanatis, semiamplexicaulia, pandurata, curvilineo-acuminata, mucronato-serrata, limbo ovato, cordato, maximo, $1\frac{3}{4}$ — $2\frac{1}{2}$‴ longo, $\frac{5}{4}$ — $\frac{7}{4}$‴ lato, parte angustata, 3 — 4‴ lata, pollicem dimidium vix superante, auriculis connatis, mediocribus. Involucri foliola numerosissima, erecta, membranacea, plana, linearia, longissime rectilineo-acuminata, extus hirsutiuscula, straminea, apice obscuriora, subfimbrialo-serrulata, ex uninerviis in tenuiora, longiora, parum angustiora, tri- et plurinervia, margine angusle scariosa,

circiter 5½‴ longa; ½‴ lata. Capitula, radio multifloro; in siccis circiter 6‴ longa, aeque magna ac in *Astere grandifloro* (Kth.). Pappus flavescens, 3‴ longus, seriebus non latitudine vix longitudine, distinctis. Corollae flavae, disci 3‴ parum longiores, lacinis apice hispidiusculo-barbatis; radii 5‴ longae, fauce hirsutae, lingulis 3-dentatis. Ovaria linearia, pilosa. — In locis aridis pr. urbem Alausi Quitensium alt. 1250 hex. Julio legit ill. de Humboldt. (v. sp. 1. in hb. Kth.)

Sect. II. *Andromachia.*

Herbae ramosae, foliolis involucri campanulati, plurimiflori rectilineo-acuminatis, foliisque oppositis. — Styli rami obtusi.

†4. *L. hieracioïdes* * (*A. hieracioïdes* Klh. l. c.) Foliis sessilibus.

5. *L. melastomoïdes* * (*A. melastomoïdes* p. 318.) Foliis petiolatis, exstipulatis; ramis inflorescentiae primariis valde remotis.

Herba ramosissima, ramis hexagonis, niveo-tomentosis. Folia decussata, breviter petiolata, membranacea, rigida, triplinervia, reticulato-venosa, nervis subtus late, supra venisque angustissime prominentibus, plana, oblongo-ovata, acuminata, basi acuta, remote mucronulato-serrulata, supra scabra, lucida, glabra s. obsoletissime tomentosa, subtus niveo-tomentosa, 2 — 5‴ longa, ¾ — 2‴ lata, inferiora adproximata, superiora valde remota. Petioli 2 — 4‴ longi, niveo-tomentosi, exstipulati, basi conjuncti, intus canaliculati. Paniculae terminatae, terminales, ramis teretibus, niveo-tomentosis, abbreviatis, primariis trichotomis, summis verticillatis basique foliis duobus suffultis iisque longioribus, reliquis valde remotis, oppositis, quam folia sua brevioribus. Capitula 3‴ alta, fere aeque magna ac in *Solidagine Virgaurea* pedicellis suis longiora, numerosa, radio 27 — 30-, disco 30 — 40-floro.

Involucri disco aequalis foliola erecta, membranacea, plana, linearia, angustissime acuminata, obsoletissime et arachnoideo-tomentosa, serrulata, 1-nervia, straminea s. fuscescentia, intima 2‴ longa. Rhachis longiuscule paleaceo-fimbrillifera. Pappi flavescentis, achaenio duplo aequalis series longitudine nec latitudine distinctae, paleis apice vix incrassatis. Corollae flavaei radii 3‴ longae, tubo sparse pilosiusculo. — In temperatis convallibus Combeimae pr. urbem Ibague et St. Annae Novo-Granatensium alt. 700 hex. Jul. et Sptbr. (Humb.). (v. sp. s. ∞.)

† 6. *L. verbascifolium* * (*A. verbascifolia* Kth. l. c. p. 100.) Foliis petiolatis, supra bulloso-rugatis, exstipulatis; ramis inflorescentiae primariis adproximatis, subfastigiatis foliaque sua superantibus.

7. *L. solidagineum* * (*A. solidaginea* Kth. l. c. p. 100.) Foliis petiolatis, planis, stipulis angustissime semilanceolatis; ramis inflorescentiae primariis adproximatis, subfastigiatis foliaque sua superantibus.

Rami oppositi, hexagoni, cano-tomentosi. Folia longe petiolata, membranacea, supra basin subtriplinervia, nervis subtus prominentibus, venosa, oblongo-ovata, longe acuminata, basi obtusissima — brevissime curvilineo-acuminata, plana, mucronato-serrata, supra glabra, laevia, subtus niveo-tomentosa, circiter $4\frac{1}{2}$‴ longa, $2\frac{1}{4}$‴ lata. Petioli pl. sesquipollicares, albo-tomentosi, intus canaliculati, extus convexi, stipulas plures, angustissime semilanceolatas, lineae, qua petioli sunt, conjuncti, insidentes gerunt. Paniculae terminatae, terminales, trichotomae, ramis teretibus, albo-tomentosis, primariis folia sua excedentibus, subfastigiatis, apice cymulas ∞-radiatas, irregulares, compositas gerentibus, elongatis, alterioribus semsim brevioribus. Capitula brevissime pedicellata, aeque magna ac in *L. melastomoïde*, radio circiter 20-floro. Involucri disco aequalis foliola plana, serrulata, ciliata, pi-

losiuscula, purpureo-fuscescentia, interiora margine angusto scariosa, linearia, $1\frac{1}{2}'''$ lata, exteriora parum latiora, et semilanceolata. Rhachis breviter paleaceo-fimbrillifera. Pappi flavescentes paleae interiores $2'''$ longae, apice incrassatae, ab exterioribus longitudine nec latitudine distinguuntur. Corollae luteae, radii $2\frac{1}{2}'''$ longae, fauce pilosiusculae, linguli $\frac{1}{3}'''$ lati; disci lacniis apice gibbis. Ovaria fusca, pilo uno alterove obsessa. — Ill. de Humboldt in Andibus Peruvianorum inter Ayavaca et convallem fluminis Cutaco alt. 1200 hex. Aug. (v. sp. in hb. Kth.).

8. *L. igniarium* (*Andromachia igniaria* p. 318. excl. syn. hrb. W.) Foliis petiolatis, supra laevibus, antice mucronato-denticulatis, stipulis reniformibus.

Herba perennis, 3 — 5-pedalis, ramis oppositis, hexagonis, densissime niveo-tomentosis. Folia petiolata, in spiralem senis paribus compositam disposita, membranacea, supra basin triplinervia, nervis subtus prominentibus, ovata, brevia s. subrotunda, acuta — breviter curvilineo-acuminata, basi obtusa — brevissime curvilineo-acuminata, antice mucronato-denticulata, supra laevia, glabra, nervis primariis usque ad trifurcationem junioraque tomentosa, subtus petiolique niveo-denseque tomentosa, 3 — $6'''$ longa, $1\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}'''$ lata. Petioli teretes, $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}'''$ longi, basi stipulis geminis oppositis, reniformibus, obtusissimis, subtus niveo, supra obsolete tomentosis, 3 — $6'''$ longis, $\frac{1}{2}$ — $1'''$ latis conjunguntur. Paniculae terminatae, terminales, trichotomae subfastigiatae, ramis teretibus, albo-tomentosis, inferioribus folia sua excedentibus, superioribus sensim brevioribus basique aphyllis. Capitula $3'''$ longa, radio circiter 28-, disco 20-floro, pedicellis brevissimis. Involucri foliola membranacea, semilanceolata, longissime-rectilineo-acuminata, erecta, ciliata, serrulata, plana, numerosa, straminea, superne purpureo-fuscescentia, intima duobus lineis parum longibra, circiter $\frac{1}{8}'''$ lata. Pappi flavescentis

series confluentes, palcis interioribus apice vix parum latioribus. Corollae flavae, 4‴ longae. Ovaria hirsutiuscula. — In alta planitie Quitensi pr. pagum Chillo et urbem Quiti alt. 1340 — 1500 hex. Jun. Jul. (Humb.) *Hierba de Santa Maria* insularum; *Yura Panga* Quitensium. (v. sp. ∞ in hbi Kth.)

† 9. *L. Jussieui* (Cass. Dict. sc. nat. XXVI. 203. Cass. Bull. sc. Novbr. 1817. p. 184.) Foliis petiolatis, irregulariter dentatis s. lobatis, stipulis rotundatis, integerrimis.

10. *L. floribundum* n. sp. (*Amellus floribundus* W. hrb. N. 16370.) Foliis petiolatis, mucronato-serrulatis, supra scabris, stipulis rotundatis, denticulatis.

Caulis herbaceus, ramique oppositi glutinosi, adulti hexagoni et obsoletissime, juniores laxe et lanato-tomentosi. Folia triplinervia, nervis utrinque planis, petiolata, membranacea, triangularia, acuminata, basi truncata, brevissime angustissimeque curvilineo-acuminata, mucronato-serrulata, supra hispida et scaberrima, subtus obsolete et laxe tomentosa, $2\frac{1}{2}$ — 3″ longa, $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$″ lata. Petioli 1 — $1\frac{1}{2}$″ longi, stipulis magnis, rotundatis, denticulatis, undulatis, connatis basi conjuncti. Panicula terminata, supradecomposita, terminalis, subfastigiata, maxima, myriocephala, ramis obsolete angulatis, magis minusve obsolete et laxe tomentosis glutinosisque, oppositis s. verticillatis, folia sua superantibus, inferioribus elongatis, superioribus sensim brevioribus, pedicellis brevissimis, subaequalibus. Capitula circiter 2‴ longa, radio fere 16-disco 27-floro. Involucri disco aequalis foliola numerosa, plana, erecta, straminea, apice fuscescentia, minute serrulata, longe acuminata, glabriuscula, ex semilanceolatis in linearia, $1\frac{1}{2}$‴ longa, vix $\frac{1}{4}$‴ lata. Rhachis paleaceo-fimbrillifera. Pappi flavescentis series ext. ab interiori longitudine latitudineque distincta. Corollae flavae, radii cir-

citer 2‴ longae, lingulis 3-dentatis, quam in *L. melastomoide* parum latioribus. Ovaria pilosa. — Ill. de Humboldt pr. Cuencam Quitensium alt. 1351 hex. (vidi sp. 1. in hrb. W.)

## Sect. III. *Oligactis* Kth. l. c.

Frutices, foliolis involucri pauciflori acutis s. acuminatis; foliis oppositis.

11. *L. sessiliflorum* * (*A. sessiliflora* Kth. n. 9. IV. p. 102. t. 338. Ej. syn. II. p. 406.) Capitulis sessilibus.

Frutex ramis oppositis, striatis, teretibus, inferne virescentibus et glabris, superne magis minusve albo-tomentosis. Folia petiolata, membranacea, penninervia, nervis subtus prominentibus et subglabris, reticulato-venosa, oblongo-ovata, acuminata, basi obtusa, plana, obsoletissime serrulata, supra glabra et laevia, subtus niveo-tomentosa, 3 — 4-pollicaria, 15 — 17‴ lata. Petioli 3‴ longi, intus canaliculati, basi conjuncti, inferiores glabri, superiores albo-tomentosi. Spicae (verae?) decompositae, ramis albo-tomentosis, gracilibus, primariis filiformibus, flexuosis, oppositis, quam folia sua brevioribus, spicis pl. oblongis, longiuscule, spiculis breviter pedunculatis, nonnunquam abortu dicephalis. Capitula numerosa, 5 s. 6. (8 Kth.)-flora, radio 2 s. 3-floro, 2½‴ longa, angusta. Involucri cylindrici, laxe imbricati foliola 1-nervia, planiuscula, subscariosa, glabra, pallide fusco-straminea, ex ovatis, obtusis, exiguis in linearia, acuta, 1½‴ longa. Rhachis exigua, paleaceo-fimbrillifera. Pappi flavescentis paleae interiores 2‴ longae, apice incrassatae, ab exterioribus longitudine latitudineque distinctae. Corollae glabrae, disci: laciniis acutis; radii: albae? 1½‴ longae, lingulis linearibus, 3-dentatis, 4-nerviis Kth. l. c. Ovaria pilosa. — In regno Peruviano?

† 12. *L. nubigenum* * (*A. nubigena* Kth. syn. II. p. 406.) Foliis lanceolato-oblongis, basi obtusis; capitulis pedicellatis.

† 13. *L. volubile* * (*A. volubilis* Kth. l. c.) Foliis lanceolato-linearibus, basi angustatis, capitulis pedicellatis.

### Sect. IV. *Platylepis.*

Frutex foliis oppositis; foliolis involucri multiflori latis, intimis obtusissimis.

14. *L. Deppeanum* * (*A. Deppeana* Linnaea VI. p. 401.)

### Sect. V. *Stenophyllum.*

Arbuscula foliis *Phylicae* confertissimis, spatsis.

15. *L. ericoïdes* *. (*Conyza ericoïdes* Lam. enc. II. p. 92. W. sp. III. p. 1934 nec V. ericoïdes Linnaea IV. 247.) Arbuscula ramosissima, ramis teretibus, superne tomentosis. Folia *Phylicae ericoïdis* sessilia, confertissima, sparsa, coriacea, uninervia, nervo supra vix conspicuo, avenia, linearia, acutiuscula, margine revoluta, integerrima, 2 — 3‴ longa, ½‴ lata, supra lucida, subtus tomentosa. Capitula solitaria, 3½‴ longa ramos ubique dense foliatos terminant. Involucri foliola plana, membranacea, margine scariosa, 1-nervia, extus praecipue superne tomentosa, rectilineo-acuminata ex semilanceolatis brevioribus parumque latioribus in linearia, 2‴ longa, ¼‴ lata. Pappus rufescens, disci corollae aequalis, tubum in radio superans; serie exteriori brevi ab interiori longitudine nec latitudine distincta. Corollae glabrae, disci 5-dentatae; radii: lingulis angustis, integerrimis. Antherae alis ovatis, acutiusculis. Stylus superne puberulus ramis longiusculis, semicylindraceis. — Peru. (v. sp. 2. in hb. Vahl.)

CA-

**CACOSMIA** (p. 338.) *)

Achaenium calvum.

*C. rigosa* (p. 338.)

Herba suffruticosa tota odorem nauseosum instar *Tagetis* spirat, ramis oppositis, praecipue junioribus sexangulatis et magis minusve tomentosis, inferne purpurascentibus. Folia opposita, brevissime petiolata, triplinervia; nervis subtus prominentibus s. planis, venosa, membranacea, rigida, oblongo-ovata, acuminata, basi obtusa, mucronulato-serrata — subintegerrima, supra bullato-rugosa, glabra s. juniora nervisque obsoletissime tomentosa, subtus tomento lanato nivea, 1—3‴ longa, 5—10‴ lata. Petioli circiter 2‴ longi, membranacei, dilatati, in vaginam saepius subinflatam connati, magis minusve lanato-tomentosi. Paniculae terminatae, terminales, ∞-cephalae, nondum — suprafastigiatae, trichotomae, ramis teretiusculis magis minusve lanato-tomentosis, primariis elongatis — abbreviatis, quam folia, quibus basi stipantur, multo longioribus — brevioribus, ulterioribus decrescentibus. Capitula 3‴ longa, erecta, radio circiter 5-floro, disco circiter 6-floro, terna, terminalia sessilia, lateralia breviter pedicellata pedicellisque longiora. Involucrum cylindraceum, ∞-phyllum, foliolis scariosis, nitentibus, 1—pluriherviis, glabris, planiusculis, integerrimis, ciliatis, fusco s. virescenti-stramineis, ex obtusis, exiguis in majora, oblongo-elliptica, acuta, fere 3‴ longa et ½‴ lata. Corollae flavae (Kth.). Lingulae pl. 5-nerviae. — Specimen in Peruvia a Dombey lectum atque in herbario cel. Kunthii asservatum ab Humboldtianis praecipue tomento densiori, niveo,

*) Cel. Kunth hoc genus pone *Calcam* collocandum esse censet. Stylus autem, rhachis ebracteolata, folia subtus tomentosa oppugnant, dum involucrum, folia opposita faciesque externa non minus *Andromachiae* quam *Calceae* est.

ramis inflorescentiae haud omnino perfectae omnibus abbreviatis, primariis quam folia sua brevioribus. — Ill. de Humboldt in Andibus Peruviae, praesertim in Paramo de Saraguru; inter urbem Loxae et pagum Onae alt. 1700 hex. Sptbr. (v. sp. s. 3.)

## Subtrib. VI. *Pectideae.*

Capitulum radiatum. Styli rami in disco breves, obtusi.

Herbae glabricusculae, pl. annuae, foliis membranaceis, planis, decussatis, basi (linea) conjunctis s. (in vaginam) connatis, glandulis rotundis, rufis s. nigris luminique oppositis pellucidis perforatis, bati. denticulis setigeris instructis, saepissime margine praecipue apicali minutissime serrulato-scabris. Involucrum disco brevius 1-seriale, multiflorum, foliolis foliaceis? margine scariosis, integerrimis, glabris, multinerviis, nervis apice ramosis, inermibus, apice obsolete ciliatis. Rhachis ebracteolata. Corollae glabrae, 2-labiatae, labiis ext. 3-s. 4-dentatis, inter. linearibus integerrimis, aut regulares, 5-crenatae, limbo haud inflato. Antherae ecaudatae alis angustis, subrotundis, obtusissimis s. retusis, filamentis laevibus, eorumque vestigia in radio nulla. Stylus exsertus, basin versus attenuatus, in disco e medio puberulus; ramis brevissimis; in radio glaber, ramis longioribus. Achaenia angulata, basin versus angustata, striata, atra, disco epigyno magno, nectario alveolari, callo basilari, areola terminali. Pappus flavescens.

### PECTIDIUM n. g.

(*Pectis* Cass. dict. XXXVIII. p. 202. *Pectidis* sp. auct.) Corolla disci 5-dentata, regularis.

Pappus aristis paucis, subulatis, planis, rigidis, corneis, basi incrassatis, laevissimis, inaequalibus, achaenio brevioribus, demum divergentibus. Corolla disci regularis, 5-dentata, 5-nervia. Anthera ala obreniformi, retusa. In-

volucri pentaphylli foliola aequalia, amplexiflora, conduplicata, dorso teretia, obovato-linearia, obtusissima. Rhachis nuda, exigua.

*P. punctatum* * (*Pectis punctata* Jacq. amer. p. 216. t. 128. L. sp. pl. 1250. Hout. Pl. IX. p. 464. *P. linifolia* Gaertn. fr. II. p. 455. t. 171. f. 6. (excl. syn.) Sw. obs. p. 308. nec fortasse Poir. enc. V. p. 102. *Chondrilla* foliis angustis ad oras punctatis. Plum. ic. 86. f. 1.

Radix annua, tenuis, ligniosa, fusiformis, ramosa. Caulis erectus, 1—3′ altus, tri-rarissime dichotomus, gracilis, inferne tetragonus et purpurascens, superne quadrangulus, viscidus sparsequе pilosus. Capitula erecta, brevissime radiata, solitaria, angusta, circiter 3‴ longa, disco 2- s. 3-, radio 5-floro ramos filiformes, squamis nonnisi setaceis, exiguis, paucis, alternis obsessos, circiter ¾-pollicares, trichotomiae cujusque intermedios lateralibusque breviores terminant. Folia uni- s. penni-nervia, nervis secundariis venisque obsoletissimis, glabra, margine laevia, plana, basi ima denticulo setigero singulo utrinque instructa, seta vix unquam latitudinem foliorum superante, mutica, linearilanceolata, remota quidem sed internodiis longiora, ¼—2½‴ longa, 1—2‴ lata, margine apicali scabra, glandulis 1-s. pluriserialibus, parvis perforata. Foliola involucri 2½‴ longa, ½‴ lata seriem glandularum oblongarum in nervo medio gerunt. Achaenia foliolis aequalia, praecipue apice hispidiuscula, disci aristis pl. binis (semel vidi nullis), radii pl. ternis rarissime utraque singulis aut ternis coronantur. Corollae circiter lineam longae, disci atropurpurascentes? radii flavae, linguli parvi, ellipticis, utrinque angustatis, tubo breviorибus glandulaque atroptur purea oblonga hinc inde notatis. — Pr. Carthagenam in ins. St. Crucis (Jacquin); inss. St. Thomae et Domingo (Car. Ehrenberg): Sptbr. Octbr. (v. sp. s. ∞.)

## PECTIS.

(*Pectis*, *Cryptopetalon* et *Chtonia* Cass. Dict. XXVII. p. 202. *Lorentea* Lag. nov. gen. p. 28. nec Less. *Pectidis* sp. auct.)

Corolla disci 2-labiata. Pappus 1-serialis, paleis basi latis.

Pappus uniserialis, serratus, aut late paleaceus, paleis 1-nerviis, semilanceolatis, in setam desinentibus, saepe setigero-laciniatis, aut setaceo-paleaceus Corolla disci 2-labiata, 5-nervia, labiis fastigialis, exteriori 4-rarius 3-dentato, quam interius integerrimum, lineare profundiusque oriundum multo latiori. Antherae ala rotunda. Rhachis nuda. — Herbae annuae, foliis glabris margine angustissimo cartilagineo, diaphano; capitulis breviter radiatis.

1. *P. ciliaris* (L. sp. pl. p. 1250. W. sp. pl. III. p. 2131. Sw. obs. bot. p. 307 ex parte.) Foliis linearibus; capitulis ramos superne nudos terminantibus; involucris pentaphyllis; pappo late paleaceo, radii brevi, valde inaequali.

Radix ramosa, radiculis filiformibus. Sw. Caulis tetragonus, (teres Sw.) di s. trichotomus, purpurascens, tenuis, diffusus (Sw.), pube obsoleta, 2-seriali, sericbus ex foliorum basibus decurrentibus, cum iisque decussatis. Folia uninervia, nervo subtus hispidiusculo, plana, linearia, acuta, mutica, basi (linea) conjuncta, poris 1-serialibus, pro ratione plantae majusculis notata, margine scabra, denticulis circiter utrinque ternis basi instructa, setis, altitudinem foliorum excedentibus, $\frac{1}{2}$—1‴ longa, vix $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$‴ lata. Involucrum pentaphyllum, cylindraceum. Capitula magnitudine eadem ac in sequente ramos superne nudos terminant. Pappus late paleaceus (nullus sed margo membranaceus, lacerus Sw.), achacnio multo brevior; paleis radii ternis, inaequalibus, late semilanceolatis, binis permulto majoribus exterius achaenii latus coronantibus, disci circiter quinis, quarum una vel duae reliquas longe superat.

Corollae luteae. — In Hispaniolae aridis. (v. sp. 2. plura manca a cl. Swartzio communicata in h. W. et tertium sub *P. punctata* in hrb. Horn.: et quartum sub *P. ciliari* in h. Thbrg.)

2. *P. linifolia* (L. sp. pl. p. 1250. Amoen. ac. V. p. 407. Houtt. Pfl. IX. p. 465. W. sp. pl. III. p. 2131. Poir. enc. V. p. 120. *Tagetes* minor caule subdiviso etc. P. Br. Jam. p. 319. *Hieracium* fruticosum angustissimis graminei foliis Sloan. Cat. 123 et hist. I. p. 255. t. 149. f. 3.) Foliis linearibus, capitulis ramos superne nudos terminantibus, involucris 5. s. 6. phyllis, pappo late paleaceo, radii longo, aequali.

Radix perpendicularis, tenuiter fusiformis fibrillas crebras emittit. Caules adscendentes s. erecti, $1\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}'$ alti, trichotomi, ramosissimi, deliquescentes, quadranguli, ad angulos hispidiusculo-puberuli, purpurascentes. Folia internodiis pl. longiora, adproximata — satis remota, uninervia, nervo subtus hispidiusculo, linearia, acuta, juniora mucronata, margine scabra, inferne denticulis paucis, remotis in setas latitudine foliorum longiores desinentibus instructa, 4—10''' longa, $\frac{1}{2}$—1''' lata, poris magnis, saepe biserialibus, telaque cellulosa pellucida perforata. Capitula 4—18-flora, radio 5-floro, 2—$2\frac{1}{2}$ longa, ramos filiformes, 3''' — 1''' longos, speciminis unius ejusdemque subaequales, superne squamis ellipticis, parvis, longe mucronatis, erectis, alternis, magnopere remotis paucisque instructos, basi lateralis trichotomiae cujusque sniper, intermedios nonnunquam foliatos terminant. Involucri 5-rarissime 6-phylli, cylindracei folíola aequalia, conduplicata, margine latissime scariosa, elliptico-lanceolata, eglandulosa, $1\frac{1}{2}$—2''' longa. Pappus late paleaceus, $1\frac{1}{2}$''' longus, aequalis, paleis brevibus, apice setigero-laciniatis, et in setam sextuplo longiorem desinentibus, in disco pl. quinis, in radio pl. binis oppositisque. Corollae flavae, disci pappo breviores, labiis

exterioribus 3—4-dentatis; radii lingulis apice obsoletissime tricrenulatis, tubum excedentibus. Achaenia (Sw.) hirsuta, 1‴ longa. — Jamaica; St. Thomas (Car. Ehrenberg). (v. sp. s. ∞.)

† 3. *P. fasciculata* (Poir. Enc. bot. V. p. 120.) Foliis obovatis; capitulis subfasciculatis; pappo coroniformi (?), lateribus fila bina emittente.

† 4. *P. angustifolia* (James in Ann. Lyc. N. York II. p. 214.) Involucris 8-phyllis; pappo brevissimo, 5-dentato.

5. *P. elongata* (Ktb. nov. gen. IV. p. 262. t. 392; Ej. syn. II. 496. *P. stricta* W. hrb. n. 16139). Foliis linearibus; capitulis ramos superne aphyllos terminantibus; involucris pentaphyllis.

Herba annua, erecta, sesqui — 2-pedalis, radice tenuiter fusiformi, perpendiculari, ramosa. Caulis gracilis, teretiusculus, superne obsolete tetragonus, purpurascens, laevis, glaber, ramosus, ramis oppositis, modo simplicibus foliisque, e quorum axillo prodeunt, brevioribus, modo iterum divisis eaque longe superantibus. Folia rigida, uninervia, nervo subtus prominente, basi brevissime connata, linearia, acuta s. acuminata, juniora mucronata, adulta mutica, $\frac{3}{4}$—$\frac{6}{4}$‴ longa, 1‴ lata, superne margine scabra, inferne usque fere ad dimidia denticulis remotis setisque foliorum latitudinem saepissime superantibus instructa, glandulis pro ratione plantae parvis, pl. 1-serialibus perforata. Capitula brevissime radiata, radio et disco 5-floro, $2\frac{1}{2}$‴ longa ramos basi ima foliatos, caeterum nonnisi squama una alterave, elliptica, in mucronem longum acuminata, elliptica obsessos, filiformes, circiter semipollicares terminant. Involucrum 5-phyllum, cylindraceum, foliolis conduplicatis, linearibus, acutis, aequalibus, margine late scariosis, circiter $\frac{2}{3}$‴ longis, $\frac{1}{2}$‴ latis. Rhachis parum convexa, brevissime setoso-fimbrillifera. Pappus setaceo-paleaceus, longus, inaequalis, paleis denis et pluribus; in

radio et disco conformis. Corollae luteae, disci linea parum longiores, pappo breviores; radii $1\frac{2}{3}$''' longae, lingulis ellipticis, multinerviis, apice 3-crenatis, tubo brevioribus. Achaenia obsolete pilosa, lineam longa. — Prope Popayan? (Kth. l. c.); pr. Hondam (W. hrb.). (v. sp. s. ∞.)

6. *P. Swartziana* n. sp. (*P. ciliaris* Sw. obs. p. 307 ex parte *) ). Foliis lanceolatis; capitulis ramos superne nudos terminantibus; involucris 7 s. 8-phyllis; pappo brevi, aut aequali et mutico aut inaequali paleaque una longiori et in setam acuminata.

Caulis trichotomus, tetragonus, purpurascens, gracilis, glaber; erectus? circiter pedalis. Folia lanceolata, basi linea transversa conjuncta, mutica, poris uniserialibus, pro ratione plantae majusculis perforata, internodiis breviora, circiter 6''' longa, 1—2''' lata, margine scabra, denticulo setigero basali nullo s. uno s. binis in latere quoque, setis latitudine foliorum brevioribus. Capitula aeque magna ac in *Rectidio punctato*, terminalia in ramis superne aphyllis. Involucrum 7—8-phyllum, cylindraceum, foliolis conduplicatis, obtusis, margine apicali angustè scariosis. Pappus utriusque formae in radio sive disco occurrens, paleis compluribus, ellipticis, achaenio ter brevioribus, muticis, obtusis aut omnibus aequalibus, aut una longiori; achaenio autem breviori, serrulata, e basi breviter semilanceolata in setam acuminata. Corollae disci luteae; radii lingula elliptica, tubo breviori. — (v. sp. in hrb. Hbrg. a Swartzio missum.)

Differt a *P. ciliari*: caule glabro; foliis lanceolatis, latioribus et brevioribus, basi denticulo saepe nullo s. uno

---

*) Synonyma Swartziana, nisi ex ipsis descriptionibus apparent, semper dubia erunt, cum herbarium suum absque ordine et nominibus reliquerit auctor, et plantas a se ipso descriptas aliis sub aliis nominibus non raro communicaverit.

instructis; involucris 7—8-phyllis; paleis pappi brevissimis, ellipticis, aequalibus, obtusis aut omnibus conformibus aut una longiori, achaenio autem breviori.

7. *P. Bonplandiana* (Kth. n. g. IV, p. 206. Ej. syn. II, p. 496. *P. linearis* W. hrb. N. 16136). Foliis linearibus, capitulis ramos superne aphyllos terminantibus, involucris circiter 10-phyllis.

Caulis erectus, teres, purpurascens, glaber, trichotomus. Folia basi conjuncta, 1—s. 3-nervia, nervo intermedio basi dilatato, linearia, acuta, mucronata, 1—1¼‴ longa, 1½—2‴ lata, divergentia s. reflexa, internodiis brevíora, margine laevia, basi denticulo setigero, seta latitudine foliorum breviori, utrinque singula instructa. Capitula 3‴ longa terminant ramos subfiliformes, circiter sesquipollicares, solummodo squamis angustissime semilanceolatis, exiguis, alternis, erectis obsessos, cujusque trichotomiae intermedios terminant. Involucrum circiter 10-phyllum; foliolis obovato-linearibus, acutiusculis, conduplicatis, aequalibus, 2‴ longis. Pappus brevis, valde inaequalis, paleis angustis, integris, longioribus in setas ipsis longiores excurrentibus, multis, in radio paucioribus. Achaenia pilosa. — In regno Mexicano pr. Queretaro alt. 1000 hex. Sptbr. (Humb.) (v. sp. s. 2.)

8. *P. carthusianorum*, n. sp. Ramis florigeris in glomerulum terminalem, ∞-cephalum densissime congestis; capitulis foliis summis absconditis; pappi paleis latis, in radio quam binae pluribus.

Radix annua? fibrosa. Caulis ½—1′ altus, erectus ramique longiores, si adsunt, teretes magis minusve purpurascentes, pube 2-seriali, obsoleta, seriebus e foliorum basibus decurrentibus cum iisque decussatis, ramulos brevissimos, monocephalos, foliis, e quorum axillis proficiscuntur, multo breviores, superne remotiusculos, apice densissime glomerulatos protrudit. Folia rigida, 1-nervia,

nervo subtus prominulo hispidiusculo, s. glabro, linearia, obtusa s. acutiuscula, mucronulata, basi in vaginam linea parum longiorem connata, usque fere ad media denticulis in setas latitudine foliorum breviores desinentibus instructa, margine scabra, glandulis pro ratione plantae paucis parvisque, sesquipollicaria et 2‴ lata, internodiis longiora. Capitula 12-flora, radio 5-floro. Involucri 5-phylli, cymbiformi-foliola aequalia, oblongo-obovata, obtusissima, apiculata, conduplicata, amplexiflora, margine scariosa, 2½‴ longa, 1‴ lata. Pappus brevis, paleis integris, latis, seta sua longioribus, in disco pl. quinis et subaequalibus, in radio pl. ternis et inaequalibus. Corollae luteae, disci linea parum longiores, labiis ext. 4-dentatis; radii lingulis ellipticis, tubo brevioribus, apice 3-denticulatis. Achaenia hirsutiuscula, 1½‴ longa. — Bertero in St. Domingo. (v. sp. s. 2.)

9. *P. pygmaea* (Kth. n. g. IV. p. 205. Ej. syn. II. p. 496. *P. minuta* W. hrb. N. 16154.). Foliis linearibus; capitulis foliis summis absconditis; pappo late paleaceo, radii plus quam 2-paleaceo; ramis florigeris sparsis.

Radix tenuis, fusiformis, parum ramosa, flexuosa, perpendicularis s. subperpendicularis. Caulis pusillus; 1—2‴ altus, simplicissimus — ramosus ramique alterni (oppositi Kth.), florigeri et saepe brevissimi teretes, striati, puberuli, purpurascentes. Folia uninervia nervo subtus prominulo, subtilissime venosa, rigida, approximata, internodiis longiora, basi in vaginam brevem connata, linearia, acuta, setoso-mucronata, usque ad apicem denticulis setigeris, setis latitudinem foliorum superantibus, utrinque instructa; 4—6‴ longa, ½—⅔‴ lata, margine scabra, glandulis grossis uni- s. pluriserialibus. Capitula 12-flora, fere 2½‴ longa, solitaria caulem ramosve foliatos, foliis, e quorum axillis prodeunt, absconditos, saepe brevissimos s. fere nullos et apice adproximatos terminant. Involucri 5-phylli, foliola

obovato-linearia, obtusa s. acutiuscula, mucronulata, aequalia, margine late scariosa, inferne conduplicata, eglandulosa, 2‴ longa. Pappus brevis, inaequalis, conformis, paleis in setam ipsis modo longiorem modo breviorem desinentibus, magis minusve latis, apice pl. setigero-laciniatis, quaternis — denis sed pl. circiter quinis. Corollae luteae, radii lingulis plurinerviis, tubo longioribus, integerrimis? Achaenia 1½‴ longa; hirsutiuscula. — A praecedente distinguitur caule permulto humiliori; ramis florigeris neque tam multis, neque tam congregatis; foliis acutis, setoso-mucronatis, usque ad apices denticulatis denique pappo. — Crescit locis calidis juxta Honda, in ripa fluminis Magdalenae, alt. 130 hex. (Regno Novo-Granatensi.) Majo. (v. sp. s. ∞.)

10. *P. prostrata* (Cav. ic. IV. p. 12. W. sp. pl. III. p. 2130.) Foliis lingulatis, mucronatis; capitulis foliis summis absconditis; pappi paleis latis, in radio binis, unilateralibus.

Radix fibrosa. Caulis prostratus, quadrangulus, debilis, tri- s. dichotomus, glaber — pilis brevissimis, divergentibus, magis minusve raris obsessus, circiter 3—6-pollicaris. Capitula radio 5- disco 6-floro, 3‴ longa, solitaria ramos foliatos, saepe brevissimos terminant. Folia penninervia, nervis utrinque planis, secundariis venisque obsoletissimis, in vaginam connata, lingulata, acuta, mucronata, basi longe angusteque acuminata usque ad ne dimidia quidem denticulis remotis circiter septenis, setis latitudini foliorum circiter aequalibus, utrinque instructa, internodiis longiora, remotiuscula — adproximata, 9—15‴ longa, 1½—2‴ lata, margine scabra, glandulis parvis, rarisque telaque cellulosa pellucida perforata. Involucri 5-phylli, cylindracei foliola aequalia, linearia, obtusa, s. acutiuscula, conduplicata, dorso teretia et valde incrassata, margine late scariosa, pallide viridia, 2½‴ longa, circiter ⅔‴ lata. Corollae flavae, radii 1⅓‴, disci 1‴ longae. Pappi paleae

inaequales, achaeniis hirsutiusculis, circiter $1\frac{3}{4}'''$ longis multo breviores, latae, in setam ipsis breviorem acuminata, apice sublacero-serratae, in disco quinae, in radio binae et dimidiatae. — Habitat in Nova Hispania sec. Cav. l. c. (v. sp. ∞ in h. berol. culta.)

11. *P. anceps* n. sp. (*P. linifolia* Sw.?) Caule ancipite; foliis obovato-linearibus, muticis; capitulis solitariis s. ternis in ramis totis aequaliter foliatis; pappo mediocri, subaequali, paleis in radio ternis, haud unilateralibus. — Radix annua, fibrosa. Caulis adscendens, flexuosus, aequaliter foliatus, trichotomus, superne ramique patenti-divergentes decussatim ancipites pubeque biseriali, latera nec ut in reliquis speciebus angulos occupante, instructi. Folia subobovato-linearia, acuta, mutica, inferne margine setigera, setis latitudinem foliorum superantibus, subtus punctis uni- s. pluri-serialibus notata, margine scabra, internodiis saepissime breviora, $\frac{1}{2}$—$1'''$ longa, $\frac{2}{3}$—$1\frac{1}{2}'''$ lata. Capitula aeque magna ac *pygmaeae*, angustiora quam in *serpyllifolia*, circiter 13-flora; radio brevissimo quinquefloro, solitaria s. terna in ramis usque ad apicem summum foliatis; saepe brevissimis. Foliola 5, circiter $2\frac{1}{2}'''$ longa, oblongo-obovata, margine scariosa, obtusissima, apiculata, glabra, multinervia, aequalia, discum aequantia, inferne conduplicata, glandulis diaphanis, oblongis, paucis. Pappus late paleaceus, mediocris, circiter $\frac{3}{4}'''$ longus, paleis subaequalibus, ellipticis, in setam ipsis longiorem acuminatis, in disco quinis s. quaternis, in radio ternis, haud unilateralibus. Achaenia generis, hirsutiuscula. — Vidi specimina 2 Swartziana in hrb. Holmensi.

*P. pygmaea* et *serpyllifolia* proximae sed caule ancipite foliisque distinctissimae.

12. *P. serpyllifolia* n. sp. (*P. prostrata* W. hrb. N. 16133. fol. 2. *) specimina a Swartzio communicata. *P.*

*) Quo sub nomine specimina Swartziana in hrb. Uhrg. militant.

*humifusa* Cand. in Wydl. pl. exs. Portoric. N. 208. *Lorentëa prostrata* Lag. n. g. p. 28?) Foliis subspathulatis, muticis; caule quadrangulo; capitulis sparsis; pappo late paleaceo, disci brevi.

Modus crescendi prorsus idem ac in *Trifolio scabro* vel *striato*. Radix lignosa, ramosa, subfusiformis, perpendicularis, annua? Caulis, humilis 2—6-pollicaris, diffusus trichotome ramosissimus, procumbens, basi reptans, radicellis longissimis, tenuissimis simplicibusque, dense foliatus, quadrangulus, pube obsoleta, 2-seriali, seriebus e basibus foliorum decurrentibus cum iisque decussatis instructus, saepe purpurascens. Folia rigida, 1-nervia, nervo subtus prominulo, avenia, obovata s. oblongo-ovata, obtusissima, mutica, nonnunquam retusa, basi longe valdeque angustata, denticulis utrinque circiter quaternis—senis, adproximatis, setis latitudine foliorum brevioribus instructa, atque in vaginam brevissimam connata, interstitiis saepissime longiora, conferta, 2—4*m* longa, 1—1½*m* lata, margine scabra, glandulis crebris telaque cellulosa saepe diaphana perforata. Capitula 23—28-flora, radio 5-floro, 4*m* longa, solitaria, pro ramositate plantae rara, ramos apice per interstitium foliis summis brevius nudos squamaque una altera ve scariosa, ciliata, acuta, exigua, elliptica, erecta hinc inde instructos terminant. Involucri 6-phylli, campanulato-cylindracei foliola obovata, obtusissima, nonnunquam retusa, margine scariosa, inferne incrassato-carinata, 2*m* longa, 1—1½*m* lata, glandulis apice rotundis et frequentioribus, inferne oblongis pellucido punctata. Pappus inaequalis, achaeniis multo corollisque brevior, paleis latis, apice pl. laccro-serratis, maximis seta sua longioribus eaque addita circiter lineam longis; in disco senis s. pluribus, in radio binis s. ternis, subopposilis, cilia una altera ve

saepius interjecta. Corollae luteae, disci: linea vix longiores, labiis ext. 4-dentatis; radii: $1\frac{2}{3}'''$ longae, lingulis 4-nerviis, ellipticis, tubum excedentibus, apice obsoletissime 3-crenulatis. Achaenia $1\frac{1}{2}'''$ longa, praecipue angulis hirsuta. — Differt a *P. prostrata*, quacum ipse cl. Swartz compegit, satis superque! — Habitat in insulis Caribaeis (Sw.); Portorico (Wydler); Martinique (Plée); St. Thomas (Car. Ehrenberg.). — (v. sp. s. ∞.)

18. *P. Sieberi* n. sp. (*P. prostrata* Sieb. fl. mart. exs. suppl. N. 24.). Foliis oblongo-obovatis, muticis; capitulis sparsis; pappo late paleaceo, disci longo.

Caulis adscendens, basi reptans, radiculis simplicibus, tenuissimis longissimisque, purpurascens, quadrangulus, pube eadem ac in praecedente obsessus, in specimine suppetente parum dichotomus et 8-pollicaris. Folia prorsus *P. serpyllifoliae* sed magis remota, interstitiis pl. breviora, obtusa s. acutiuscula, 5—7''' longa lineamque circiter lata. Capitula majora, solitaria ramos usque fere ad apicem foliatos terminant. Involucri subcylindracei foliola 3''' longa, $1\frac{1}{2}'''$ lata, elliptica, obtusa, margine scariosa, inferne incrassato-carinata. Pappus idem ac in *P. serpyllifolia* paleis autem in disco circiter octonis, maximis, fere 2''' longis, in radio pauciioribus quam in disco quidem sed binis pluribus. Corollae luteae, radii fere 4; disci fere 2''' longae, caeterum ut in praecedente, cui simillima est, a qua autem caule adscendente, altiori; foliis magis remotis; foliolis ellipticis, longioribus; capitulis majoribus; pappo longiori, disci pluripaleaceo, corollas aequante achaeniaque superante, radii plus quam 21-paleaceo satis abhorrere videtur. — Martinique (Sieber.) v. sp. 1. s.

## LORENTEA (Linnaea V. p. 135.)

(*Pectidis* sp. Kth. *Inulae* sp. L. *Asteris* sp. Houst.

Corolla disci 2-labiata. Pappus disci biserialis.

Pappus disci biserialis, serratus; longus, inaequalis, serie interiori setaceo-paleacea, exteriori breviori et capillari. Corolla disci 2-labiata, 5-nervia, labiis fastigiatis, exteriori 4-dentato; quam interius lineare, integerrimum profundiusque oriundum triplo angustiori. Anthera ala rotunda.

1. *L. saturejoides* (Limaea l. c. t. II. f. 7—12.) Achaeniis radii calvis, involucris octophyllis.

Herba verisimiliter perennis. Caules procumbentes, circiter semipedales, basi lignescentes, ramosi, ramique alterni s. oppositi obscure purpurascentes, teretes, superne hispidulo-puberuli et subcanescentes. Folia rigida, uninervia, nervo subtus prominulo, avenia, linearia, obtusa, setoso-mucronata, scabra, hispida, aetate valde provecta glabra, et laevia, margine scabra, usque fere ad dimidia denticulis setigeris, in quoque latere circiter octonis denis instructa, setis foliorum latitudinem excedentibus, $\frac{1}{2}$—1‴ longa, 1‴ et parum ultra lata, divergentia, glandulis crebris, pro ratione plantae parvis perforata, pleraque in axillis gemmas nondum evolutas foventia. Capitula 4‴ alta, longius quam in affinibus radiata, ramos squamas nonnisi parvas, ellipticas, mucronatas, ciliatas, erectas, alternas, magis minusve crebras gerentes terminant. Involucri 8-phylli foliola oblongo-elliptica, obtusissima s. obtusa, planiuscula, aequalia, $2\frac{1}{2}$‴ longa, margine scariosa. Achaenia pilosa, radii calva. Corollae lutcae, disci $2\frac{1}{2}$‴ longae, radii lingulis oblongo-subellipticis, multinerviis, apice tridentatis, tubum excedentibus. — Schiede et Deppe inter Santa Fe et Plan del rio (Mexic.) Jul. (v. sp. 2.)

2. *L. canescens* * (l. c. p. 135.) Involucris 8-phyllis; pappo radii dimidiato, coroniformi.

Herba 4- s. 5-pollicaris, annua (Kth. l. c.). Caules erecti s. procumbentes, trichotomi (?), ramis divaricatis, subtetragonis, pubertulis, florigeris superne nonnisi squamas

exiguas, semilanceolatas, ciliatas, paucas et remotas gerentibus capitulisque solitariis, radio circiter 8-, disco 30 — 35-floro, 3‴ altis atque aeque longe ac in praecedente radiatis terminatis. Folia rigida, uninervia, nervo subtus prominulo, avenia, linearia, acuta, nondum perfectis breviter mucronulatis exceptis mutica; hispidulo-puberula, subcanescentia, subtus nigro-punctata, 3 — 6‴ longa; ½ — 1‴ lata, margine serrulato-scabra, basi denticulis paucis, adproximatis instructa, setis foliorum latitudinem vix excedentibus; saepe reflexa, pleraque in axillis ramorum primordia foventia. Involucri 8-phylli foliola aequalia, obovata, obtusissima, nonnunquam retusa s. acutiuscula, concava; margine late scariosa, 2½‴ longa, linea raro angustiora. Rhachis nuda, parum convexa. Corollae disci 2‴ longae; radii circiter 4½‴ longae, lingulis lanceolato-ellipticis, tubum excedentibus, apice 3-dentatis, luteo-variegatis? Achaenia circiter 1½‴ longa, pilosa, radii pappo 1-seriali, brevi, coroniformi, dimidiato, apice fisso coronata. — Differt a praecedente, cui simillima est, statura debiliori; foliis praeter nondum perfecta muticis, magis puberulis, denticulis pauciboribus, magis adproximatis, brevibusque setigeris solummodo basi instructis, capitulisque minoribus; pappo radii dimidiato et coroniformi, denique dutatione. — Locis temperatis pr. Chilpancingo Mexicanorum alt. 700 hex. Aprili legit ill. de Humboldt. (v. sp. s. loc.)

3. *L. humifusa* *. (*Pectis humifusa* Sw. prdr. p. 114. Ej. fl. ind. occ. III. p. 1362. *Jacobaea humifusa* hyperici folio Plum. cat. p. 10. Ej. ic. 84. t. 95. f. 2.) Capitulis ramos superne aphyllos terminantibus; involucris 5-phyllis.

Herba annua, radice tenuissime fusiformi, fibras rigidas, paucas emittente, perpendiculari. Caulis prostratus, tri-rarius dichotomus, tetragonus, pube obsoleta, biseriali, seriebus e foliorum basibus decurrentibus cum iisque de-

cussatis, ad nodos foliorum radiculas simplices hinc inde exserens (Sw.). Folia glabra, 1-nervia, basi conjuncta, margine scabra, oblongo-obovata, acuta, exceptis nondum perfectis mucronulatis mutica, basi denticulis paucis (utrinque 2 s. 3.) instructa, setis foliorum latitudine brevioribus, 2—4‴ longa, ½—1‴ lata, glandulis pl. 1-serialibus marginalibusque, internódiis pl. brevióra. Capitula circiter 15-flora, radio 5-floro, 2½‴ longa, pro ramositate plantae pauca, ramos apice per 2—4 lineas nudos squamisque subsetaceis paucis, erectis, alternis obsessos terminant. Involucri 5-phylli foliola subaequalia, oblongo-obovata, acuta, basi cuneata et conduplicata, superne marginelate scariosa, 2‴ longa, vix ½‴ lata. Pappus mediocris, 1½‴ longus, in radio et disco idem. Corollae luteae, disci labio ext. 3- s. 4-dentato. — Locis sterilibus apricis Antillarum (Sw.); in rupibus ad flumen Yumary Nvbr. (Pöppig)! (v. sp. s. 2.)

4. *L. sessiliflora* n. sp. (*Pectis prostrata* W. hb. N. 16133. fol. 1.) Capitulis ramis, usque ad apicem dense foliatos terminantibus; involucris 5-phyllis.

Caulis herbaceus, erectus? pede dimidio altior, purpurascens, superne quadrangulus, pube laxa, 2-seriali, seriebus e basibus foliorum decurrentibus, cum iisque decussatis. Folia linearia, acuta, mucronata, 1-nervia, glabra, basi conjuncta, margine laeviuscula, usque fere ad dimidia denticulatis, setis latitudine foliorum brevioribus, internodiis breviora, ramea confertissima, 1—2‴ longa, 1—2‴ lata, glandulis crebris telaque cellulosa pellucida perforata. Capitula plurimiflora, foliis summis abscondita, radio 5-floro (?) ramulos alternos usque ad apicem densissime foliatos; breves terminant. Involucrum 5-phyllum, campanulato-cylindraceum; foliolis ovato-ellipticis, obtusis, subaequalibus, circiter 4‴ longis, 2‴ latis, interne obiter ca-

rinalis, margine scariosis. Pappus in radio et disco conformis, circiter 2‴ longus. Corollae luteae, — Patria ignota. (v. sp. 1. a Bellardi comm.)

NB. *Pectis discoidea* Horn. est *Leyssera gnaphaloides*, quod recte jam dixit acutissimus Sprg.

# FLORULA INSULAE STI. THOMAE
## INDIAE OCCIDENTALIS

CONCINNATA

A *D. F. L.* DE *SCHLECHTENDAL.*

(Continuatio v. Linn. 5. p. 682.)

### GUETTARDA L.

156. GUETTARDA *rugosa* Vahl! Sw. fl. Ind. occid. 1. p. 632, Cham. et Schldl. Linn. 4. p. 182. — Pili in omni parte magis patentes quam in *argentea* Linn., hinc tactu jam differunt foliorum paginae aversae in utraque specie, sed differunt praeterea folia in *rugosa* minora semperque late elliptica s. subrotundo-elliptica, lateribus quasi parallelis, obtusiuscula, in *argentea* late ovata s. subrotundo-ovata, lateribus extus curvatis, acuta. Pedunculorum absoluta extensio variabilis, semper vero longiores apparent in *argentea*, ubi folium semper superant aut saltem adaequant, quum in nostra folis fere semper sint breviora aut rarius eorum longitudinem attingant, minoremque florum ceteroquin valde similium praebeant copiam. Folia omnium minima in fructifero speciminc 16—17 lin. longa 7—8 l. lata; maxima 3—3½ p. longa 25—26 l. lata; pedunculus ½—2½ p. longus.

Candollius in prodromi quarto volumine plures distinguit species, *rugosam* Sw. a *scabra* Lam. sejungit, tresque alias species inter has et argenteam ponit. Sed copiosis lustratis speciminibus, ne nimis auctus sit specierum numerus ex unica e loci conditione variabili specie, valde veremur. Ulterius certo in eas inquirendum erit.

157. Guettarda *parviflora* Vahl! Cham. et Schldl. Linn. 4. p. 185, G. parvifolia Sw. fl. ind. occ. p. 1958. Parvifoliae nomen insignius foret, nam folia huic inter omnes notas minima. Numerus partium floris variabilis, quaternarius, quinarius; variabilis praeterea magnitudo florum et foliorum in aliis individuis valde diminutorum; variabilis denique florum copia, qui nunc solitarii, nunc terni, nunc septeni, inflorescentia dichotome-ramosa.

## ERITHALIS. L., P. Browne.

158. Erithalis *fruticosa* L., Sw. obs. bot. p. 83., Er. odorifera Jacq., haec unica sui generis species, fructu costato ad Psychotrias varias accedens, floribus trichotome cymosis, 5-meris, corolla fere pente- aut hexapetala, tubo subnullo, antheris linearibus basifixis. Folia summopere magnitudine variant, 2—$2\frac{1}{2}$ p. longa, $1\frac{1}{2}$ p. circiter lata; alia 4 p. longa et ultra 2 p. lata. Crescit in locis mari vicinis in ins. Sti. Thomae.

## RANDIA DC. prodr. 4. p. 384.

159. Randia *latifolia* Lam. Gardenia Randia Sw. obs. bot. p. 61, Fl. Ind. occ. 1. p. 526, Hb. W. n. 5136 excl. fol. 2. Var. $\gamma$. *micrantha*. Frutex ramulis brevibus apice binarius trispinosis horridus. Ramuli juniores tetragoni pilis brevibus hirtelli; vetustiores cortice (fors exsiccatione) valde corrugato et inaequali cooperti. Folia parva variae figurae atque magnitudinis, semper basi longius brevius cuneata, glaberrima et nitida, ceterum mox subrotunda, mox obovata; mox subrhombeo ovata, mox elliptica, mox fere lanceolata, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ p. longa, nunc obtusissima, nunc obtusa cum mucronulo, nunc acutiuscula. Stipulae inter se nec cum petiolis connatae urceolum s. ochream formant, utrinque inter folia acumine insignem, ceterum hirtellam margine ciliolatam, intus albo villosam, membranaceam,

marcidam, fuscescentem, mox disruptam atque ex parte evanescentem. Remotis stipulis libri remanent petioli serie pilorum alborum connexi. Flores parvi fasciculati sessiles e ramulis ramisque praeteriti anni erumpunt, calyce truncato dentibus 5 brevibus subulatis. Corolla (tubo semipollicari ex Sw., 4—6 lineari ex DC.) in siccis nostris ex toto 4 l. longa, tubo limboque aequilongis, aestivatione contorta. Faux et basis laciniarum villis albis tecta. Fructus non visus.

## SYNANTHEREAE. *)

### *Tribus Mutisiearum.*

### LERIA Cand.

160. Leria *nutans* Cand. Linnaea V. 353. var. 1. *Tussilago nutans* L. — In latere septentrionali montium insulae St. Thomae.

### *Tribus Cichoraccarum.*

### SONCHUS.

161. Sonchus *oleraceus* L. — In insulis Sti. Thomae et Sti. Johannis.

### LACTUCA L.

162. Lactuca *inulybacea* Jacq. ic. rar. 1. t. 162. Coll. 1. p. 53. W. sp. pl. III. 1524. Ej. hb. 14563. — Ad vias in insula Sti. Thomae.

Radix subfusiformis, parum divisa, 1 s. pluricaulis, annua? Caulis herbaceus, erectus, inanis, teres, striatus, laevis, glaber, simplex, divisus in paniculam magis minusve ramosam, suprafastigiatam, aphyllam. Folia oblongo-obovata, obtusa s. acuta, dentato-runcinata, glabra, laevia,

*) Auctore Chr. Fr. Lessing.

subtus pallidiora, toto margine calloso-denticulata, circiter 6‴ longa, 2‴ lata, ima conferta, sessilia, superiora remota, multo minora, semiamplexicaulia. Capitula 14-flora aeque magna ac in *Lactuca sativa*. Involucrum cylindraceum, imbricatum, pluriseriale, foliolis siccis, glabris, margine scariosis, ex rotundo-ovatis, acuminatis in linearia, obtusa, apice obsoletissime barbata, circiter 5‴ longa. Rhachis nuda, plana. Achaenia tetragona, prismatica, obiter transversim rugulosa, brevissime rostrata 2‴ longa. Pappus niveus, capillaris, multiserialis, longus, mollissimus. Corolla glabra, tenerrima, lutea, lingulata 6-nervia, 5-dentata tubum dimidium circiter aequante. Stylus gracilis, bilidus, superne ramique obtusi pilosiusculi Antherae caudatae, caudis subintegris, breviusculis. Filamenta laevia, articulo superiori longo. Pollen minutum, scabriusculum. (v. sp. s. ∞.)

### *Tribus Vernoniacearum.*

### VERNONIA Schreb.

163. Vernonia *arborescens* Sw. Linnaea IV. 302.

### PECTIS.

164. Pectis *serpyllifolia* Linnaea VI. p. 715. — In viis montium siccis ins. St. Thomae.

165. Pectis *linifolia* L. Linnaea l. c. — Ad vias in ins. St. Thomae.

### PECTIDIUM Linnaea l. c.

166. Pectidium *punctatum* Linnaea l. c.: *Pectis punctata* L.

### *Tribus Eupatoriearum.*

### AGERATUM L.

167. Ageratum *conyzoïdes* L. — Rarum in ins. St. Thomae.

## EUPATORIUM L.

168. Eupatorium *atriplicifolium* L. — In montibus ins. Sti. Thomae.

169. Eupatorium *denticulatum* Vahl symb. III. 93. *Mikania denticulata* W.

*Tribus Asteroidearum.*

## ERIGERON.

170. Erigeron *canadense* L. Linnaea VI. p.

## CONYZA L. Juss.

171. Conyza *ambigua* Cand. *Erigeron linifolium* W. — Ad vias in umbrosis ins. St. Thomae.

172. Conyza *odorata* L.

173. Conyza *carolinensis* L.

## PLUCHEA Cass.

(Linnaea VI.)

174. Pluchea *virgata* * *Chloenobolus virgatus* Cass. Dict. XLIX. p. 340. *Conyza virgata* L. sp. 1206. — In solo argillaceo ubi Judaei sepeliuntur, nec non in insula Sti. Johannis.

Stylus ♂ bilobus, superne puberulus. Antherae caudatae alis ellipticis, obtusis. Flores circiter 4 in centro. Ovaria villoso-incana, fl. ♂ inania.

## ECLIPTA L.

175. Eclipta *erecta* L. — In fossis ad latera viarum aliisque locis humentibus in ins. Sti. Thomae.

*Tribus Senecionidearum.*

## XANTHIUM L.

176. Xanthium *orientale* L. sp. p. 1400. *X. echinatum* Murr. W. hrb. n. 17471. — Ad vias in ins. Sti. Thomae.

## BIDENS L.

177. Bidens *leucantha* W. sp. pl. III. 1719. — Ad vias in insula Sti. Thomae.

178. Bidens *Berteriana* Sprg. syst. III. p. 454. — Ad agros saccharo cultos in ins. Sti. Thomae.

Species pulchra. Radius roseo-purpureus lingulis amplis, apice grosse 3-crenatis. Achaenia stipitata longissimeque rostrata, aristulis 2 s. 3 reflexis coronata.

## ZINNIA L.

179. Zinnia *multiflora* L. W. hrb. n. 16152. — Spontanea in insula Sti. Thomae.

## SYNEDRELLA Gaertn.

180. Synedrella *nodiflora* Gaertn. — Iisdem locis c. Eclipta erecta L.

## WEDELIA Rich.

(Linnaea VI.)

181. Wedelia *calycina* Rich. Pers. ench. II. 490. *W. acapulcensis* Kth. syn. II. 471.

Frutex ramis oppositis, teretibus, strialis, adultis cinereis, lenticellatis et glabris, junioribus fuscis, asperis, strigoso-hispidis. Folia decussata, membranacea, petiolata, supra basin triplinervia, venosa, strigoso-hispida, scaberrima, subtus pallidiora, punctata nervisque prominentibus, remote serrulata, haud rugosa, 8—18‴ longa, 4—12‴ lata, basi acuta, rarius obtusissima vel brevissime curvilineo-acuminata, pl. oblongo-ovata longeque acuminata, rarius ovata vel acuta. Petioli 2—5‴ longi, intus canaliculati, basi conjuncti. Capitula erecta disco circiter 4‴ alto, radio longo, circiter 8- vel plurifloro, ramos superne per interstitium foliis summis brevius terminant. Involucrum cylindraceo-campanulatum, biseriale foliolis planis, plurinerviis.

integerrimis, exterioribus, quaternis, inaequalibus, foliaceis, basi nonnisi subsiccis, laxis, semilanceolatis, acuminatis, extus hispidis hispidoque ciliatis, circiter 4‴ longis et 1½‴ latis, saepe radium aequantibus, interioribus ellipticis, obtusissimis — acutis, totis subsiccis, glabrioribus, brevioribus, pl. latioribus, quaternis s. quinis. Rhachis subplana, diametro 2‴ longo. Bracteolae scariosae, 1- s. 2-nerviae, lineari-oblongo-ovatae, acutae, amplexiflorae, floribus aequales, apice serrulatae. Achaenia 2‴ longa, caeterum prorsus ut in *Wedelia Ehrenbergii* n. sp. Corollae luteae, disci 2½‴ longae, limbo cylindraceo, longo tubum superante, dentibus extus hispidiusculis; radii: glabrae, circiter 4½‴ longae, tubo lineam longo, lingulis ellipticis, 2‴ latis, 2-lobis, multinerviis, nervis duobus reliquis multo fortioribus.

*Obs.* Num satis diversa a W. *frutescente* Jacq., Pers. ench. l. c.?

182. Wedelia *discoïdea* n. sp.

Caulis prostratus, purpurascens, herbaceus, trichotomus, magis minusve hirsutus. Folia decussata, petiolulata, triplinervia, membranacea, ovata, obtusa, basi in petiolos 2—4‴ longos, purpurascentes, hirsutos brevissime curvilineo-acuminata, obsolete serrato-crenata, 8‴—2″ longa, 4‴—1″ lata, scabra, utrinque hirsuta, pilis e tuberculis supra magis perspicuis deindeque albo-callosis oriundis, subtus pallidiora et punctata. Capitula circiter 9-flora, homogama, discoïdea, homocarpa, pedunculata, solitaria — terna, foliis summis longe superata. Involucrum floribus longius, uniseriale, foliolis circiter 5, foliaceis, multiplinerviis, elliptico-ovatis, obtusis, utrinque hirsutis, ciliatis, integerrimis, inaequalibus, circiter 3—4‴ longis, 1½—2‴ latis. Bracteolae conduplicatae, 1-nerviae, subscariosae, floribus aequales, ellipticae, acuminatae, apice longissime ciliatae. Achaenia matura 2½‴, pilosiuscula, demum su-

perne ad angulos tuberculata, tunica extima ore ciliato, disco epigyno parvo. Corollae 5-dentatae, dentibus obtusis, apice obscuris, hispidiusculo-ciliatis, limbo a tubo brevissimo parum distincto. Genitalia inclusa. Antherae ecaudatae, alis subrotundis. Pollen globosum, echinulatum.

---

Wedelia *Ehrenbergii* n. sp. Carol. Ehrenberg legit in insula St. Domingo pr. urbem Cap Français.

Caulis gracilis, herbaceus, flexuoso-erectus, teres, strigoso-pilosus, striatus, parum ramosus, ramis oppositis, 16—20 et ultra pollicaris, basi ima reptans, inferne aphyllus. Folia remota, decussata, membranacea, petiolulata, supra basin triplinervia, nervis subtus prominulis, venosa, plana, hirsuto-hispida, supra asperrima, subtus scaberrima pallidioraque, oblongo-elliptica, rarius elliptica, acuta, basi obtusa aut acuta, saepe inaequalia et obiter cordata, serrato-crenata, crenis apiceque apiculatis, $1\frac{1}{2}$—$4'''$ longa, $\frac{1}{2}$—$1'''$ lata. Petioli hirsuti, plani, 2 s. $3'''$ longi, basi conjuncti. Capitula erecta, multiflora, radio 12-floro, aeque magna ac in *Bellide perenni* terminant ramos caulesque superne per interstitium foliis summis circiter aequale aphyllos. Involucrum campanulatum, 10-phyllum, biseriale, disco aequale, foliolis planis, integerrimis, acutiusculis, apiculatis, exterioribus ellipticis, multiplinerviis, totis fere foliaceis, extus hirsutis, $2'''$ longis, $1'''$ latis, interioribus obovatis, multinerviis, totis fere siccis, minoribus glabriusque. Bracteolae siccae, floribus disci aequales, ciliatae, multinerviae, oblongo-obovatae, conduplicatae, $2'''$ parum longiores, apice extus hirsutae. Corollae luteae, disci: 5-nerviae, $1\frac{1}{2}'''$ longae tubo brevissimo, limbo 5-dentato, longo, cylindraceo, dentibus extus hispidiusculis; radii: $2\frac{1}{2}'''$ longae, glabrae, lingula subrotundo-elliptica, lata, multinervia, truncata, obsolete apice 3-crenata, crena intermedia minori, nervis duobus multo fortioribus; tubo

brevissimo. Antherae nigricantes. Stylus Coreopsidis, basi attenuatus. Achaenia obovata, disci quoque fertilia; 4-gona, vix $1\frac{1}{2}'''$ longa, nectario alveolari, tegumento extimo, apice hirsutiusculo-pubescente oreque pappum brevissimum coroniformem. denticulatum et muticum fingente adempto glabra, 4-costata, transversim rugulosa, atra.

---

MELANANTHERA Rich.

183. Melananthera *Linnaei* H. B. K. IV. p. 156. — Ad margines agrorum saccharo consitorum, nec non ad vias in ins. Sti. Thomae.

ERECHTHITES Raf.

(*Neaeceis* Cass. Dict. XLVIII. 457.)

184. Erechthites *praealta* Raf. *Sonchus agrestis* Sw. fl. ind. occ. p. 1289!

PYRETHRUM W.

185. Pyrethrum *simplicifolium* W. sp. pl. III. 2151. *Matricaria prostrata* Sw. prdr. 114. Ej. fl. ind. occ. III. 1366.

PARTHENIUM L.

186. Parthenium *Hysterophorus* L. — In locis siccis ad vias ins. Sti. Thomae. —

CAMPANULACEAE R. Br.

LOBELIA L., R. Br.

187. Lobelia *longiflora* L. Planta valde venenata, cujus patria ab auctoribus nimis angustis proponitur finibus, videtur enim plurimis in Antillarum insulis crescens, si varios comparas auctores. In montibus ad rivulos crescit.

JASMINEAE R. Br.

JASMINUM L.

188. Jasminum *grandiflorum* L. Cultum in insula Sti. Thomae ex India allatum.

## ASCLEPIADEAE R. Br.

### ASCLEPIAS R. Br.

189. Asclepias *curassavica* L. Planta per totam Americae orientalis tropicae oram vulgatissima, foliorum extensione et florum colore variabilis.

### CALOTROPIS R. Br.

190. Calotropis *procera* R. Br. Fragmenta tantum accepimus, quae tamen Jacquinianae descriptioni in stirpibus Americanis optime respondent. Planta ut auctor idem jam suspicatur ex India in Antillas translata videtur.

### METASTELMA R. Br.

191. Metastelma *parviflorum* R. Br. (Cynanchum Auct.) Folliculi R. Brownio ignoti, sunt graciles bipollicares, laeves, seminibus repleti sat magnis, $2\frac{1}{2}$ l. longis, comosis, coma argenteo-nivea dimidium pollicem aequante.

## APOCYNEAE R. Br.

### ECHITES R. Br.

192. Echites *circinalis* Sw. Fl. ind. occ. 1. p. 533. Swartzianam si respicimus descriptionem nostraque cum planta Thomasiana comparamus, nullum dubium quin eadem sit, sin vero specimen herbarii Wildenowiani (n. 5177) a Vahlio traditum intuemur, differt: foliis utrinque magis acuminatis, racemis paullo magis elongatis, rhachi pedicellis calycibus corollisque extus puberulis, calycis laciniis (jam in alabastro) revolutis, corolla duplo majore tubo aequali. Hinc dubium, sed cel. Swartz flores dicit parvos, calycis dentes erectos; corollae tubum pentagonum medio parum ventricosum, quae omnia in nostram quadrant stirpem. In locis umbrosis ins. Sti. Thomae.

R. Brownius in charactere generico Echitidis faucem tubumque postulat esquamata, squamae in *Ech. circinali* (quam ipse vidit Echitidique adscripsit) nullae, sed villi faucem claudentes, an generis diversi indicium?

193. Echites *subcrecta* Jacq. Hb. W. n. 5168. Planta haec, vulgatior in Antillis, nequaquam cum praecedente idem potest intrare genus, quam maxime enim differt corollae forma et structura. Dijudicabunt generis scrutatores.

## CERBERA L., HBK.

194. Cerbera *Thevetia* Jacq. et autorum. Flores vidcntur racemosi, racemus terminalis, aut ramo foliifero sub eo crumpente pseudolateralis. Folia fere Salicis viminalis sed glaberrima.

## PLUMERIA L., HBK.

Species hujus generis male sunt cognitae, specimina in herbariis manca aut exesa, verba auctorum neglecta, formae cultura auctae; hinc peregrinatoribus indigenisque observatoribus maxime commendandum genus.

195. Plumeria *alba* L. et auctorum. Plures videntur existere varietates; pluresque comprehendi species hoc sub nomine quod solummodo Plumeriam floribus albis indicat. Folia in nostro cum petiolo 10—12 p. longa, 10—12 lin. lata sublanceolato-oblonga basi acuta, apice acuminata, margine paululum revoluta, costa media venisque parallelis sibique oppositis alternantibusve subtus prominentibus, ibique subrugosa, supra glabra, subtus leviter et molliter tomentosa, costa media semper nuda. Petiolus supra paululum canaliculatus 9—18 l. longus. Cymae longe pedunculatae, ramis abbreviatis fasciculatim fere confertis omnino glabris. Corollae magnae a basi tubi usque ad apices laciniarum $1\frac{3}{4}$ p. l., glabrae praeter margines laciniarum pube brevi densa versus faucem ornatos. In montibus insulae Sti. Thomae crescit.

196. Plumeria *rubra* L. et auctorum. Melius quam praecedens finita videtur. Folia obovato-oblonga, acuta in petiolum attenuata, c. illo 10—12 p. long., $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{4}$ p.

lata, utrinque glabra, costa media subtus prominente, venis parallelis alternantibus. Cymae longe pedunculatae irregulariter 3—4-chotomae, pedunculis, ramis, pedicellis, calycibusque mollissime pubescentibus v. subtomentosis. Corollae vix paulo minores quam in praecedente, omnino glabrae, pube marginali vix ulla. In insula Sti. Thomae colitur.

Plumeria rubra Sieb. (pl. martin. exs. suppl. n. 4) a nostra differt: inflorescentiae ramis glabris; corollis majoribus.

## VINCA L.

197. Vinca *rosea* L., Sieb. pl. mart. exs. n. 56. Fruticulus in Antillis frequens.

## RAUWOLFIA L., HBK.

198. Rauwolfia *nitida* Jacq. Planta in horto nostro botanico colitur e seminibus a Berterone ex ins. St. Martha missis. Petiolorum margines pilis brevibus crassis conicis sunt ciliati, aut tota eorum superficies similibus pilis est adspersa.

# BIGNONIACEAE Juss.

## BIGNONIA Juss.

199. Bignonia *ungnis* L., Hb. W. n. 11426 specim. Vahl. — Frutex scandens, di- et trichotome ramosus. Folia opposita, reverá pinnata, pari pinnarum infero evoluto, supero cum impari pinna in cirrhos breves, medio crassiores, apice acutos et subuncinatos mutatis, hinc folium conjugatum cirrho trifido terminali. Foliola lanceolata v. elliptico-lanceolata v. ovato-lanceolata, acute acuminata mucronulata, utrinque lucida, glaberrima, rete vasculoso utrinque prominulo, magnitudine valde varia 1—2 p. longa, 6—10 lin. lata. Cirrhus ex toto 4—8 lin. longus. Stipulae intra petiolos solitariae aut geminae, verticales parvae ovatae acutae mucronulatae nervoso-striatae, 2 circiter

lineas longae; si geminae ex earum axilla proveniunt flores plerumque bini pedunculati, altero pedunculo rarissime bifido, bifloro. Pedunculi prope basin bracteolis suboppositis ante anthesin videntur instructi. Calyx laxus campanulatus, obtuse repando-dentatus, 5 circiter lin. altus. Corolla bipollicaris, genitalibus inclusis. Capsulae immaturae fere pedales.

200. Bignonia *pentaphylla* L., Hb. W. n. 11453; spec. Vahl. — Folia, praesertim juniora, in utraque pagina lepidibus minutissimis orbicularibus integerrimis albidis, reti vasculoso tenuissime et elegantissime contexto impositis, cooperta, vetustiora sensim magis denudata. Similibus lepidibus ramuli ultimi, pedunculi calycesque obteguntur. Foliolorum forma obovata-lanceolata-cuneata v. elliptica inferne attenuata apice acuta. Flores magni, corolla $2\frac{1}{2}$ p. longa, genitalibus inclusis. Calyx bilabiatus, labio superiore paulo longiore, sub-3-dentato, inferiore integro bifidove. Capsulae 4—5 p. longae, 3 lin. latae, utrinque acutae. Semina utrinque ala margaritaceo-alba obtusa praedita.

## TESCOMA Juss.

201. Tecoma *stans* Juss., Bignonia auct., Hb. W. n. 11470.— Male dicitur de hoc frutice: spicis terminalibus, sunt enim racemi terminales simplices, aut pedunculis inferioribus racemosis compositi. Culta videtur in Sti. Thomae insula.

## CRESCENTIA L.

202. Crescentia *Cujete* L., Jacq. Amer. p. 175 t. 111. Plures fors sejungendae sub eodem nomine *Cr. Cujete* comprehendi videntur formae; *C. acuminatam* jam distinxit cel. Kunthius. Foliorum maxima diversitas magnitudine, forma, consistentia. Saepenumero in iis vides lepides minutissimas, illis *Bignoniae pentaphyllae* similes,*) in

*) Hinc et major cum Bignoniaceis affinitas ex nostra sententia.

ultraque pagina variabili quantitate sparsas. Folia omni attentione digna: at in vivis scrutandum; num revéra sint simplicia, num stipulata? et sic porro. Colonis: Calabash-tree. Crescit locis humidis ad rivulos, fontes.

## CONVOLVULACEAE.

### CONVOLVULUS (c. Ipomoea.)

Genus dubiis multis vexatum, specierum ditissimum, per orbem terrarum dispersum, inter tropicos locupletissimum, monographo strenuo, herbariorum frustula sedulo comparanti, viventes quot paucas largiuntur species, hortus et ager acute inspicienti commendandum. Species e calyce, corolla, capsula, seminibusque, nec non ex integumento suo tutius, recognoscendae, *ab auctoribus praesertim prioribus* foliorum forma interdum nimis variabili distinctae, in herbariis male asservandae, corollae figura scilicet vix restauranda, capsulis facile disrumpentibus plerumque deficientibus. Optandum ut genera plura exstrui possent praeter *Ipomoeam* a variis variè circumscriptam, praeter *Calystegiam* vix servandam, habitu jam alienas complectentem formas, sed, nunc pium desiderium plurimis speciebus pessime notis. Sequuntur species insulae Sti. Thomae, fructices arboresque in convallium umbrosis insolatisve locis decorantes, sub *Convolvuli* nomine, e foliorum forma in sectiones distributae.

* *Folia emarginata (apice biloba) ceterum integra.*

203. Convolvulus *maritimus* Lam., Kth. syn. 2. p. 213. In littoralibus insulae Sti. Thomae. Est forma major, foliis minus alte bilobis, *C. brasiliensis* W.

** *Folia cordata, (postice biloba) ceterum integra.*

204. Convolvulus *tuba* n. sp., glaber; caulis volubilis, folia petiolata late ovata acuminata profunde cordata, sinu lobisque obtusissimis, acumine attenuato obtusiusculo mucronulato; flores axillares pedunculati solitarii; pedunculus

incrassatus. calycem longitudine aequans, ebracteatus; sepala subaequalia obtusissima mucronulata; corollae maximae tubus elongatus. calyce plus triplo longior aequaliter cylindraceus, limbus infundibuliformis; Genitalia tubo inclusa, Stylus antheras superans, stigmate bilobo, lobis divergentibus orbicularibus; capsula calyce aucto brevior subglobosa, semina brunneo-velutina, margine pilis longis sericeis fimbriata.

Speciem certo insignem inter descriptas non reperimus. Folia maxima, a sinu ad apicem $3\frac{1}{2}$ p. longa, ferme totidem pollices lata, lobis pollicem ultra sinum productis, petiolus hisce foliis 3-pollicaris; sensim transeunt in minora bipollicaria, lobo semipollicari, petiolo $1\frac{1}{2}$ poll. Pedunculus pollice brevior, calyx 9 circiter lin. longus, corollae tubus fere tripollicaris, limbus $1\frac{1}{2}$ pollicaris. Folia membranacea reticulato-venosa, nervo venisque subtus prominulis, his utrinque suboctonis, primariis tribus quatuorve utrinque paulo supra petioli insertionem quasi ex eodem puncto provenientibus, omnibus per arcus sensim minores marginales invicem petentibus. Sepala (partitiones calycis) vix margine membranaceo-hyalina, inter se non valde sunt inaequalia. Corollae tubus 4 circ. lineas latus, diameter. limbi expansi vero 4-pollicaris videtur, quantum ex siccis coneludere liceat. Quas capsulas seorsim acceptas huic addimus speciei, quum calycis adaucti indoles pedunculique natura optime conveniat, depresso-globosas reperimus calyce pollicari breviores (9 lin. altas) minutim mucronulatas biloculares tetraspermas. Semina subtrigona, dorso convexo, margine ventrali obtusissimo, brunneo-velutina mollissima, marginibus lateralibus acutis pilorum serie sericeorum longorum dilute brunneorum fimbriatis, foramen umbilicale, magnum, ad basin anguli ventralis, iisdem ut margines sed paulo brevioribus et copiosioribus cingitur pilis.

(Cont. in seq. fasciculo.)

# FLORULA INSULAE STI. THOMAE
## INDIAE OCCIDENTALIS
CONCINNATA
A. *D. F. L.* DE *SCHLECHTENDAL.*

(Continuatio.)

### CONVOLVULUS (c. Ipomoea.)

205. Convolvulus *melaniostictus* n. sp.: puberulus; caulis volubilis; folia petiolata subrotundo-ovata, profunde cordata, sinu acutiusculo, lobis obtusissimis, apice subacuta et mucronulata, subtus nigro-punctulata mollitergue pubescentia; flores axillares pedunculati solitarii; pedunculus petiolo brevior, infra medium bracteis 2 alternis ovatis caducis (cicatricibus earum gibberulis ab alabastri juniori aetate tantum conspicuis) munitus, subaequalis; sepala 5, subaequalia suborbicularia obtusissima mutica; corolla magna; tubus calyce fere quadruplo longior sensim ampliatus (subconoideo-cylindraceus) in limbum infundibuliformem margine ciliolatum abiens; genitalia tubo inclusa, stylus antheras vix superans, (stigmatis lobis oppositis parvis, styli lobo sejunctis?? dehuo observandum!); capsula ignota.

Species haec summam praebet affinitatem cum *Conv. grandifloro* Hb. W. n. 3730 (spec. a Kleinio ex Ind. or. comm.) quem equidem ex manico herbarii specimine discriminare nequeo, accedit ad *C. candicantem* ejusdem herbarii n. 3692 (specimina Rottleri et Kleinii) quae *Dettisomia uniflora* Roxb. (Fl. Ind. 2. p. 85), forma foliorum, pedunculis bibracteatis unifloris, bracteis citius deciduis, sed differt noster: defectu glandularum petiolarium; foliis

subtus haud argenteis et obtusioribus, corollae tubo minus cylindrico, caule calycibusque haud cinereo aut candicanti-sericeis cett. Nec inter Indicos Roxburghii, nec inter Americanos auctorum ullum reperis Convolvulum huic respondentem, quare novam hanc utriusque orbis civem proponimus speciem. — Folia maxima a sinu ad apicem tripollicaria (minora 18—21 lin. longa) diametro fere 4 pollicari, lobis pollicaribus (diameter minorum bipollicaris lobis semipollicaribus) petiolo majorum 3-, minorum bipollicari. Venarum distributio ut in antecedente. Superficies oculo armato punctis minutissimis, tactu autem non percipiendis obtecta apparet, pagina vero aversa pallidior, in primis ad nervum venasque primarias puberula, punctis numerosis nigris est obsessa. Caulis, petiolus, pedunculus eadem pubescentia, in junioribus partibus crebriori, obducitur. Bracteae sepalis similes sed angustiores, jam in juniori alabastro deciduae cicatricesque gibbosas relinquentes. Calyx sub anthesi 6—7 lin. longus, sepalis margine paululum hyalino membranaceis superficie puberulis. Corollae tubus bipollicaris, limbus pollicaris, diametro transverso $2\frac{1}{2}$ pollicari et ultra, margine ciliolatus, ciliis ad plicarum apices copiosioribus, punctis nigris minutissimis (iis foliorum similibus) per plicas, solito more validioribus nervis notatas, dispersis. Corolla rubicunda videtur plicis intensius coloratis, aut albida plicis roseis.

206. Convolvulus *triqueter* Vahl Symb. 3. p. 30. Specimen unicum accepimus quod cum brevi nec stirpem satis delineante descriptione operis supra laudati omnibus praeter florum numerum convenit notis; reperimus enim in nostro pedunculos bifloros, quos 3—5-floros auctor dicit. Paucis ut addamus descriptionem verbis necesse.

Caulis lineis 3 elevatis membranaceis, vix alas nominandis, triqueter; duae ab insertione petioli oriuntur, tertia est proximi folii altera cujus socius ad petiolum currens

finitur; folia petiolata late ovata, sinu lato depresso cordato, lobis obtusissimis, apice acuta, aetate provectiore supra glabriuscula (pilis adpressis lentis ope tantum conconspicuis) subtus pubescentia mollia, juniora subvillosa imo villosa; maxima a sinu ad apicem 4, diametro fere totidem metientes pollices, lobis vix dimidio pollice longioribus. Petiolus pubescens aut villosus in maximis bipollicaris. Nervi venaeque primariae solito more dispositae subtus prominent. Pedunculus axillaris, folio brevior, biflorus, flore altero terminali, altero laterali; pedicelli sursum incrassati sub fructu tetragoni alter terminalis vix brevior nudus, alter lateralis sub medio 2-bracteatus, ad exortum bracteis 2 oppositis suffultis. Bracteae omnes ovatae extus villoso-pubescentes mucronatae, caducae. — Sepala exteriora majora bracteis similia, extus villosa, reliquaque amplectentia et fere occultantia sepala, quae haud breviora sed angustiora et glabra. Calyx sub anthesi 8—9 lin., fructifer 14—16 l. longus. Corolla parva calyce duplo longior, ceterum ignota. Capsula membranacea, globosa calyce brevior abs eo includitur. Semina globoso-trigona aterrima, nitoris omnis expertia glabra et laevia, axi trilineari.

207. Convolvulus *tiliaceus* Willd. hb. n. 3691 (specimen ab Hoffmannseggio comite communicatum e provincia Pará Brasiliae), Spreng. Syst. 1. p. 601.

Speciem imcomplete notam illustrare tentamus. Brasiliensia a Thomasianis recedunt exemplis statura paulo robustiore cymis divitioribus, praeterea discrimen nullum. Omni ex parte glaber. Caulis volubilis. Folia petiolata subrotundo-ovata, subreniformi-profunde cordata, sinu lato obtusissimo, lobis obtusis, apice obtusiuscula l. acuta v. breviter obtuse acuminata, semper mucronulo parvo terminata; flores cymosi, cyma axillaris longe pedunculata subfastigiata subirregulariter bis pluriesve tri- et dichotoma,

ramis brevibus floribus breviter pedunculatis; bractea fan ccolata caduca, quemvis ramum et pedunculum suffulciente (cicatricibus earum tantum relictis); sepala 5, paululum inaequália (exteriora breviora atque angustiora) obovato-elliptica, breviter cuspidato-acuminata; corolla mediocris infundibuliformis, totai calyce quintuplo longiora; genitalia inclusa, mediam corollam attingentia; stigmatis lobis orbi-

cularibus, divergentibus; capsula ?

Folia alia 2½ p. a sinu longa, 3 p. lata, lobo semi pollicari; alia ultra 4 p. a sinu longa, 4 p. lata, lobis 9 lin. longis. Petioli 1½—4 p. longi. Calyx 4—5 lin. longus. Corolla rubra 2 poll. longa, limbi diametro sesquipollicari. Inflorescentia tota 4—8 poll. longa; pedunculo 2—4 p. longo.

208. Convolvulus *sagittifer* HBK. syn. 2. p. 216., Conv. havanensis HB. W. n. 3658 (specimen Humb. c. adjacente schedula „Caracas hinc C. caracasanus Schldl. pat. in hb. W.)

Haec pulchra, quae floribus luteis gaudet species, ut omnes foliorum fudit forma, hunc obtusis nunc acutis nunc acute acuminatis, sed praeterea differentia nulla.

209. Convolvulus *filiformis* Desr., Ipomoea auct. Hb. W. n. 3758. — Ex insulis Martinica, Stae. Crucis et Sti. Thomae hucusque nota.

210. Convolvulus *nodiflorus* Desr., Hb. W. n. 3649 (spec. Vahl.), Sieb. mart. exs. n. 388.

Ab hac specie haud differre videtur: *C. polycarpus* HBK. Syn. 2. p. 214 (Hb. W. n. 3657. spec. Humb.); neq longe recedit: *C. verticillatus* L., HBK. l. c. (*C. spiralis* Hb. W. n. 3659 spec. Humb.)

211. Convolvulus *pentanthos* Jacq., Hb. W. n. 3689. Hic in schedula ab ipso Vahlio adjecta est scriptum: „Convolvulus pentanthos, — bicolor Symbolor.“, quod vero

si descriptionem ab ipso datam respicimus; negamus; C. violaceum ejusdem autoris potius afferendum crederemus.

*** *Folia cordata (postice biloba) antice triloba, lobis integris aut exterioribus sublobatis.*

212. Convolvulus *hederaefolius* Spr., Ipomoea hed. auct., Hb. W., n.

213. Convolvulus *Sloanei* Spr., *Ipomoea parviflora* Vahl et auct., Hb. W. n. 3767. Summopere foliis varians integris, trilobis, plus minus profunde tripartitis, 5-fidis, lobo medio lanceolato acuminato producliore, sinubus omnibus obtusis subaequalibus, lobis lateralibus tripartitorum quasi alaeformibus, 5-fidorum angusto lanceolatis, extimis oblique irregulariter quadrangulis.

Huic speciei valde cognatus *Conv. trifidus* HBK. Syn. 2. p. 221, qui *C. hepaticaefolius* Hb. W. n. 3709 (spec. Humb.), quem distingues: calycum pilis adpressis sparsis, floribus majoribus etc.

214. Convolvulus *hederaceus* L. — *Ipomoea hederacea* Hb. W. n. 3760 (spec. hortense), *Conv. Nil* Hb. W. n. 3642; *Ipomoea Rudolphi* Sieb, Martin. Suppl. 30.

In utraque India haec species provenit, habemus ex India orientali (red hills near Madras), America boreali, Antillis atque e Brasilia.

215. Convolvulus *Pes tigridis* Spr., *Ipomoea pes* auct., Hb. W. n. 3768.

Planta Indiae orientalis in Sti. Thomae insula in campis saccharinis provenit, hinc non indigena videtur.

Capitulum cyma quinquies dichotoma cum flore alari, ramis omnibus abbreviatis et foliolo (bractea) altius sensim angustiori et minori, lanceolato piloso suffultis. Calyx 6—7 lin. longus, subregularis, sepalis e latiori basi oblongo-lanceolatis acuminatis acutis, patentim pilosis. Corolla apice pilosa, pilis patulis. Stamina paulo supra fundum inserta, tubum circiter aequant. Capsula parva depresso-

globosa intra calycem sessilis; diametro bilineari, 4-valvis, 2-locularis, loculis 2-spermis.

216—17. Convolvuli duo supersunt hujus sectionis singulis oblati speciminibus haud omnes praebentibus notas, hinc determinatu difficillimis.

**** *Folia palmato-aut digitato-multipartita aut foliolata, partitionibus foliolisque integerrimis lobatisve.*

218. Convolvulus *pentaphyllus* L., Hb. W. n. 3720, Sieb. Martin. exs. n. 280.

Species in utroque littore maris atlantici in Guinea et America provenit. *C. nemorosus* Hb. W. n. 3718 varietas ejus loci conditione orta videtur.

219. Convolvulus *dissectus* L., Hb. W. n. 3713 (minime vero *Ipomoea dissecta* Willd. ut vult Sprengel in Systemate.)

220. Convolvulus *tuberosus* L. sub Ipom.

Florifera, quae coram habemus, specimina conveniunt cum icone Sloanei, folia tantum depingente; verba auctorum nullibi recedunt, florum enim binc inde aucta copia nos non deterret.

Folia nostris petiolata (petiolo lamina breviore) 5—7 partita, sinu basali patulo acutiusculo cordata, reliquis inter lacinias angustis obtusis, laciniis (tres quartas aut quatuor quintas partes longitudinis totius laminae occupantibus) lanceolatis integerrimis, acute acuminatis, extimo pari nunc deficiente, nunc lobi in modum indicato, nunc plane evoluto. Planta tota glaberrima laevisque. Inflorescentia folio suo plerumque brevior vel id ipsum aequans. Pedunculi petiolis multo validiores paulo longiores, et caulis subteretes, dichotome cymosi cum impari, ramis pedicellisque brevibus, illis e curvata basi erectis; ramo altero saepius jam primitus deficiente, vel utroque non valde evoluto, hinc numerus florum varius, ternarius, quaternarius, qui-

narius, vix unquam septenarius. Bracteae ad ramorum basin parvae (1—1½ lin.) ellipticae s. ovales hyalinae, obtusae, caducae. Flores mediocres, ex toto bipollicares. Calyx pollicaris v. paulo longior, cum petiolo conico 1½ poll., sepalis 5 aequilongis haud aequilatis, exterioribus 2 latioribus reliqua amplectentibus atque in alabastro saltem occultantibus, omnibus ellipticis oblongisve obtusissimis v. retusis membranaceo-subhyalinis. Corolla glabra infundibuliformis, calycem vix pollice superans. Genitalia inclusa, calyce breviora, filamentorum inaequalium basis triangularis, paulo supra fundum corollae inserta, glandulis pedicellatis obsessa. Stylus staminibus brevior, stigma biceps, capitulis globosis. Capsulam non habuimus.

***** *Folia pinnato-multipartita.*

221. Convolvulus *Quamoclit* L. sub Ipom.; Hb. W. n. 3745, ubi et specim. Humboldt.

Ad margines agrorum Sacchâro consitorum, hinc cum Saccharo introductus videtur.

## EVOLVULUS L.

222. Evolvulus *linifolius* L., Brown Jam. p. 152 t. 10. Nama evolvuloides Hb. W. n. 5451. (spec. Humboldt. Cumana), Evolvulus hirsutus HBK. 3. p. 117 excl. syn. Ev. hirsutus Lam. et Ev. alsinoides L.

Vidimus plantam hanc ex insulis Sti. Thomae, Stae. Crucis atque in umbrosis pr. Cumanam lectam. Pubescentia omnis adpressa. Folia variabilia, breviter petiolata, anguste aut late elliptica, mucrone terminata, basi interdum attenuata, hinc et obovata et apice retusa; ½—1 p. longa, 3—5 lin. lata, nunquam revera linearia. Pedunculi foliis longiores vel ea aequantes subtriflori, plerumque uniflori.

223. Evolvulus *nummularius* L., Sloane Jam. 1. p. 157. t. 99 f. 2., Hb. W. n. 6123, Ev. veronicaefolius Sieber Fl. Martin. exs. n. 389.

Vidimus hanc plantam ex insulis Martinica, Portoricco, Stae. Crucis et Sti. Thomae, nec non e Brasilia tropica. Caules flagelliformes interdum a matre diversas praebent foliorum formas copiosioremque pubescentiam ita ut divulsos facile pro distincta haberes specie. Ev. veronicaefolius Kunthii quem non vidimus, distingui vix meretur.

## CUSCUTA L.

224. Cuscuta *americana* Jacq. Amer. p. 24 (forsan exclusis synonymis omnibus); Sieber Fl. Mart. exs. n. 91.

Calyx subcampanulatus vel potius hemisphaericus, 5-partitus, laciniis late rotundatis obtusissimis, tubo corollae paullo brevioribus, erectis laxis (corollae angustiori haud adpressis). Corolla urceolato-tubulosa, limbi 5-lobi lobis ovatis acutiusculis, semper erectis (in statu quoque fructifero, ubi super capsulam contrahuntur). Stamina dimidios aequant lobos. Squamae in media corolla obtuse triangulares, basibus suis fere contiguae, laciniato-fimbriatae. Pistillum e corolla paullisper emergens; ovarium subglobosum; styli duo, filiformes, ovario longiores, stigmatibus subcapitatis. Capsula depresso-globosa, calyce corollaque marcidis involuta, circumscisse dehiscens, bilocularis, loculis 1-spermis. — Fructices arboresque minores: Crotones, Annonas aliasque florum copia obducit. Swartzii planta, in herbis crescens et locis maritimis, capsula tetrasperma fors diversa species.

# SOLANACEAE Juss.

## NICOTIANA L.

225. Nicotiana *Tabacum* L. et auctor. Hinc inde in vicinia domorum solitarie obviam venit in insula Sti. Thomae.

## DATURA L.

226. Datura *Stramonium* L. Ad vias in insula Sti. Thomae passim occurrit.

227. Datura *fastuosa* L. et auct. In hortis insulae Sti. Thomae colitur, provenit corolla duplici tripliciquc.

## PHYSALIS L.

228. Physalis *angulata* L., Nees ab Es. Linn. 6. p. 474 Planta in Antillis pluribus proveniens uti e specimine Sieberi in Fl. Mart. exs. clarum.

## LYCOPERSICUM Dun.

229. Lycopersicum *esculentum* Mill., Dun. Sol. p. 113. In insula Sti. Thomae cultum.

## SOLANUM L. Dun.

230. Solanum *nigrum* L., Koch u. Mert. Deutsche Fl. 2 p. 230, Brandt u. Ratzeb. Giftgew. p. 81. t. 19. — Planta per orbem terrarum divulgata, polymorpha, immerito in plurimas fissa species. Foliorum margo nunc integer, nunc sinuato-dentatus in eodem specimine; flores nunc majores, nunc minores ex soli varietate; pubescentia e pilis adpresso-erectis, brevibus, albidis, e latiori basi subulato-subconicis composita, nunc copiosior, nunc rara, inprimis in junioribus et inflorescentiae partibus obvia, nunquam frustra quaeritur. Mirum certo, odorem aliis in speciminibus ejusdem loci esse inamoenum nauseoso-narcoticum, in aliis moschatum. Quod in exteris terris in usum cibarium adhibetur Solanum, nisi idem cum S. nigro Europae, proximum saltem videtur.

231. Solanum *polygamum* Vahl Symb. 3. p. 39. t. 55, Dun. Sol. p. 188.

Species variabilis. Tomentum breve e pilis stellatis lutescentibus aut rufescentibus aut intense ferrugineis com-

positum, omnes fere plantae partes praeter aculeos rectos subulatos patentes laéves nitidos ferrugineo-fuscescentes apice obscuriores, 4 lin. longos dense obducit, ipsamque baccam investit, calyce aucto (pollicari) suffultam; petalorum externam faciem, utramque calycis paginam occupat. Stam. 5 fertilia, antheris anguste ellipticis subsessilibus rectis apice biporosis. Aculei in aliis speciminibus nulli, in aliis per ramos tantum sparsi, in petiolis hinc inde obvii in aliis ramos petiolos et superae paginae costam foliorum mediam munientes, in aliis denique praeterea e venis primariis versus marginem prosilientibus. Cyma irregulariter evoluta, racemum simplicem aut plerumque semel pluriesve bifidum cum alari flore sistit. Flores breviter pedunculati et fructus erecti. Flores saepe tetrameri, saepe masculi; superiores enim cujusvis inflorescentiae pistillo abortivo, masculi fieri videntur.

232. Solanum *igneum* L., Dun. Sol. p. 184. t. 2. A. (fructus).

Species ratione aculeorum fere eodem modo ut praecedens variat, licet in venis, quantum vidimus, non proveniant. Aculei e latiori basi subulati subcompressi igneo-lutei, in aliis per caules petiolos costamque mediam creberrimi, in aliis omnino deficientes. Pili stellati breves omnes partes praeter baccam stamina pistillumque induunt scabrasque reddunt. Flores in racemis simplicibus (cyma unilateraliter evoluta) longius pedunculati, pedunculis primum erectis dein nutantibus. Antherae oblongae, intus pilosae poris apicalibus apertae. Pistillum nunc evolutum stylo antheras paululum superante, nunc abortivum stylo brevissimo. Foliorum dimensiones valde variabiles sed forma eorum salicina semper eadem.

233. Solanum *verbascifolium* L., Dun. Sol. p. 165.

In Sti. Thomae insula cólitur.

Bacca tomentosa, calyce aucto major. Antherae calycem aequantes, corolla breviores, anguste ellipticae apice biporosae glabrae, filamentis dimidias aequantibus insidentes; Stylus glaber stamina superans. Corolla extus; apicibusque interne tomentosa.

234. Solanum *torvum* Sw. Fl. ind. 1. p. 456, Dun. Sol. p. 203 t. 23.

Antherae oblongae corolla breviores, calyce multo longiores apice biporosae, glabrae, brevissimis filamentis impositae, 3 paululum longiores. Stylus longitudine variabilis. Aculei rari saepe deficientes in ramis et in costa media inferae paginae foliorum proveniunt, recti patentissimi e lata triangulari, compressa et villosa basi subulati glabri.

## CAPSICUM L.

235. Capsicum, forsan *frutescens* L. fructu parvo globoso, aliaque forma fructu parvo conoideo vix pollicari. Utraque in plantationibus occurrit.

## SCROFULARINEAE R. Br.

### BRUNSFELSIA L.

236. Brunsfelsia *americana* L., Sw. obs. p. 90 t. 4 f. II, Gärtn. Fruct. III p. 167. t. 212.

Rami juniores, petioli, foliorum facies externa, pedunculi, calyces et corollae tubus dense pubescunt, superficies vero foliorum pilis minutis dispersis est instructa. Pili corollae glandulosi. Fructus a Gaertnero optime descriptus, repetito seminis examine docuit Scrofularineis esse adnumerandum genus, quocum Francisceam Pohlii, quantum ex iconibus concludere liceat (fructum non vidimus et seminis anatome desideratur apud Pohlium), esse jungendam, optime jam monuit Don. (in Jameson new philos. Journ. Apr. Oct. 1829.)

## CAPRARIA L.

237. Capraria *biflora* L., Jacq. Amer. p. 182 t. 115, Gaertn. Fruct. 1. p. 250 t. 53.

Capsulae superficies punctis glandulosis subelevatis est cooperta, folia similibus, si luci obvertis pellucidis, crebris, orbicularibus insigniuntur punctis.

## SCOPARIA L.

238. Scoparia *dulcis* L., Gaertn. Fruct. 1. p. 251. t. 53, Sloane Jam. 1. t. 108 f. 2.

In hac quoque planta folia calycisque laciniae trinerviae pellucide-glanduloso-punctata.

## HERPESTES HBK.

239. Herpestes *Monnieria* HBK., Cham. et Schldl. Linn. 2. p. 572.

Planta in calido orbe terrarum vulgaris, in Sti. Thomae insula loca incolit humida paludosa.

# ACANTHACEAE Juss.

## THUNBERGIA.

240. Thunbergia *fragrans* Willd. hb. n. 11691, Roxb. Cor. 1. p. 47. t. 67. Sieb. pl. Mart. exs. suppl. n. 11. Folia leviter cordata, lobis rotundatis obtusissimis integerrimis, aut ad latera dentibus 2—3 obsoletis (in specimine Martinicensi egregiis) instructis, 5-nervia, nervis 3 validioribus, supra valde scabra, subtus pubescentia scabriuscula. Caulis, petioli, pedunculi pilis reversis scabrido-pubescentes. Bracteae (calyx exterior) ovatae acutae, tubo corollae puberulo breviores, extus scabrido-pubescentes. Capsula illas superans molliuscule puberula.

Scandit haec, Indiae orientalis planta, inter Convolvulos in frutices arboresque insulae Sti Thomae

## RUELLIA.

241. Ruellia *tuberosa* L.; Swartz obs. p. 245; Sieb. pl. exs. Trinit. n. 91. — *Ruellia clandestina* L. Hb. W. n. 11636 fol. 1. 2. 3. 5 excl. 4 et 6, HBK. nov. gen. II. p. 238. — *Ruellia ovata* Linnaea V. p. 196. — *Ruellia capsulis teretibus* Dill. hort. Elth. t. 248 f. 320. — Sloane hist. 1. p. 149 t. 95 f. 1.

Reperta est haec species in pluribus Antillarum insulis: Jamaica (Swartz, Sloane), S. Domingo (Carl Ehrenberg), ins. Trinitatis (Sieber) Sti. Thomae (Carl Ehrenberg), nec non in littore adjacente sinus Mexicani pr. Veracruz (Schiede) atque in Provincia Cumana (Humboldt); amat loca culta nemorosa et umbrosa humida.

Vix dubium, quin *Ruellia tuberosa* et *clandestina* Linnaei ad unam eandemque speciem spectent, icone Dillenii ad utramque laudata, descriptionibusque haud ita inter sei dissentientibus ut conjunctionem vetarent. Planta mexicana, quam l. c. *R. ovatam* Cav. habuimus, ad Antillas haud sine dubio pertinet, nec ipsam *R. ovatam* Cav., ex icone auctoris atque e specimine hortensi Hb. W. (n. 4627) nobis notam, a *tuberosa* separari juberemus, solummodo enim pedunculis abbreviatis recedere videtur.

Variantem videmus in nostra planta: florum amplitudinem, pedunculorum extensionem et ramositatem, calycis laciniarum longitudinem totiusque herbae staturam.

## BLECHUM Patr. Browne.

242. Blechum *Brownei* HBKth. nov. gen. 2. p. 238. — *Ruellia Blechum* L., Swartz! in Hb. W. n. 11625. — *Justicia martinicensis* Sieb. pl. exs. Mart. n. 253. *Justicia carthagenensis* Hb. W. n. 322 spec. Tsertii et Humboldtii — *Prunella elatior flore albo* Sloane Jam. 1. t. 109 f. 1.

Vidimus hanc plantam ex Antillarum insulis: Portorico (Wydler, Bertero), Martinica (Sieber); Jamaica (Sloane,

Swartz), San Domingo et Sti. Thomae (Carl Ehrenberg), provenit praeterea in continente Americae in provincia Venezuela et in regno Novo-Granatensi (Humboldt).

Pubes substrigosa folia bracteasque obducens nunc sparsa viridem, nunc crebra canescentem reddit plantam. Generis character e capsula sumtus a Browneo jam bene indicatur, ex utriusque valvulae carina prosilit processus forma cornu deorsum versi, in cujus porrecta latiori basi affixa sunt retinacula septem formantque laminam valvis parallelam. Totus hic processus seminifer in fructu maturo a carina solvitur, hinc „dissepimentum a valvis demum solutum" auctorum.

JUSTICIA HBKth.

243. Justicia *peniplocifolia* Jacq., Hb. W. n. 337.

Planta pedalis vel paullo major, primo adspectu glabra apparet, sed oculo armato inspecta tectam se praebet pube singulari sparsa adpressa strigosa, quae in supera foliorum pagina rarior, in junioribus partibus calyceque frequentior evadit. Capsula calyce paullo longior pube molli densa in apicali parte sursum versa, in reliqua majori parte reversa.

## MYOPORINEAE R. Br.

BONTIA L., Gaertn. fruct. 3 t. 212 p. 168.

244. Bontia *daphnoides* L., Willd. Sp. pl. 3. p. 394, Hb. W. n. 11723.

Frutex glaber, corolla intus hirsuto-villosa. Gärtnerus si fructus describit et depingit duarum specierum, vario maturitatis statu unius ejusdem fructus deceptus esse videtur.

## VERBENACEAE Juss.

CLERODENDRUM L., Juss., R. Br.

245. Clerodendrum *aculeatum* L., Sp. pl. ed. W. 3 p. 383, Hb. W. n. 11677 (ubique sub Volkameria).

Variat foliis oppositis ternisque. Folia utrinque (subtus evidentius) densissime excavato-punctata. Pubes mollis tenuis adpressa ramos, petiolos, nervos venasque primarias (basi saltem) necnon pedunculos calycesque obducit. Corolla extus punctis minutis globosis resinosis est adspersa, limbo intus mundo et glabro. Cymae 5—7 florae pedunculatae c. flore alari pedunculato ex omnibus ramorum axillis prorumpunt. — Crescit in humentibus locis ad declivia montium in Sti. Thomae insula.

## VITEX L.

246. VITEX *agnus castus* L., Sp. pl. ed. W. 3. p. 391, Hb. W. n. 11713. — Colitur in Sti. Thomae insulae.

## AVICENNIA L.

247. AVICENNIA *tomentosa* L., HBK. Nov. gen. 2. et Hb. W.

Specimina nostra in littore insulae Sti. Thomae collecta ad formam tertiam Kunthii (Var. guayaquilensis) spectant et cum icone Jacquiniana bene congruunt. Quae ex India orientali (Tranquebaria) a. 1795 c. Willdenowio communicavit hujus speciei specimina cel. Klein insignia foliis supra obscure viridibus ovatis basi breviter cuneatis apice acutis, quibuscum alia proveniunt folia late lanceolata acuta aliaque apice obtusa. Foliis late lanceolatis utrinque acutis supra obscure viridibus opacis magnis digitalibus excellunt specimina Martinicensia a Siebero vendita (n. 318); minoribus basi longius cuneatis, apice acutis obtusisve Novae Hollandiae ejusdem peregrinatoris (n. 268). Per orbem terrarum in maris littore vulgaris species foliorum forma maxime variabilis videtur.

## DURANTA L. *)

248. Duranta *Plumieri* L., HBK. Nov. Gen. 2. et Hb. Willd. n. 11666 spp. Humb. et Vahl. — In axillis foliorum duplex est gemma, superior ramulum brevem spinescentem (ex quo demum spina), inferior ramulum abbreviatum s. fasciculum foliorum proferens. Hinc et ramuli floriferi sunt gemini, alter superior brevior debilior, inferior longior vegetior. Folia terna spinaeque ternae interdum occurrunt.

## CITHAREXYLUM L.

249. Citharexylum *villosum* Jacq., Hb. W. n. 11477.

Si fides habenda omnibus Herbarii Willdenowiani speciminibus hoc sub nomine militantibus, nostris impono nomen Jacquinianum observans: folia nostris esse saepius haud obovata sed angusta lanceolata immo oblonga, obtusa v. obtusiuscula, rarissime dente uno alterove apicem versus notata; semper vero coriacea, reticulato-venosa, rete subtus prominente molliter breviterque piloso, pagina supera minutissimis dispersisque pileolis conicis scabrida. — Minime videtur adesse specimina in nostris herbariis nulla nec *C. cinerei* nec *C. caudati*, specierum nequaquam rariorum.

## PRIVA Juss.

250. Priva, *lappulacea* Pers., Linn. 5. p. 99. — Vulgaris Antillarum planta.

## STACHYTARPHETA Vahl.

251. Stachyt. *jamaicensis* Vahl — Per omnes Antillas et in Terra firma abundat.

252. Stachyt. *strigosa* Vahl Ecl. 1. p. 207. — Brevis Vahlii descriptio maxima ex parte cum nostra planta Thomasiana

*) *Duranta pauciflora* Hb. W. n. 11671. e Brasilia est *Franciscae* s. *Brunfelsiae* sp.

masiana congrua, nulla alia melius conveniente. Spicarum longitudo et relativa bractearum calycumque fallaces praebet characteres. — Fruticulus parvus depressus dichotome ramosus, cortice ruguloso albido, totus pilis rigidulis articulatis patulis albis obsitus, plus minusve hispidus. Folia obovata, ovata ellipticave, inferne subito cuneata, usque ad insertionem attenuata, apice obtusa, grosse serrato-crenata, crenis mucronatis, maxima 1—2 p. longa, 8—10 l. circiter lata, nervo venisque primariis supra leviter impressis, subtus prominulis. Bracteae ellipticae sensim in acumen apice breviter setaceum attenuatae, nervo elevato margineque praesertim pilosae, in utroque latere nervis nonnullis subobliquis prominulis striatae. Spicae ad summum fere pedales.

## LANTANA L.

253. Lantana *involucrata* L., HBK. Nov. gen. 2. Hb. W. n. 11506.

254. Lantana *scabrida* Ait. et Auctor. — Flores flavi et aurantiacei. — An *L. aculeatae* varietas foliis non cordatis, sed basi obtusis levilerque simul cuneatis?

Utraque species in India occidentali frequens.

## LABIATAE Juss.

## LEONOTIS R. Br.

255. Leonotis *nepetaefolia* R. Br., Spr. Syst. 2. p. 744, Hb. W. n. 10955. — In locis cultis insulae Sti. Thomae provenit.

## LEONURUS L.

256. Leonurus *sibiricus* L. et auct., Hb. W. n. 10931. — Species haec ubique fere provenit, ex India orientali vidimus, e Brasilia, atque ex insula Sti. Thomae ubi plantationibus vicinus crescit.

## SALVIA L.

257. Salvia *occidentalis* Sw., Vahl En. 1. p. 234, Hb. W. n. 513, *S. procumbens*: Ruiz et Pav! fl. Per. I. p. 27 t. 39. f. a., Hb. W. n. 541, *Hyptis glandulosa* Sieb. Mart. exs. n. 151. — Vidimus hanc Americae vulgarem plantam ex Antillis, scilicet ex ins. Cuba (Humb.), Sta. Crux (Isert), Martinica (Sieber); St. Thomas (C. Ehrenberg), nec non e regno Mexicano ad Tampico lectam a Berlandiero atque in versuris et ruderatis Limae Chancay et Huánuci a Ruizio communicatam, nec levissimum dubium de identitate plantae Ruizianae et Antillanae oriri potest.

258. Salvia *tenella* Sw. fl. ind. occ. 1. p. 45. — Iconem Swartzianam haud comparavimus, e descriptione autem concludere licet, nostram esse S. tenellam, in omnibus herbariis nostris deficientem. Corollam non vidimus, reliqua optime congruunt.

## HYPTIS Jacq.

259. Hyptis *suaveolens* Poit. Ann. d. Mus. 7 p. 472. t. 29. f. 2. —

260. Hyptis *pectinata* Poit. l. c. p. 474. t. 30. Utraque in Sti. Thomae insulae non rara.

## OCIMUM L.

261. Ocimum *micranthum* Willd. En. 2. p. 630, Hb. W. n. 11070. — Planta bene nota hortensis, an revera Antillarum indigena sit nescimus, in Sti. Thomae insula frequens videtur.

## ASPERIFOLIAE,

## CORDIA L., R. Br.

262. Cordia *Gerascanthus* Jacq., Cham. in Linn. 4. p. 471. — Folia speciminum nostrorum ex ins. Sti. Thomae insignius sunt floccoso-tomentosa pilis stellatis in pagina

inferiore. Stamina longitudine corollae fauci villosae sunt inserta.

263. Cordia *Sebestena* Jaq. Amer. p. 42, ad hanc solummodo laudarem icones Dillenii, Plumerii, Curtisii et Andrewsii; cum hac Americana planta, quae foliis breviter petiolatis magis ellipticis valdeque scabris jam primo intuitu distinguitur, a Linnaeo, Poiretio aliisque commixta erant: *Cordia subcordata* Lam. (Cham, l. c. p. 474) planta Indica, Australasica et *Cordia abyssinica* R. Br. (*Wanzey* Bruce) Abyssinica. — Icon Sloanei aliam ad speciem pertinere videtur aut pessima.

264. Cordia *laevigata* Lam. Ill.! Poir. Enc. 7. p. 46, Hb. W. n. 4571. — Folia *Erineo* saepius infestata, sunt fere glabra, petiolis ramulis et inflorescentiae ramificatione pilis adpressis rigidulis, pubem scabriusculam efficientibus, obsessis. Cymae patentim pluries dichotomae sunt terminales, duobusque suboppositis foliis suffulciuntur, e quorum altera axilla mox prodit ramus, qui factus validior ipsius rami continuatio apparet, inflorescentiam ad latus pellit, pseudo-axillarem reddit. Drupa globosa diametro 4—6 lin.

265. Cordia *globosa* R. Sch., Cham. in Linn. 4. p. 492. — Vidimus ex insulis Sti. Thomae, Stae. Crucis, Martinica et Portorico.

## BEURRERIA Jacq.

266. Beurreria *succulenta* Jacq. Amer. p. 44, Browne Jam. 1. p. 168 t. 15 f. 2, Ehretia Beurreria Hb. W. n. 4530.— Nequaquam omnino est glabra haec Antillarum frequentior incola, rami juniores, petioli, foliorum nervus venaeque in pagina supera, totum rete vasculosum in infera pilis parvis albidis adpressis tactu haud percipiendis sunt obsita. Cyma dichotoma irregularis corymbum terminalem efficit.

## HELIOTROPIUM L.

267. Heliotropium (Tiaridium) *indicum* L., Cham. in Linn. 4. p. 452. — Ad vias insulae Sti. Thomae.

268. Heliotropium *parviflorum* L., Cham. l. c. p. 455. — Cum priori ad vias.

269. Heliotropium *curassavicum* L., Cham. l. c. p. 456. — In locis depressis humentibus ad mare in insula Sti. Thomae.

## TOURNEFORTIA L.

270. Tournefortia *volubilis* L., Lam. Ill. t. 95. f. 2, Cham. l. c. p. 470. — In locis depressis insulae Sti. Thomae.

271. Tournefortia *hirsutissima* Sw., Cham. l. c. p. 471. — Planta in omnibus Antillis occurrens, variis vero sub nominibus distributa. Drupam profert ovatam intus pyrenas 4 monospermas facilius inter se secedentes continentem.

272. Tournefortia *gnaphaloides* R. Br., Heliotropium gn. L. — Ad rariores pulchra haec stirps est numeranda species.

## PLUMBAGINEAE Juss.

## PLUMBAGO L.

273. Plumbago *scandens* L., Hb. W. n. 3605, HBK. 2 — In pluribus Antillarum nec non in Continente Americae.

## NYCTAGINEAE Juss.

## MIRABILIS L.

274. Mirabilis *dichotoma* L., R. Sch. Syst. 4. p. 1. — In terra molliori, coemeteriis etc. insulae Sti. Thomae.

## BOERHAAVIA L.

275. Boerhavia *decumbens* Vahl — Eodem fere jure *diffusam* aut *adscendentem* nominare potuissemus nostram plantam Thomasianam variabilem si singula inspiceremus

specimina. Persuasum enim habemus, plures esse inter Boerhaavias species male sejunctas, unius ejusdemque vulgatioris speciei formas, e vario loco natali: ad vias, in locis tritis cultisve, in muris etc. varium praeferentes habitum, ut in multis vidimus nostrarum regionum vegetabilibus. Herbaria de Boerhaaviis nil docent, alterius speciei status juvenilis, alterius servatur senilis, nec unquam planta integra. *B. diffusa* Sieb. Mart. exs. n. 88 est nostra planta. In insula Sti. Thomae ad vias inque muris provenit.

## PISONIA.

276. Pisonia *subcordata* Sw. Fl. ind. occ. 2 p. 641. — Descriptio Swartzii bona, planta, uti videtur rara (regium enim non possidet herbarium) in montibus insulae Sti. Thomae crescit.

## AMARANTACEAE Juss.

### AMARANTUS L.

277. Amarantus *incomptus*. W. hb. n. 17505 specimen hortense. — Cum nullo alio Amaranto melius convenit, quam cum hac hortensi specie, quae patriam nunc nanciscitur.

278. Amarantus *crassipes*. n. sp. — In locis paludosis ad rivulos insulae Sti. Thomae. — Species affinis *Am. polygonoidi*, utriusque Indiae incolae, toto habitu et modo crescendi, foliorum forma, licet setula terminalis fere desit, et inflorescentia axillari, ut leviter inspectam varietatem censeres, sed in permultis constans exemplis pedunculorum mira incrassatio et florum diversa configuratio, immo et seminum differens magnitudo et sculptura suadent, speciem esse affinem distinctu facilem. Superfluum videtur de caule foliisque loqui, omni modo cum *Am. polygonoide* convenientibus; agamus igitur de inflorescentia. Ex unaquaque oriuntur axilla duae cymae pluries dichotomae cum flore

alari sessili, sessiles (ad 3 usque lineas excrescentes), ramificatione incrassata flexuosa coarctata; ita ut flores alares a ramis suis arcte includantur, ultimique tantum liberi adstent. Rami suffulciuntur bracteis ovato-triangularibus acutis, nervo medio viridi percursis, adpressis, parvis. Flores sessiles minores quam in *Am. polygonoide*; perigonium 5-phyllum, phyllis spathulatis albido-scariosis, nervo medio viridi. Androecium nec in flore proprio reperire potuimus. Hinc planta forsan dioica. Pistillum unicum; ovarium ovoideum ex toto muricatum; styli duo, divergentes, extus curvati, facie tota interna stigmatosi. Utriculi modum dehiscendi non observavimus, quamvis semina aderant matura, lenticulari-ovoidea, castanea, nitidula, margine paullulum opaciori cum faciebus minutissime punctulatis; semina vero *Am. polygonoidis* sunt minora magis ovoidea sed eodem modo compressa, magis nitida, margine quidem simili modo opaciori et punctulato, faciebus vero laevissimis nitidissimis.

## CELOSIA L. Mart.

279. Celosia *paniculata* L., Hb. W. n. 5025. Sloane 1. p. 142 t. 91. f. 1. — Eadem icon ad *C. nitidam* Vahlii laudatur (licet errore f. 5 pro f. 1. sit positum), quae species suadente ipsius auctore Vahlio in Hb. W. l. c. (ubi schedula ejus autographa haec continet: „*Celosia paniculata* Sw. *nitida* Symb.“) delenda et cum C. paniculata est conjungenda ut recte jam autumat celeb. de Martius. Stylus $\frac{1}{2}$ fere lin. longus, apice in 3 stigmata brevia divergentia fissus.

## PHILOXERUS R. Br., Mart.

280. Philoxerus *vermicularis* R. Br., Gomphren. verm. Sw. Hb. W. n. 5435. (specimen e Senegalia). Illecebrum verm. L., — Philoxerus aggregatus Sieb. pl. Seneg. n. 7,

Wydler St. Thomas. — In littoralibus insulae Sti. Thomae. — *Philoxerus aggregatus* verus HBK; Hb. W. n. 5435 (spec. Humboldt) differt a *vermicularis* majori omnium partium dimensione, foliis lanceolatis subcarnosis, nec cylindraceis carnosis, floribus fere dimidio majoribus, perigonio altius lanato, nec ima tantum basi.

## IRESINE L. Mart.

281. Iresine in locis umbrosis insulae Sti. Thomae dubia nobis, species enim perpaucae e speciminibus autographis nobis innotuerunt. Iresinas in Amarantacearum familia omnium esse maxime polymorphas monet celeberr. de Martius.

## ALTERNANTHERA Forsk, Mart.

282. Alternanthera *Achyrantha* L., Illecebrum Achyrántha Hb. W. n. 5067, Illecebr. peploides Hb. W. n. 5064 Sto. Domingo, Humboldt (videtur specimen a Poiteau lectum, a Rudolphio c. Willd. communicatum nec Humb.), Alternanthera repens Lk. En. alt. 1. p. 154. — Ad vias in insula Sti. Thomae.

# CHENOPODEAE Juss.

## RIVINA L.

283. Rivina *humilis* L., Hb. W. n. 3122. — Rivinae species scrutatorem poscunt assiduum multisque instructum exemplis ut quae justo plures adesse videntur species redigantur et castigentur. Cultura specierum hortensium vix adjuvabit, nisi variis sub modis instituatur.

## PETIVERIA L.

284. Petiveria *alliacea* L. et auct. — Ad vias sub fruticibus in insula Sti. Thomae.

In Sti. Joliannis insula ab amico lecta sunt *Chenopodium ambrosioides* L. Hb. W. n. 5346 et *Atriplex cristata* Willd. sp. pl. 4. p. 959 specim. Humboldtianum, cui schedula „Punta Araya — in siccis Cumanae" — Eandem speciem ex insula Stae. Crucis possidemus.

## POLYGONEAE Juss.

### COCCOLOBA L.

285. Coccoloba *uvifera* L., Hb. W. n. 7694. specim. Humb. et aliorum. — In littore ins. Sti. Thomae.

286. Coccoloba *barbadensis* Jacq. Obs. bot. 1. p. 18 t. 8. — Specimina sterilia.

287. Coccoloba *microstachya* W. sp. pl. 2 p. 459, Hb. W. n. 7703 spec. Vahl. —, Ab hac specie non diversa videtur *C. obtusifolia* ejusdem herbarii (n. 7702) specimen a Vahlio communicatum et schedula Willdenowiana „*C. punctata*" notatum, quod ad *C. obtusifoliam* Jacq. duci nequit ob spicas pendulas nec erectas, ob folia obtusiora in obovalam vergentia formam: quod vero a *C. punctata* (*coronata* Jacq. Amer.) foliis totoque habitu est diversissimum. Quid vero *C. parvifolia* Poir. Enc. bot., cujus descriptio manca nullo specimine autographo viso disquisitionem impedit ulteriorem. A Sprengelio cum *C. microstachya* sine dubio jungitur.

## ASARACEAE Kunth.

### ARISTOLOCHIA L.

288. Aristolochia *trilobata* L., W. sp. pl. 4. p. 151., Hb. W. n. 17051, Mart. Nov. gen. 1. p. 79, Ar. trifida Lam. Enc. 1. p. 251. — Locis humentibus convallium in insula Sti. Thomae. — Species in hortis vulgaris. Icon laudata Jacq. obs. p. 8. t. 3, ad specimen exsiccatum exarata, nimis est manca et labio inprimis ecaudato auctores in errorem traxit.

## URTICEAE Juss.

### FICUS L.

289. Ficus sp., eandem in Hb. W. n. 19313 sine nomine ex insula Portorico habemus. — In montibus insulae Sti. Thomae crescit. — Folia ovata aut elliptica acumine brevi acuta, basi acutiuscula ($2\frac{1}{2}$ p. longa $1\frac{1}{4}$ lata — $2\frac{1}{4}$ longa 16—17 lin. lata — 2 p. longa 1 p. lata) glaberrima, nervo venisque utrinsecus subduodenis marginem versus anastomosantibus c. toto rete vasculoso subtus prominulis, margine leviter et anguste reflexo. Petiolus pollicaris et pollice longior supra canaliculatus. Ficus, quantum videre licuit, ex axillis foliorum gemini pedunculati (magnitudine pisi majoris). Pedunculi oculo armato inspecti cum suprema ramorum parte, cum stipula subulato-acuminata gemmam involvente caduca, cum bractea late ovata v. semirotunda obtusa caduca quemque eorum fulciente, cum involucro brevi sub ficu, e quatuor foliolis semirotundis obtusissimis constante, pube minuta patula sunt obducti.

---

Ex insula Sti. Johannis *Celtidem micrantham* Sw. (fl. Ind. occ. 1. p. 547, Hb. W. n. 18988 specim. Vahl.) transmisit amicus.

## EUPHORBIACEAE Juss.

### PHYLLANTHUS L., Juss.

290. Phyllanthus *Niruri* L., Hb. W. n. 17980. — In utraque India occurrit.

### ARGITHAMNIA P. Br., Juss., Sw.

291. Argithamnia *candicans* Sw. fl. ind. occ. 1. p. 336 t. 8, Juss. Euphorb. p. 26 t. 7. f. 23; Hb. W. n. 17368 spec. Vahl. — Nil de rubore vinoso foliorum et ovarii dicit Swartzius, occupat in primis folia juniora et paginam in-

feram. Folia majora 20—22 l. longa, 8—9 l. lata, saepius minora, sunt ovato-lanceolata, acutissima (quandoque et in obovatam vergentia formam), serraturis minutis, nervo venisque utrinsecus ternis utrinque prominulis! Stipulae vix lineam longae. Florum racemi axillares, plerumque aphylli, interdum praesertim inferiores foliis aliquot muniti, ramulorum dignitatem adipiscuntur.

## DITAXIS Vahl, Juss. Euph. p. 27.

